Definitio eſt oratio: quæ id de quo queritur aperte ſcribit & determinat. Cicero in Bruto. Definitio eſt oratio: quæ quid ſit de quo agit̃ oſtendit q̃ breuiſſime. Definitio (ut ait antipater in primo definitionibus) eſt oratio p ſolutionem pficiendo enunciata: Martianus uero Capella inquit. Definitio eſt cum inuoluta uniuſcuiuſq; rei notitia: aperte ac breuiter explicatur. In qua tria uitãda ſunt. ne qd falſum ne quid plus: ne qd minus ſignificet̃. Ariſto. Definitio eſt oro qd eſt eſſe ſignificans. qd̃ declarãs in topi. Cic. inqt definitio eſt orõ quæ id qd̃ definit̃. explicat quid ſit. hoc autẽ fit per genus teſte Ariſto. differentiamq; ut homo eſt animal rationale mortale ex quibus uerbis accipitur quæ aliter pcedunt. potius deſcriptiones q̃ definitiones dici. Definitionum autem duo ſunt genera: inquit inibi. Cic. unum eſt earũ rerũ quæ intelligunt̃: eſſe ea dico q̃ cerni tangi ue poſſunt: ut fundũ ædes parietem. Stillicidium. Mancipium pecudem ſupellectille &c. Quo ex genere: q̃dã interdũ nobis definienda ſunt. Earum aũt rerũ: quæ non ſunt nõ eſſe rurſus ea dico quæ tãgi demonſtrari ue nõ poſſunt. cerni tamen animo atq; intelligi poſſunt. Hæc ille. Sed notent Curioſi adoleſcẽtes: qd̃ ex Ariſt. aliiſq; clariſſimis uiris accepimus Vt Priſciano & eius cõmentario ſtudentibus: a nobis: uera doctrina pcipiat̃. intelligãt docti quæ utriuſq; pædia. Definitionum quædam ſunt pprię: quædã impropriæ: quædã uſurpatæ: pprię ſunt quæ conſtãt (ut dixi) ex genere & differentia: ut homo eſt animal ratõnale mortale. impropriæ uero diuerſa ſunt genera. aliq ſunt quæ ſingulis nominibus notant̃. Aliæ uero quas explicat orõ. prioris generis ſunt quæ καραντι λεξισ .i. quæ p nominis interptationem. ut arma. i. bella haurit. i. ferit. pterea cum ſignificare uolumus: qd eſt ſubſtãtia: dicimus hõ hæc dicit̃ typos. Ariſt. tamẽ negat eſſe definitionem: cui conuenit definitio Ciceronis. illudq; obiter accipiat̃. ſingularia. i. indiuidua nõ definiri Vſurpatæ ut inquit Sophus Thomas eſt qualis illa nomen eſt quod ſignificat ſubſtantiã & qualitatem propriã uel cõem cum caſu. Et declarabit̃ tertio uolumine Definitiões uero orõe explicatæ deſcriptiões dicunt̃. Et ab antiqs: qualis Chariſius Circũſcriptiões: quæ pprię dant̃ grãmaticis. Quale illud: quod et Diomedes recitauit. Species eſt dictio originis trahens a genere paucioribus cõfuſa ſignificationibus. Aliæ ſubſtãtiales: quæ a græcis dicuntur ενοιματικαι: q̃ſi cõmunem: quandam continentes Notionem: ut ſi qd dicat: homo rõnali cogitatione uiget: moriq; ſubiectum eſt. Item ſi dixerimus: homo eſt ubi pietas uel ubi æqtas. uel rurſus ubi malitia aſtutiaue eſſe poſſit. Hæc g. ποιοληο .aliud genus eſt. cum pluribus in unum circumuinctis accidentibus conficitur oratio. ut luxurioſus eſt qui pluribus & nõ neceſſariis ſumptibus in deliciis affluit: & in libidine effert̃ effuſior. Si .n. hæc diſcretim dicunt̃: nõ eſt pfectus modus. Hæc a græcis dicit̃ υποyραφια. Quædã etiã fiunt ita ut p cõtrarium cognoſcatur differentia: ut Tyrãnus eſt q intemperantia crudelitate atq; iniquitate uiolenter utitut. p hoc & bonum principem contraria ſignãdo accipere poſſumus. Hæc a quibuſdam dicta κα̃τα λ αφο ρα. Alia per tranſlationem fit. ut adoleſcentia eſt flos ætatis. hoc modo Seruius quarto Georg. Cum Virgili. ait Inter quas & curam climene narrabat inanem: Inquit Ser. Curam inanem definitio eſt amoris. Et alio mõ Chryſippus in hoc genere. Amor eſt amicitiæ nodus: & quædam a priuatiõe cõtrarii: ut bonum eſt qd̃ non eſt malum: ut illud apud Horatium. Virtus eſt uitium fugere. Sapiẽtia prima ſtultitia caruiſſe Aliuſq; dicitur modus. Vt Aeneas Anchiſæ & Veneris filius hæc dicitur υποτυπωσισ. Quædam addunt q̃le eſt illud quadrãs eſt illud cui dodrãs deeſt ut ſit as. Fiũt etiam definitiones impropriæ pportionem: cui accidit ſimilitudo. ut hõ eſt minor mũdus. alius modus: cũ dicitur quando ſol eſt ſuper terram dies eſt. Sed hæc deſcriptiones ut dixi: melius quam definitiones dixerimus: Deſcriptio enim (ut ait Chryſippus) eſt oratio figurate ad res inducens. ſiue definitionis uim ſimplicius & liquidius exprimens.

Quid ſit Sententia. Caput. vi.

Sententia: autore Cicerone: eſt oratio ſumpta de uita: quæ aut quid ſit: aut quid eſſe oporteat in uita: breuiter oſtendit. Fabius ſententia eſt decretum quoddam: atq; præceptum: qd̃ de reo. i. iudicio queri poteſt. Aliqui ſententia eſt opinio imi

ratione uiri grauis:uel ipſo ſui ſplendore digna. Aliqui ſententia eſt iudicium quo diſceptata finem ſuum exequuntur pro oratione. Qui exornat eloquentia orationem: cauſas agit qui probat narrata: hæc proſe quiſq; adnotent. alio pacto dicetur ſententia in figuris.

De Grāmatica & inibi notata ex Quintil. & Seneca & aliis nō indigna. Caput. vii.

GRāmatica eſt ſpecialiter ſcientia exercitata lectionis & expoſitionis eorum quæ apud poetas & ſcriptores dicuntur apud poetas:ut ordo ſeruetur:apud ſcriptores:ut ordo careat uitiis. Hoc Diomedes:& antiqui. Quis magiſter Cicero propoſuit in oratore hæc uerba. In grammaticis poetarum pertractatio. hiſtoriarum cognitio:uerborum interpretatio:pronunciandi quidam ſonus. Neoterici uero: quos uulgi ſequuntur. Grammatica eſt ſcientia recte loquendi:recteq; ſcribendi recte ideſt congrue ſecundum Romanam linguam:uel græcam. Quoniam partem ratiocinatiuam q̄ circa uere uel falſum uerſatur:philoſopho relinquit agendam. Ariſto. vi. topi. Grammatica eſt ſcientia recte loquendi:recteq; intelligendi. Et quod ꝓfertur recte accētuandi. Eloquētia quoq; dicit Quintilianus non mediocri opus eſt:ut de una quaq; earum quas demonſtrauimus rerum dicat:proprie & copioſe. Quo minus ſunt ferendi:qui hanc artem tenuem ac ieiunam cauillantur. Quæ niſi oratoris futuri fundamenta fideliter iecerit. Quicquid ſuperſtruimus corruet:neceſſaria pueris:iucunda ſenibus. dulcis ſecretorum comes:& quæ uel ſola omni ſtudiorum genere plus habet operis:q̄ oſtentationis. Tota ut Diomedes ex Cicerone: Grāmatica cōſiſtit in intellectu poetarum:ſcriptorum:& hiſtoricorum prompta expoſitione: & in recte loquendi ſcribendiq; ratione:hoc & Plinius:ex Varrone. Seneca uero epiſtola. lxxxviii. & in lib. de ſtudiis liberalibus ait grāmaticus circa curam ſermonis uerſatur. Si latius euagari uult circa hiſtorias. Iam ut longiſſime fines ſuos proferat circa carmina. Cura ſermonis in grāmatico dicitur. Cura uerborum in oratore. Quæ ut Quintilianus octauo:eſt ſollicitudo uerborum ꝙ uero a Grāmaticis declametur ut Fabius & Sueto. eſt quia grammatici alienas occupauere partes. de hac re ſic Papyrianus in ꝓlo. ꝙ omnia quæ declamatores ſiue grammatici. Siue rhetores:tractant: cōmuni quodam uinculo (ut Cicero docet) ad humanitatem pertinent. Conceſſum grammaticis uel ubi deſiit uſus rhetorum:ne omnino rudis inuaderet puer oratoriam:uti declamatoria. Eſt enim litteraturæ proximum:& oratori futuro initium. Hæc ille. Quintilianus uero occupationem non probare uidetur cum libro. ii. ait. Quod eſt maxime ridiculū:non ante ad declamandi magiſtrum mittēdus uidet̃:puer q̄ declamare iā ſciat: Herodianus i metheorimatis dixit non artis cauſa id fieri: Sed cura ſermonis & ſic ſuus quiſq; profeſſionis modus non deeſt. Declamare apud græcos primus docuit Demetrius Phalereus autor Fab.

De Partibus grāmaticæ nō uulgari modo. Caput. viii.

DVobus grammaticæ modis cōſideratur:uel compoſitione materiæ:uel artificio. Sicut domus ex architecti ingenio:& ex rebus ipſis conficitur. Priore modo. i. architecti ingenio: quod eſt ſecūdū profeſſionem: grammaticæ partes duæ ſunt. Quod ſic Quintil. hæc profeſſio in duas partes diuiditur:in recte loquendi ſciētiam:& poetarum enarrationem. plus habet in receſſu q̄ in fronte promittat. Nā & ſcribendi ratio cū loquendo coniūcta eſt:narrationem præcedit emendata lectio:& mixtū iis omnibus iudiciū:prior dicitur Methodice. Diomedes horiſticen dicit ideſt finitiuam: quæ præcepta demonſtrat. Cuius partes ſunt hæ. Partes orationis:uitia uirtuteſq;. Altera dicitur exigitice: uel apoligitice a Diomede ideſt enarratiua. Quæ pertinet ad officia lectionis. Quintilianus hiſtoricen. i. expoſitiuam. Si compoſitionem materiæ contempleris: Quattuor ſunt elementa ex quibus corpora:ita quattuor grammaticæ partes:ex quibus conſtat ut elementis. Hæc ſūt littera ſyllaba dictio & oratio. Nam ex litteris ſyllabæ:ex ſyllabis dictiones:dictiones in oratiōnem componuntur. Sic Fab. uſus litterarū eſt. ut cuſtodiant uoces:& uelut depoſitum reddāt legentibus:idq; exprimere debent:quod dicturi ſumus. Hæ fere ſunt emendate ſcribendi loquendiq; partes:reliquas ornate ſignificanterq; dicendi non grammaticis aufero:in qua parte Ennii:Pacuuii:Lucilii:Terentii:Cecilii:& aliorum inſeri uerſus:ſumma non modo eruditionis gratias:Sed etiam iucunditatis. Cum poeticis uoluptatibus a forenſi autoritate reſpirant:unde ſit aliud grammatice loqui:aliud latine loqui. Illud eſt artis. Hoc eloquii. Nec poteſt quis latine loqui contra artis præcepta. Grammatice loquemur nec tamen latine dicere poſſumus. unde obſeruatur illud apud Terentium: Latinas fecit fabulas. non grammaticas dixit. Aliqui ut Domitius:& Theodorus Grammatice loqui eſt ubi cura ſermonis uitium non admittitur. Latine uero ubi elocutione luceſcit oratio. Et hoc magis placet riſum ſunt qui tres faciunt grāmaticæ partes. preter opinionem Fabii:& Diomedis. Inter quos Aeneas Siluius qui pius dictus.

Obſeruatio in Triuialium inſcitiam·Qui in diuiſione partium grammaticæ:ob diuer
ſa uerba:Diomedem a Fabio diſcordare opinati. Caput. ix.

COntendűt imperiti:& demitantur:ꝙ Diomedes non incelebris iter antiquos grã
maticos dixerit exigiricen.& Horiſticen:quod Quitilia. Methodicen:& hiſtoricen:
in qua re contemplandum eſt:ꝙ dicere methodicen.Irem horiſticen par eſt.Mal
luit Dromed.ſequi Plinium qui nititur autore Varrone:dicere horiſticen ideſt fini
tiuam·q̃ methodicen.Methodus dicitur uia:unde ꝙ uiam ratiõis loquendi preſtet dicta me
hodice:quæ finita eſt præceptis & terminata:quod & horiſtice dictum ab erudito gramma
tico.Ita methodos dicitur medicina ab Auſonio:qui poeta & medicus in Crippo ternarii:q̃
tilogos & methodos cuiq; experiennia nomen.Eſt enim medicina ratiõalis : quæ logos unde
etiam logica ideſt ratiõalis ſcientia:non ſermocinatiua ut ſomniauit Triuialis:licet ſe tueatur
umbra boetii eſt per experimenta:quæ empirice.Et media quæ methodos ideſt uia.ita me
thodice dicitur a Quinnliano quæ partim rationibus partim uſu & teſtimonio & exemplo
autorum innititur:a quarum rerum finitione horiſtice non temere quoq; dicit̃ ideſt finitiua
Fabius hiſtoricum ideſt expoſitiuum dixit.nam hiſtoria dicit̃ expoſitio:unde Pli.de na. hiſt.
ideſt de expoſitiõe rerum naturalium.Et Ariſto.de hiſtoria animalium ideſt de expoſitione
ut etiam Theodorus Gaza interpres eruditiſſimus affirmat:Seneca in naturalibus dicit hiſto
ricam linguam ideſt expoſitiuam.Exigiricon:quoq; dicitur expoſitiuum uel enarratiuum.
Vtramq; partem eodem ſenſu eſſe oſtendit Quintilianus:iis uerbis Grammaticus de loquen
di ratione diſerat·Si queſtiones explicet poemata enarret.

De Queſtionibus Grammaticis quæ retentæ ſilentio:magis modeſtiam:effuſæ
cognitionem oſtentant:& inibi qui talium inuentores. Caput. x.

QVeſtiones autem quas explicet Grammaticus:multiplices per genere ſunt: aliæ.n.
oſtentant:& curioſis in rerum inani cognitiõe afferűtur:de quibus Seneca ad Pau
linam de breuitate uitæ.Operoſe inquit nihil agunt qui in litterarum inutilibus
ſtudiis cõtinentur:quæ iam apud romanos quoq; magna manus eſt : græcorum
iſte morbus fuit quærere quem numerum remigum Vlixes habuiſſet.prior ſcripta eſt Illias:
Odiſſea.alia deinceps huius notæ.Quæ ue ſi cõtineas:ſiue proferas:nõ doctior uideberis.Sed
modeſtior.Significat quoq; Suet.in Tibe.Nam & grammaticos:quod genus hominum ut
diximus:præcipue appetebat:cuiuſmodi fere queſtionibus experiebatur.Quæ mater Hecu
bæ:qđ Achilli nomẽ iter uirgines fuiſſet·Quid ſyrenes cãtare ſolitæ:& quo primum die poſt
Auguſti exceſſum curiam intrauit.Hæc ille.Similiter querunt quot nodi in claua Herculis.
Fuerint quoq; cadis dederit uina Aceſtes Aeneæ: quod tamẽ irrident ut Pli. & illos qui que
runt q̃ pœna puniuerit Neptunus uẽtos:qui cœlum terramq; ſuo ſine numine miſcere auſi.
ut eſt apud Maronem: uemente Aenea in Italiam.Item quot diebus Hercules ſeruiuerit om
phale:& Iolæ quam Ouid.Qua hora Caccum Geryonemq; interemerit.Quanto temporis
ſpatio deſcenderit ad inferos:atq; unde regreſſus: & mille alia quæ græcorum nugis uanata.
Qualia ſunt quoq; & inter recentiores renouata ſub quibus arboribus Latona peperit cum
alii inter palmam & laurum.alii inter laurum & oliuam.alii tantum palmam nominẽt. ut
Home.in hymno Apollinis.Hæc ſane curioſa inquiſitio.Sed nil ad eloquentiam.Sicut & uul
le hoc genus.In quibus recẽtiores grammatici ſe iactant.& omnia tandem fabulæ.Didimus
grammaticus qui quattuor millia librorum ſcripſit : quæritabat đ Homeri patria.Quæ ma
ter Aeneæ.utra libidinoſior:ne an uitioſior Anacreon·an Sappho pudica fuerit : & multa id
genus omittenda.Aulus quoq; Gellius tale ſcientiæ genus deridet. Apud latinos quoq; certa
tum eſt.qui inuenerit Elegiam unde Horatius quis tamen exiguos elegos emiſerit autor.in
aliquibus codicibus eſt inuenerit:& uetus grammatici certant & adhuc ſub iudice lis eſt.Qui
uero ſophiſmata quales ſunt Ceratinæ:Crocodilinæ:& Antiſtrophõta grãmaticis attribuut:
ea ratiõe agitur.Qua declamationes tractant: atq; alia futuro oratori neceſſaria : non enim
iſta ſunt quæ faciant eruditum:aut ſapientem.Sed quæ conueniant oſtẽtationi.Ex nulla par
te ceſſant humanitatis profeſſione.Quam dixerűt cyclopediam:primam.i.oium ſciẽtiarum
ambitum peruagantem ſcientiam.Ceratinæ a cornibus:fallaciæ dictæ. per ſimilitudinem ut
ſi dicas quod non amiſiſti habes tu non amiſiſti cornua ergo habes cornua: hoc exemplo a
κεpατισ ideſt a cornibus alia fiunt uel ceraſtis ideſt ſerpentibus cornutis. Sic etiam Laertius
quaſdam argumentationes cornuata ait appellari. Quibus ſtoici & Chryſippus uſi ſunt. Et
illud poſtulanti ſi dicas deſinis eſſe capræ reſpondent dicat non diſino:dicere poſſis ergo ca
pra.Si dicat deſino ergo fuiſti.Crocodilinæ fingitur cum crocodelus puerum cuiuſdam ru
ſtici iuxta ripam arripuiſſet:pri multis pcibus poſcẽti filium pollicet̃.Si pater ueꝝ reſpõdeat:

ſe redditurum puerum:ruſticus ſe uerum dicturum aſſeuerat:tum crocodelus dic miſer red″
dam ne tibi puerum?ſubiecit ille:reddes:falſo reſpondiſti inqnit Crocodelus:non enim reſti
tuam.Si reſpondiſſes non reddēs pulchre dixiſſes.Intuliſſet Crocodelus uolo neq; reddere.
Hæc Sophiſmata crocodelina dicuntur meminit Quintilia. Quod dicunt Antiſtrophonta
Meminit Gellius libro quinto & nono.Eſt autem ἀντιστρέφον. Vitium argumenti inter
uitia argumentorum maximum:protagorion dictum:quoniam protagoras uſus eſt aduer″
ſus Euathlum adoleſcentem:eſt autem a doctiſſimis aliquando ignoratum & doctiſſimos
quandoq; fefellit:dicitur latine reciprocum:quoniam oportet ſi conuertas pars conuerſionis
ſit ualida:aliter non eſt αντιστρεφον. hoc exemplum docet Biantis. Cum rogatus eſſet a
quodam bias deberet ne uxorem ducere:an uitam uiuere celibem. Reſpondit aut pulchram
duces:aut deformem.ſi pulchram:habebis communem.ſi turpem:habebis pœnam. neutrū
autem bonum eſt:non eſt igitur ducenda uxor:per conuerſionem modus eſt. Si formoſam
ducam non habeo pœnam.Si turpem non erit communis.dncenda eſt ergo uxor: ex altero
latere conuerſum frigidius eſt infirmiuſq;:poteſt nec non interuenire medium.nam Bias nō
aduertit:ꝙ inter pulcherrimam & deformoſiſſimam media quædam forma eſt: quæ a ni″
miæ pulchritudinis periculo & a ſummo deformitatis uitio uacat. Antiſtrephon uerum qđ
ſuum decepit autorem:eſt protagorion.Inter protagoram Sophiſtarum accerrimum:& Eua
thlum diſcipulum fuit controuerſia:ſuper pacta mercede.hoc modo. Euathlus diues adole
ſcens:eloquentiæ diſcendæ cauſarumq; orandi cupiens fuit:cumq; adiiſſet protagoram:mer
cedem qnantam popoſcit eſt pollicitus.Dimidiumq; petitæ pecuniæ:ſtatim dedit. hoc pa″
cto dicens ſe reliquum daturum:quo die primo cauſam apud:iudices oraſſet: & uiciſſet. Cū
autem Euathlus haud curaret dicere cauſam.Protagoras aſtu cognito:Litem cum Euathlo
conteſtatur:& coram iudicibus ſic exorſus eſt.diſce inquit ſtultiſſime adoleſcēs:utroq; modo
fore uti reddas:quod peto.Siue contra te pronunciatum erit: ſiue pro te:Si contra te lis data
erit:merces mihi ex ſententia debebitur:quia ego uicero.ſi uero ſecundum te iudicatum erit:
merces mihi ex pacto debebitur:quia uiceris.Conuerſio a diſcipulo facta eſt. Diſce magiſter
ſapientiſſime utroq; modo fieri:ut non reddam quod petis:ſiue contra me: ſiue pro me fue
rit pronuntiatum.Si pro me nihil tibi ex ſententia debebitur:quia ego uicero. Si contra me
pronuntiarint nihil tibi ex pacto debebo:quia ego non uicero.Summa fuit ꝙ captionis uer
ſuræ excogitatæ fruſtratus fuit magiſter hiſtoriam ſcribunt Apuleius in floridis & Gel.Igno
raſſe autem uidetur Pli.Iunior in libris quos ſtudioſorum inſcripſit:ubi multa ualđ ad oble
ctandas eruditorum hominum aures ponit.Lex eſt uir fortis præmio quod optarit donet
Qui fortiter fecerat:petiit alterius uxorē in matrimonium:& accepit:is cuia erat uxor prius.
fortiter fecit:repetit eandem:contra dicitur.Conuerſio eſt hoc modo repetitis reſponſum.Si
lex placet:redde:ſi non placet:redde.non aduertit Pli.uitioſam technam cum tantum elegā
ter & probabiliter dici ait.repetenti:ab illo priore eſt hoc.Si placet lex.non reddo. Si placet
non reddo.

Differentia inter officium & finem artis & inibi de officio grāmaticæ. Caput. xi.

INter officium & finem:hoc intereſt artis(ut ait Ci.)in of.eſt quid fieri.in fine. qđ
officio conueniat oſtendit:ut medici officium dicitur:Curare ad ſanandum appo
ſite.finis curatione ſanare:Item oratoris officium:cum quid facere debet eſſe dici″
mus.Illud cuius cauſa facere debet finem appellari hæc Ci. Officium grāmaticæ
ut ſcribit Martianus:Fuit docte ſcribere:legereq;: nunc etiam illud acceſſit ut grammaticæ ſit
erudite.Intelligere probareq;.Quæ duo mihi uel cum philoſophis criticiſq; uidentur eſſe cō
munia.Ergo illorum quattuor duo actiua dicenda ſunt: duo ſpectatiua ſi quidem pēdimus
actionem:cum quid conſcribimus:legimus ue.Sequentium uero ſpectaculo detinemur: cū
ſcripta intelligamus aut probamus:inter ſe tamen quadam cognatione coniuncta ſunt: nā
actor cognoſcit primo quæ ualeat acturare:& aſtronomus quædam facit ut per ea cognoſcat
quæ debeat comprobare:promittit etiam utrumq; geometres: quippe formas theorematū:
cum rationibus certis effecit:& cognoſcit.

De Artis Materia. Caput. xii.

MAteriam(ut Fabius)res ſubiectas(ut Ci.)eam dicimus in qua omnis ars & ea facul
tas quæ cōficitur:ex arte uerſatur:ut ſi medicinæ materiam dicimus:quæ per mor
bos aut uulnera:quia iis omnis medicina uerſatur.Materia grammaticæ eſt oratio
ipſa:(ut uulgo dicitur)congrua.Et ſermo qui perfectus arte ſua uel ſynthaxi. ceu
apud dialecticos terminus.uelut aliqui oratio demonſtratiua. Apud philoſophos & ſuperio″
res uerum uel falſum:uel ut aliqui natura:& quæ ſupra naturam.Apud Oratores oratio per

ſuaſiua. Apud poetas carmen eruditum. apud iuriſcõſultos iuſti uel iniuſti actio. Apud aſtrolo-
gos æther apud muſicos uox modulata. Apud Arithmetricos Numerus apud Geometras ter-
re: uelut aliqui terræ menſura.

De Officiis Grammatices & inibi ex profeſſione de uſu & natura ad
notatum. Caput. xiii.

GRãmatices officia: ut Varro aſſeruit. Quattuor partibus conſtant: lectione: enarratio
ne: emẽdatione & iuditio. Hæc Martianns dixit: litteras: litteraturã: litteratũ: litterate:
litteræ quas doceo: hoc fit lectione. Litteratura ipſa quæ doceo: hoc fit enarratione.
litteratus quẽ docuero: hoc eſt emẽdatõe: lrate qď perite tractauerit: id eſt iudicio ꝓ-
fitetur officium grãmatici de orõnis natura & uſu tractare natura eſt. ex quibus formatur ora-
tio: uſus cum eadem utimur appellatur: docet Martianus.

De lectione: & quibus autoribus Primum ſit incipiẽdum. & de ipſius lectionis modis
aureum ex Seneca documentum. Caput. xiiii.

LEctio aliquando accipitur ꝑ ipſo pronũtiandi mõ quo legitur. Aliqñ pro artificiali
interpretatione. Nam legimus Philoſophorum lectiones pro cõmentariis ſcriptas.
Vtrũq; exprimit hac circũſcriptione Diomed. lectio eſt artificialis interpretatio. uel
uaria cuiuſq; ſcripti enuntiatio. Seruiens dignitati perſonarum exprimenſq; animi
habitum cuiuſq;. De lectione ſic dicit Fabius. Lectio in pronuntiando ſit uirilis cum ſuauitate
quadam & non qdẽ ꝓſæ ſimilis, quia carmẽ eſt, & poetæ canere teſtantur, nõ tñ in canticum
diſſoluta, nec plaſmate ut a pleriſq; fit effœminata, hoc Perſius affirmare uidetur tales irridẽs
liquido cum plaſmate guttur mobile colueris, patranti fractus ocello. Vnde Cæſar dicebat.
Si cantas male cantas. Si legis cantas. Abſint proſopopœiæ more comicorum. Ita tamen legẽ-
dum ut perſonarũ uarietas cognoſcatur. Et quia lectio uidetur habere quid cum oratione de
partitione. Subieci non indignum ſcitu & re uera lectionis uidetur quaſi cuiuſdam orationis
habendæ decor euitanda uriq; maxime conciſa nimiũ & uelut articuloſa partitio in lectione.
Aliqui exponunt hæc Fabii uerba. i. per digitorum particulas. Seu nodos. Nam Cic. ludit hor-
tenſium. Qui diuiſione in digitos diducta uteretur. Subdit Fabius. Nam & autoritati pluri-
mum minuta illi nec iam membra. Sed fruſtra obſunt. Et huius gloriæ cupidi, qui ſubtilius
& copioſius dixiſſe uideantur, & ſuperuacua aſſumunt, & quæ natura ſingularia ſunt ſecant:
nec tam plura faciunt quam minora. Deinde cum ferunt mille particulas, in eadem incidunt
obſcuritatem. Cõtra quam partitio eſt inuenta. Hæc ille. Inſtitutum erat apud antiquos, ut ab
Homero & a Virgilio inciperetur lectio diſcentibus neq; ſemel leguntur autore Fabio: utiles
Tragœdiæ, Comœdiæq;, quæ plurimum conferre ad eloquentiam poſſunt. Cum per omnes
perſonas & affectus eat. Eſt in tragœdiis uerborum grauitas: & in comœdiis elegantia. Illud
obſeruatione in hac re dignum. Cauendum pueris ne quis nimium antiqua admiretur: ut
Gracchos Catonem & ſimilium lectiones: ne dureſcere uelit curioſus adoleſcens, fient. n. docẽ-
te Quintiliano horridi atq; ieiuni quia uim eorum non accipiunt neq; eloquentiæ genus il-
lud conuenit noſtræ. Præterea diuerſum eſt ne recentis huius laſciuiæ floſculis capti uoluptate
quadam praua deliniantur, reliqua Fabii uerba prætereo conſulto. Quia oratori propius agit.
Cicero mihi uidetur Hercule iucundus incipiẽtibus quoq; & apertus eſt. Satis nec prodeſſe tã-
tum. Sed amari Plinio affirmante poteſt. Quidam ab Aeſopi (ne dicam eum qui apud nos
non latine garrit) Fabellis incipiunt: Ignorantes & quod Fabius docet fabellas oratori non cõ-
uenire, quodq; ab eodem autore dicatur libr. v. cap. x. Illæ quoq; fabellæ quæ etiam. Si non
originem ab Aeſopo acceperunt. Nam uidetur earum primus autor Heſiodus. Nomine tamẽ
Aeſopi maxime celebrantur, ducere animos ſolent præcipue ruſticorum, & imperitorum. Qui
& ſimplicius quæ ficta ſunt audiunt, & capti uoluptate facile quibus delectantur conſentiunt
Si quidem & Menenius Agrippa, plebem cum patribus in gratiam traditur reduxiſſe, nota il-
la de membris humanis aduerſus uentrem diſcordia fabula. Quid & Horatii. non in pœmate
huius generis fabulas putauit referendas, Olim ꝙ Vulpes ægroto cauta leoni. De altera lectio-
ne illud græci Socratis oraculum eſt. Si eris ſtudioſus omnia leges, omnia diſces. Legendum
eſt autem autore Seneca ad Lucilium ſecunda ita ut lectio non ſit multorum autorum habẽs
aliquid uagum inſtabileq; percurrens omne genus uolumina. Oportet enim certis ingeniis
immorari & innutriri. Si uelis aliquid pagere quod in animo fideliter ſedeat idq; probat uir
grauis exemplo peregrinantium. Seu qui incertas habent ſedes: & cibus qui emiſſus ſtatim pa-
rum uel nihil nutrit neq; planta conualeſcit. Quæ ſepius transfertur. Epiſtola quoq; centeſi-
nona pro ingenii (ut ita loquar) capacitate. i. quantum quis poteſt capere legendum eſſe ait.
Attalo id docente. epiſtola. xlv. ſic ait lectio certa prodeſt uaria delectat.

De enarratione eiuſq; ratione & modo & inibi neceſſitate. Caput. xv

ARtes Fabio docente:ut enarrator ſit conſumatus. Iuuabunt. quarum mixtura pro
prias uel tes ex omnibus ſummit: & muta animalia mellis illum imitabilem hu-
manæ uitæ ſaporem uario ſuccorum ac florum genere perficiunt. nos miramur.
Si expoſitio arcanorum & difficiliũ: quæ pauca dedit prouidentia ut eruditi opi-
nantur præſtantiora ſcribentibus: eget pluribus artibus: quæ etiam cum ſe non oſtendunt. in
dicendo non proferunt uim tamen oc[u]ltam ſuggerunt. Et tacite quoq; ſentiuntur. Enarra-
tio eſt igitur obſcurorum ſenſum (ut refert Diomedes) queſtionum ue explanatio uel exequi
ſitio per quam uniuſcuiuſq; rei poeticis gloſſulis exſoluimus. i expoſitionibus fictis. uel com-
mentationibus. nam gloſſa dicitur lingua. unde gloſſarum uocabulum apud aliarum ſcientia
rum ſcriptores accipitur. Sunt. n. gloſſæ quaſi linguæ declarantes uel interpreraures ſecretiora.
ut ſignificat Fabius poeticis dixerim fictis aut fictitiis nam exponendo fingimus autoris men
tem in ip'a nero enarratione: tum nec citra muſicen grammatica poteſt eſſe perfecta: cum ei
de metris rhythmiſq; dicẽdum ſit. nec ſi rationem ſyderum ignoret poetas intelligas. Qui (ut
alia omittam) totiens ortu occaſuq; ſignorum in declarandis temporibus utuntur. nec ignara
philoſophiæ. Cum propter plurimos in omnibus fere carminibus locos ex intima queſtionũ
naturalium ſubtilitate repertos. tum uel propter Emphedoclem in græcis Varronem & Lucre
tium in latinis. qui præcepta ſapientiæ uerſibus tradiderunt. Quod uero dixit Fabius repeti-
tos. Conuenit Chanſio qui dixit ſcientiis omnibus utendum grammatico demonſtratis non
in demonſtratione more Fabri. Qui ferro uritur. Quod non confecit nec elimauit uel infor-
mauit. De ennaratione hiſtoriarum. recte accipies. Si Quintilianum audies qui receptas aut
certe claris oratoribus memoratas exponere præcipit. non autem omnium geſtorum quæ ui-
liſſimis etiam facta (ut eius uerbis utar) qui omnes indignas etiam lectiõe ſcedas excutit. Ani-
libus quoq; fabulis poteſt operam accommodare.

De Emendatione. Caput. xvi.

EMendatio eſt qua per ſingula pro ut res ipſa poſtulat. dirigimus exiſtimantes uni-
uerſorum ſcriotorum ſententiam diueriam ut etiam Diomedes ait. Eſt correctio
errorum qui per ſcripturam dictionem ne fiunt. ideo dicitur emendatio. nam &
ſi poteſt uideri nil peccare qui utitur iis uerbis quæ ſummi autores tradiderunt.
multum tamen refert. non ſolum quid dixerint. Sed etiam quid perſuaſerint. Fabius inquit.
neq; ſine cauſa creditum eſt ſtilum non minus agere cum debet emendationis eſt opus adiice-
re detrahere mutare teplere & deiicere. ſimplicius eſt præmere uero tumentia humilia extollere
luxuriantia aſtringere inordinata digerere ſoluta componere exultantia coercere duplicis opere
nam damnanda quæ placuerant & inuenienda quæ fugerant. hæc Fabius licet pro oratore
ſcribat tamen penſiculate enucleateq; rimantes grammaticas res inueniẽt & hoc quoq; in grã-
matices officiis pertractari. De Iudicio. Caput. xvii.

IVdicium unum eſt quod auribꝫ accidit. ex pronuntiatione. alterum quod ipſa le-
ctione interius accipit. Sic Diomedes iudiciũ eſt quo oĩm orõnem recte uel minus
q̃ recte ꝓnuntiatã ſpetialiter indicamus. Iudiciũ auriũ hẽtur ex cõpoſitione uerborũ
prolata. hoc maxime oratoris & poetæ eſt. ut Gellius etiam ſignificat. Vnde Ci. pro
Põpeio maluit dicere explicauit q̃ explicuit ne lederet debili nũero aures audiẽtiũ. Quãri ſit hoc
iudiciũ qd ue ferat inſerui Cicer. in pfecto oratore uerba grãmaticæ penæ uniuerſæ utiliſſima.
Cauẽdũ ne extremoꝶ uerboꝶ cũ iſequẽtibꝫ primus ꝯcurſus aut huilcas uoces efficiat aut aſpas
Quãuis ſuaues: grauesq; ſniæ tñ ſi incõditis uerbis efferũtur aures offendẽt. Quaꝶ eſt iudicium
ſupbiſſimũ. Qđ quidem latina lingua ſic obſeruat. nemo ut tã ruſticus ſit: quin uocales nolit
ꝯiungere. In quo quidẽ & Theopõpus reprehenditur. q; eas litteras tantopere fugent. Et ſi id
magiſter eius Socrates: at nõ Thucidides ne ille quidem haud paulo maior ſcriptor Plato. nec
ſolum in iis ſermonibus qui dialogi dicuntur. ubi etiam de induſtria id faciendum fuit. Sed in
populari orõe: quia mos eſt laudari in concione eos. qui ſint in prælis interfecti. Quæ ſic ꝓba-
ta eſt ut ea quæ quot annis ut ſcis, de illa re recitari neceſſe ſit. In ea eſt crebra uerborum con-
curſio. Quam magna ex parte ut uitioſam fugit Demoſthenes. Sed græci uiderint. Nobis ne
ſi cupiamus diſtrahere uoces conceditur. Iudicant orõnes illæ ipſæ horridulæ Catõis. Indicant
omnes poetæ præter eos qui ut uerſum facerẽt ſæpe hiabant. ut Neuius. Vos qui acceditis hi
ſtrum fluuium atq; Algidum & ibidem q̃ nũq̃ uobis graii & barbari. At Ennius ſemel Scipio
inuicte. Et quidem nos metu tardanti ſe teſte in uada ponti. Hoc idem noſtri ſepius nõ tuliſ-
ſent. quod græci laudare etiam ſolent ſed quid ego? Vocales ſine uocalibus ſæpe breuitatis
cauſa contrahebat: ut ita dicerent multis modis uiuas argenteis palma & crutibus tecti fra-

ctis.Quid uero licentius quam hominum & nomina contrahebant'quæ eſſent aptiora. nam
ut duellum bellum & diuis illis.Sic duellum eum qui pœnos claſſe diuidit bellum nomina
uerunt cum ſuperiores appellati eſſent ſemper duelli. Quinetiam uerba ſæpe contrahuntur.
non uſus cauſa . Sed auriũ cum enim axilla aſperum eſſet ex axilla ala factum eſt.fuga litteræ
uaſtioris quam litteram etiam ex maxillis & axillis & ex uexillo. & paxillo conſuetudo elegás
latini ſermonis euellit libenter etiam copulando uerba iungebant.ut ſodes pro ſi audes.ſis pro
ſi uis.Iam in uno capſis pro cape ſi uis.Tria uerba ſunt nequere pro non quire uel noli quere,
re Malle pro magis uelle nolle pro non uelle.Dein etiam ſæpe & exin pro deinde & exinde di,
cimus.Quid illud non nolet unde ſit quod dicitur cum illis. nõ autem cum nobis dicitur ſed
nobiſcum.Quia ſi ita diceretur obſcœnius concurrerent litteræ ut etiam modo niſi autem in
terpoſuiſſem concurriſſent ex eo eſt mecum.tecum.ſecum. non cum me cũ te cum ſe.ut eſſet
ſimile illis nobiſcum uobiſcum.Atq; etiam a quibuſdam ſero iam emendatur antiquitas.qui
hæc reprehendunt,Nam proh deum atq; hominum fidem deorum aiunt . Ita credo hoc illi
neſciebant an dabat hanc licentiam cõſuetudo.Itaq; idem poeta.Qui uſitarius contraxerat pa,
tris mei pudet meũ factũ ꝑ meoꝝ factorũ & exit exitium'examẽ eſt rapuit pro exitiorum.nõ
dicet liberum ut pleriq; loquimur . Cum cupidius liberum liberorũ loco dicimus . Sed ut iſti
uolunt.neq; tu unq̃ extollas ingenium liberorum ex te egenus & idem.Nãq; Aeſculapi libero
rum. Ac ille alter inchryſe nõ ſolũ dues antiqui maiorum meorum quod erat uſitatum. Sed
durius etiam conſilium ſocii augurum atq; exitum:interpretes idem pergit poſtq̃ prodigium
horriferum.portenta pauorum non quæ ſane ſunt in omnibus ueteribus uſitata . Nec enim
dixerim tam libenter armum.Iudicium & ſi eſt apud eundem. Nihil enim ad te de iudicio ar
mum.Accedit:quam centuriata & cenſoriæ tabulæ loquuntur.Fabrum etiam.Porcum audio
dicere non fabrorum non porcorum planeq; duorum uirorum iudicium.haud trium uiroꝝ
capit.olim aut decem uirorum litibus iudicandis dico unquam.Et qui dixit Actius uideo ſe,
pulchra duo duorum corporum.Idemq; mulier una duum uirum . Quid uerum ſit intelli,
go.Sed alias ita loquor ut conceſſum ut proh deum dico pro deorum alias. Vt neceſſe eſt cũ
trium uirum non uirorum.Sexcentum nummum pro nummorum:ꝙ in iis conſuetudo nõ
uaria eſt.ꝙq; ſic loqui noſſe iudicaſſe uetant nouiſſe iubent & iudicauiſſe quaſi uero neſcia,
mus in hoc genere & plenũ uerbũ recte dici & nummum uſitate. Itaq; utrũq;. Terentius eho
tu gnatum tuum non noras poſt idem Stilphonem inquam eſt noueras . Sic & plenum eſt.
Sic uriq; nummum licet utare utroq;. Ergo ibidem quam cara ſint quæ poſtcarendo intelli,
gunt . quãquam attinendi magni dominatus ſient. Nec uero reprehenderem . Scripſere alii
rem & ſcripſerunt etiam uetus ſermo.Sed conſuetudini auribus indulgenti libenter obſequor
Idem campus habet ut inquit Ennius.& in templis idem probauit.At iiſdem erat uerius nec
tamen iſdem ut optimum male ſonabat iſdem.impetratum eſt a conſuetudine ut peccare ſua
uitatis cauſa liceret'Et pomeridianas quadrigas non poſtmeridianas liberius dixerim . Et me
hercule quam me hercules non ſcite quidem barbarum . Iam uidetur neſcire dulcius ipſum
meridiem cur non medidiem.Credo ꝙ erat inſuauius.Vera propoſitio eſt quæ nunc tantum
in acceptis tabulis manet.nec is quidem omnium in reliquo ſermone mutata eſt.Nam amo,
uit dicimus & abegit & abſtulit ut iam neſcias an uerum ſit an abs quid ſi aufugit etiam
turpe uiſũ eſt & afferre noluerũt affer maluerũt. Quæ ꝓpoſitio ꝑter hæc duo uerba nullo alio
in uerbo reperitur.Noti erant naui & ignari quibuſcũq; in præponi oporteret dulcius uiſum
eſt.Ignari.Ignoti.Ignaui dicere quam ut ueritas poſtulabat ex uſu dicitur e re poblica.quod in
altero uocalis excipiebat in altero eſſet aſperitas niſi litteram ſuſtuliſſes.ut exegit & dixit.refecit
rettulit.reddidit.adiuncti uerbi primã litteram præpoſitio commutauit. ut ſubegit. ſubmuta,
uit ſuſtulit.quid in uerbis iũctius'q̃ ſi te inſipientẽ nõ ſapientem.iniquũ non æquum.tricipitẽ
non tricapitem.conciſum non cõceſum ex quo quidam præciſum eſſe uolunt.Quod eadem
ꝯſuetudo ꝓbauit.Qđ uero hoc elegãtius.Qđ nõ fit in nã:ſed quodã inſtituto inclytus: pria
dicimus breui pria lr̃a inſanus ꝓducta inhũanus breui infœlix longa & ne multis qbꝫ in uer
bis:Ex primæ lr̃æ ſunt q̃ in ſapiẽte atq; fœlice ꝓducte dr̃ in cæteris oibꝫ breuiter . Itẽ compo
ſuit.ꝯſueuit.ꝯcrepuit.ꝯfecit.Cõſule ueritatẽ repræhẽdet.refer ad aures probabũt. Quæro cur ita
dicẽt iuuari. Voluptati aurium morigerari debet orõ.Cũ ego ipſe ſcirẽ ita maiores locutos eẽ.
nuſq̃ niſi cũ uocali aſpitatõe uterẽt:loquebar ſicut pulchros cethegos triũphos carthaginẽ di
cerẽ.aliqñ idq; ſero ꝯuitio auriũ.cũ exorta mihi ueritas eẽt uſum dicẽdi loquẽdi populo ꝯceſſi
Scientiã mihi reſeruaui.Oſtumos tñ & matões Otones Cepiones ſepulchra coronas.lacrimas
dicimus:quia per aurium iudicium ſemper licet purum . Semper Ennius ut nunq̃ Pyrrhũ in
patefecerũt fruges nõ phryges Ipſius antiq declarãt libri neq; lr̃am græcã adhibebãt.Nũc ãt ẽt

duas & cũ phrygũ & cũ phrygibus dicẽdũ eẽt abſurdũ erat:aut tã barbaris græcã litterã adhi-
berent:aut tecto caſu ſolum græce loqui inde phrygũ & pyrrhum aurium cauſa dicimus. Quin
etiam quod iam ſub ruſticum uidetur olim:autem Politius eorum uerborum. Quorũ erant
poſtremæ duæ litteræ quæ ſunt in ultimis:poſtremam litteram detrahebant. niſi uocalis inſe-
quebantur. Ita non erat offenſio in uerſibus quam nunc fugiunt poetæ noui. Ita enim loque-
bantur. Qui eſt omnibus princeps non omnium princeps:ut uita illa dignum loco:non loci
dignus. quos in docta conſuetudo tam & ſi artifex ſuauitatis. Quid ab ipſa tandem arte & do-
ctrina poſtulari putamus? Hæc dixi breuius quam ſi de hac re diſputarem:eſt enim hic locus
late patens. de natura uſq; uerborum lõgius ꝗ̃ inſtituta oratio poſtulabat. Sed quia rerum uer-
borumq; iudicium prudentia eſt. uocum autem & numerorum aures ſunt iudices: & quod
illa ad intelligendum referuntur. Hæc ad uoluntatem in illis ratio inuenit. in his ſenſus artem.
hæc Ci. Hæc ſi accipiantur Priſciani plurimorumq; errores cognoſcentur. Nam quod Cicero
eloquentiæ pater dixit ſeruandum eſt aduerſantes triuiales faſtidiamus licet. Inter quos & illi
numerandi ſunt qui coniunx. dicendum putarunt:non coniux. Ignorantes illi. Co. ſi enim
abiiciat co. breuem fieri Virgil. Frigidus arcadibus coit in præcordia ſanguis. Similiter coactus
niſi ii geminata fiat:ut coiiſſe. Vt apud eundem inter ſe coiiſſe uiros. quæ ratio mox dicetur.
Coniunx igitur prima eſt longa:non abiicit n. Quid ꝙ compoſitum a dictione cuius prima
eſt. i. Seruat. n. ſi conſona ſit, ut Coniuro. Coniugo. Coniugationis. Coniugatio. docet hoc Pa-
pyrianus:qui uero dicunt coniux. ideo ſine. n. e. exponendum cenſent quod deriuatur a con &
iugum ideoq; coniugis facere opinantur quod nullo ſcriptorum qui talia tractarint: exem-
plo affirmant. Non ignoramus quod ait Phocas grammat. Sic quidam communis generis
hac ſyllaba finita aſſerunt. hic & hæc coniux. quid ſit facere dicant quia in reliquis caſibus ab-
ſit enim hæc Phocas. ut oſtendat alio ſic ſentire, quaſi ipſe eruditorum communem ſequatur
opinionem. Dicet ille Saperda. Ergo in hoc tacet. Quid ni? nec phalanx dixit & pleraq; alia.
Non aduertunt præterea illud quod compoſita a iugo. Sunt tertii & ſecundi flexus. Virgi. iii.
Interea biiugis infert ſe lucagus albis & alio io loco quadriuges in equos. alio in loco quadriiu-
go inuehitur curru hanc uariationem nequit coniux accipere. Priſcianus uero lib. vi. Sic inquit
x terminata a uerbis in go. ablata x additur gis in genitiuo. & poſt exempla inquit coniungo
coniunx coniugis. Quod enim differentiæ cauſa amittit ne ſi coniugis dicatur uerbum puta-
tur. ad hanc rationem Priſcia. Auream quiſpiam Chariſii ferret ſententiam. Amphibola & æq
uoca ex antecedantibus & ſequentibus dignoſcuntur. Sic & melius Papirianus x ante n in ex-
tremis uim habet interim cſ, unde eſt lancis a lanx. Quincuncis a quincunx. deuncis deunx.
Interim gſ. ut phalanx gis. habet coniunx genitiuo coniugis quæ in aliis interim a latina aure
accipietur. ut rex regis a rego. quod. g. habent nimiſi græcorum. ut lego lex lelex lelegos.
frugis frugis latinum eſt. ueteris frux eſt conſuetudinis a fruor frugi indeclinabile a Græco
aliqui tradunt. Sed rex latinum uanitatem eorum refellit. Coniugis enim amiſit. Iudicio auri-
um ne coniungum coniungimus inferret inter dubitatas dictiones coniungi coniunge coniũ-
ges. latine auris iudicium coniungum ſicut quincuncum. Deuncum horret quo horrore iu-
gum non iungum. & ab eo biiuges & non biiunges dici probatur. quadriiugo non quadriiũ-
go. laurus quoq; iudicium aurium probauit. Nam laurum laurubus quarto flexu non accē-
pit. hæc ille cui Seruius uidetur adſtipulari Atq; ideo Quintilianus, ait. Aures plene ſentiunt pa-
rum expleta conſiderant. fragoſis offenduntur lenibus mulcentur contortis excitantur. Stabi-
lia probant clauda deprehendunt redundantia ac nimia faſtidiunt. Quod imitatus Diome-
des in compoſitione hic ait. de ea auribus iudicetur. quæ uelut arbitræ compoſitionis eſſe de-
bent. ut quid ſtructum. quid effuſum. quid gracile. quid ubertum. quid durum. quid efformi-
natum ſit exiſtiment plerumq; eſt nimiæ artis opinio fugienda & interponenda ſimplicitas
rudis ac impolitæ dictionis. non propter hoc ſolum quod in omnibus rebus nimium lenoci-
nium odio dignum eſt. Sed quod plerumq; acribus ſenſibus maior eſt ſi naturaliter profe-
rant hæc Diomedes exemplo Ciceronis. Cum de apiana & Clodii cæde loqueretur. & pro
. Q. ligario. ubi uim ac uirtutem loquendi ſecutus. aurium iudicio cõtempſit ornatum. Pro-
bat & Mantuanus. Homerus qui nihil molitur inepte. Cum ait Arma uirumq; cano. At
contra Lucanus bella per Emathios. Cum ille bella uirumq; cano. hic arma per emathios. Sal-
ua lege metrica dicere potuiſſet. Sed in hoc Lucanus uidens ire propius mytacismo quæ ſpe-
cies eſt barbariſmi obturbans grauitatem heroicam aurium offenſione dixit potius bella
quam arma per emathios in illo Virgilius inceptam heroicam grauitatem quæ naturali-
ter ut ait Papirianus. r. littera ſignatur ne probationem minueret dixerat at nunc horren-
tia Martis. Læſio erat aurium a tenore incœpto & deficere. Si dixiſſet Bella Virumq; ca

no. Seuerinus quoq; doctorum iudicio eruditiſſimus. oſtendens quid operetur iudicium: in muſica ſua: adducit exemplum illud uirgilianum: paciq; imponere morem. Cum dicere potuiſſet moremq; imponere paci. & lib. x. leucage nulla tuum currum fuga ſegnis equorum. & Quintil. docet Auguſtum maluiſſe dicere calidum q̄ caldum non quia illud non ſit latinū ſed quia ſit odioſum. atq; περιεργον ideſt in ſpecie cacozeliæ quæ dicitur periergia ut ſuo loco dictum eſt. Eſt quoq; hoc proſa oratione preter Gellianum exemplum ſupra a nobis recitatum. Egregie obſeruatum accommodatumq; iudicium: licet alio modo in Bruto. Vt igitur poetica & uerſus inuentus eſt terminatione aurium: obſeruatione prudentium. Sic in oratione animaduerſum eſt: multo illud quidem ſecius. Sed eadem natura admonet eſſe quoſdam cæteros curſus. Concluſioneſq; uerborum: ut illud Virgilii: Semper honos nomēq; tuum laudes manebunt. Cum dicere potuiſſet honor. Quid ꝙ alibi dixit & in menſam laui cum libauit honorem. Cum laticis fuerit dicendum. Sed altior eſt ſonus heroico faciens: ut illud & ſoror & coniunx una cum gente tot annos. nam ſi coniux dicat uilius eſt. Cic. quoq; in lege agrara contra rullum. ait ueſter honos ad mei temporis diem penitus non ad alienæ petitionis occaſionem interceptus: uile quidem & inconcinnum fuiſſet ueſter honor. Alterum iudicium ex ipſa lectione duplici articulo eſt. nam legimus quandoq; iudicio noſtro audire uidemur: itaq; iudicamus qualis foret orationis pronuntiatio. Alterum eſt cum ſine pronuntiatione ulla ſolum: quid ueri: quid boni: quid egregii concipimus. hoc muſonis referente Gellio egregium dictum obſeruare debemus. Quid non quomodo dicatur: aduertendum eſt. Hoc etiam poeta in uerſu compto medici: theologiq; curant: atq; omnigenus ſcientiæ. In hanc ſcientiam ponit Ci. in perfecto oratore & q̄ philoſophus his uerbis. Mollis eſt enim oratio philoſophorum: & umbratilis: nec ſententiis nec uerbis inſtructa popularibus: nec iuncta numeris: ſed ſoluta liberius: nihil iratum nihil inuidum habet: nihil atrum: nihil mirabile: nihil aſtutum: caſta: uerecunda: incorrupta uirgo: quodam modo. Itaq; ſermo potius q̄ oratio dicitur: q̄q̄ omnis oratio eſt: tamen unius orationis locutio primo ſignata. Dicit Fab. Summorum in eloquentia uirorum. Iudicium pro ratione habetur apud grammaticos. Et uel honeſtus error eſt: magnos duces ſequentibus.

Quid ab officioſo grammatico. Caput. xviii.

AEſopi fabellas primo Fabius diſci iubet. Sed recte intelligas ſuperius recitata: pueris dum (ita loquar) lactent: hoc præceptum ſit ſatis: non autem intelligas de eo q Romana lingua. Si modo eſt: barbarum ſonat: nec legunt ulli niſi triuiales: & ignari: Aeuo autem Fabii erat ut a græcis incipere mallent. Sed Ciceroni id omiſſum ꝙ peroſus eſſet. Iuuenalis cum ſit Turpe magis noſtris neſcire latine. Officioſus grāmaticus ſynthaxim ideſt partium coſtructionem primo edocebit. Subinde exponere curabit. Aſſuefaciet puerum ſermones per circūlocutiones mutare: audacia ut quæ dicuntur & breuiare aliqua Saluo tamen ſenſu eius qui loquitur autoris: in quo ut magiſtro Fabio placet: puer ſciat ubi ſuſpendere ſpiritum debeat: quo loco uerſum diſtinguere. ubi claudatur ſenſus. unde incipiat quando attollenda: quando ſummittenda ſit uox. Quid quoq; flexu: quid lentius: quid concitatius: celerius lenius dicendum: demonſtrari niſi opere in ipſo non poteſt. Docebit chriis & ethilogiis puerum exerceri ſubiectis doctorum rationibus: hoc ideo fiat quia ex ratiōe ducunt initium. quorum omnium eſt ſimilis ratio: forma diuerſa. Quia ſententia uniuerſalis eſt: & quia hæc rhetores reliquerunt. Ideo grammaticis neceſſaria facta ſunt. Autor Quintil. & Sueto. ait. Qui rhetoricen dicebant grammatici habuere has. ſ. partes ne ſicci omnino: atq; aridi pueri rhetoribus traderentur. Alia ex Papyriano recitata ē ſuperius cauſa.

Differētia inter Locutionem: & elocutionem. inter elocutionē: & eloquētiam. & ibi notatu digna Caput. xix.

DIfferunt inter ſe locutio: & elocutio. Nam locutio quinq; generibus uerſat̄. Quæ Diomedes ponit. ſ. ratiōale. Artificiale: hiſtoricum: gloſſemmaticū & cōmune: Hæc apud latinos effecta imitatione græcorum: qui habent quinq; linguas: quæ ſunt. ιασ. Δωρι. ατΤισ. αιολισ. κοινη. Elocutio uero ē quæ ut ſcribit Ci. circa elegātia compoſitionem & dignitatē uerſatur. Nam eloqui proprie: ut Fabius: ē quæ mēte concepenſq; atq; animo: ad audiētes proferre: Quod ut affirmat Ci. nō ſine elegātia: compoſitiōe dignitateq; fieri debet: & hoc proprium oratoris. Loqui uero grāmatici ē. Eloquētia uero diſtat ab elocutiōe: ut docet Martianus. Elocutio conſtat ſingulorum animaduerſione uerborum: hoc ab eloquētiæ nomine ſeparatur. ꝙ illa totius opis oratori uirtus ē. hæc pars habetur officii. Cuius Ci. duo quaſi fundamēta duo dicit eſſe faſtigia: fundamēta ſunt loqui: planeq; dicere quorum unum loquente grammatico diſcitur. Faſtigia uero ſunt copioſe ornateq; dicere.

Ioanni
Ebrunio

Huius rei duplex tō eſt una quæ ī ſingulis uerbis lumē apparet.altera ut dignitas eloquendi copulatiōis ipſius decore ſeruet̄.Loquentiam tñ dixit Saluſt.Sed ab hac ratiōe ut differret.

Locutionis partes primo de rationali. Caput. xx.

RAtionale:ut Pli.ꝙ certa ratiōe extra uernaculam locutionem:ex autoribus obſeruatum eſt a latinis.Sic in græcis τι ασ lingua uerſatur in omnibus:quorum officium dicit Fabius a communi remotum ſine uitio.Illud ratiōale Palemon tradidit quod ratio ipſa docet ex naturæ Indagatiōe:ut ſi dicam comedo facio au faciente uocem effingam:quod ratio ipſa ſuadet exemplum rarius nō probat.Ex hoc poſſumus notare Diomedis celeberrimi doctrinam.Qui duce ratiōe comedo in agendi uerbis adnotarit & Herodiani.Qui facio nō autem delecto cum tamen dicat̄ hominem delectat rō. Et multa alia quæ præter idiomata electiua habentur:hæc ſcilicet Methodicus: Quod item Glicerium apud Terentium.Et Planeſium Philenium Leōrium Euticlium Acroteleſium: Philomaſium Delphium Dorcium Sophronium:apud Plautum Et hoc genus uidentur uoce neutra Natura uero ſunt muliebr.generis.ratiōe fœminina dixit Plinius. Quintilian. uero cum inter Epicœna poſuerit:ratiōem inueſtigandam poſteris uidetur reliquiſſe.

De Artificiali. Caput. xxi.

ARtificiale duplex eſt.Quod appoſite fit ut a poeta:& oratore.hic ad perſuaſionē ille aut ut delectet:aut proſit:& artificiale dicitur: quod artificio quodam etiam uitia quæ uſu autorum admiſſa cōtinet:ut teucrū ꝓ teucroꝝ.Hoc aūt ad ſimilitudinem Doricæ linguæ fit:quæ in ſingulis partibus orationis:nunc adiectionibus. nunc breuitati ſtudens barbariſmos facit:quos cum uendicarint ſibi docti metaplaſmi uocantur.

De Hiſtorico:& Laconiſmo: Caput. xxii.

HIſtoricum ſiue exigiricon:eſt quo prolata uel ſcripta iudicio ſcriptorum interpretantur.alio modo:quod figuratum quandam ex autorum lectione breuitatem admittit:in loquendo.Et hoc attis linguæ imitatione: quæ breuitati ſtudet. admittitq; ſolœciſmos:quos cum docti ſibi uendicarint σκιμπατα λογου. uocantur:ut nuda genu.Eſt enim atticiſmus:qui in duas partes orationem redigit ex tribus. Fit etiam atticiſmus latina formula:unde eſt modus loquendi apud Quintilianum Senecam:& Plinium & clariſſimos.Quid ꝙ.ſ.dicemus.Seneca qu d ꝙ ſi bonum eſſet:ira perfectiſſimum:quemq; ſequeretur pluria apud eundem exempla.Cicerōem quoq; & Quintilianum Plinius. Quid ꝙ nocturnæ exiſtimatione quietis homo dimidium ſuæ uitæ ſpatium uiuere creditur. Sed nota Laconiſmon quoq; dici breuitatem ſed hoc differt ab atticiſmo.quia Lacōes ut ex Hieronymo accepimus græco autore nullo ornatu. Sed tantum pura uerbi enuntiatione. Quod Plutarchi quoq; apophthegmata laconica ſignificant: attici uero ornatu quodam plura in preſſius cogunt:& inde atticiſmus dicendi genus:& inde laconiſmus.

De Gloſſemmatico Caput. xxxiii.

GLoſſemmaticum quod minus uſitata autorum continet ideſt abſtruſos ſermones:& hoc ſignificante Fabio:ad locutionem perducit in quo tamen ut ſummi grammatici tradunt:& uiri eruditiſſimi non debet eſſe ultima diligentia circa gloſſemmata ideſt dictiones minus uſitatas. Aliqui uero dicunt: ꝙ præcipuum grammatici eſt:declarare incognita uel a communi uſu remota:ut uocabula & queſtiones. Nonnulli præcipuum grammatici eſſe opinantur fugere gloſſemmata:alii euitata:ut Quintil.& Horat.uidentur affirmare qui non probant inſeri ea uocabula:& Horatius irridet Ludlium græca carminibus inſerentem.Lucilius uectium utentem ſermone thuſcorum & ſabinorum.Ego utrumq; intelligo:quia autore Quintiliano & Cæſare: conſuetudini ſeruiendū & Cic.non diſſimulauit:& neceſſaria eſt obſcurorum explanatio explicatio & declaratio.Ponitur gloſſemmaticum ob æolem linguam:quæ ultra modum copioſa eſt.& amat per circuitum uerba protendere:& periphraſeos & ſuperabundanter uerba explicare: ut pleonaſi. Cuius uitium ſchemma dianœas.Sic latinorum aliqui gloſſemmata: ad copiam ſermonis fecere.Aliqui ad breuitatem quandam cum delectatione:Quorum princeps Apuleius:unde appellatus uerborum opifex ab aliquibus.Aliqui ad ſcientiæ oſtentationem.

De Communi Caput. xxiiii.

COmmune:eſt quod aliqui cenolexiam dicunt:uerbi gratia:in ſacris tiberinus. i cōmuni tiberis:in poemate tibris dicitur:hoc docet Seruius & uidetur eſſe cōmune id ī quo oēs idē ſentiūt.ut ēt apud g. κοινη. Nā cōſtat oēs romanos:tā fœminas: ꝙ pueros latine locutos fuiſſe:unde romanam linguā dicimus.Aliqui dicūt cōmune græcorum eſſe in quo ēt aliæ linguæ cōueniāt:ac ſenſu.Latinorum uero eſſe in quo oēs ſine uitio

loquuntur uel linguę diſcrimine ſemoto. Alii Romanam diſtinxere à latina. Contra quos Quintil. primo ait omnia ſe italica pro romanis habere: & ita iubet orationem olere romanũ ut non uideatur donata ciuitate. Dicto noſtro argumentum eſt ad id Ciceronis primo tuſc. Qui ſic ait frequens. n. cõſeſſus theatri in quo ſunt mulierculæ & pueri mouetur audiẽs tã grande carmen. Adſum atq; aduenio Acheronte: uix uia lata atq; ardua: per ſpeluncas aſpe ris ſtructas ſaxis pendentibus maximis: ubi rigida conſtat & Craſſa caligo Inferum. Hæc ille quomodo mulierculæ & pueri intellexiſſent: niſi latina lingua fuiſſet: uernacula & ꝓpria Ro manorum? iii. quoq; de orat. Cic. peregrinam inſolẽtiam fugere diſcamus equidẽ cũ audio ſocrum meam Læliam facilius. n. mulieres icorruptam antiquitatẽ ſeruãt q; multoꝶ expres ſermonis ea tenent ſemper q̃ prima didicerunt ſed eã ſic audio ut Plautum aut Neuiũ mihi uidear audire hæc Ille & Cornelia Gracchorum mater: ut ait Fabius filioꝶ eloquẽtiæ multũ attulit. Vnde pleriq; grammaticen duplicem eſſe contendunt: quia ſicut Fabius duplicem rhe toricen ponit: alteram naturalem: quæ ante cultum fuit. Alteram uirilem: quę culta eſt: & ob ſeruatione perſpicua. Qua ut ait Cic. Notatio naturæ & animaduerſio peperit artem. Aliqui ſe iactantes habere feſti quædam fragmenta dixerunt: ex Feſto. Latinos habuiſſe quinq; lin guas: ea ſunt: Vernacula: Romana: oſcula: ſabina: latina. In feſti exemplaribus notis eſt latina lingua a Latio quæ locutio adeo eſt uerſa ut uix ulla pars eius maneat innoxia.

De Partibus Elocutionis: eiuſq; uirtutibus inquibus aptum uerbum de ornamento. Caput. xxv.

QVo ſunt ut ſcribit Cice. quæ cõdiunt orationẽ uerboꝶ numeroꝶq; iucũditas: in uerbis eſt quaſi materia quædam: in numero uero expolitio: Elocutio igitur eſt prioris partis q̃ circa (ut dictum eſt) elegantiam: compoſitionem: & dignitatem uerſatur. Elegantia igitur eſt quæ facit unum quodq; uerbum (docente Cicerone) ut pure & aperte dici uideatur. Hæc diuiditur in latinitatem & explanationem: Virtutes Elocutõnis au tore Fabio ſunt hæ ut ſit emendata dilucida & ornata. Ornamentum uerum eſt ut ẽt docuit Hermogoras cum dicitur apte dicimus apte cum uitio non mandatur oratio niſi ex colore. Item dicimus apte cum uoces dictiones Elocutioneſq; habent quod ſuum eſt. i. ut bene ſint uerba accõmodata autor Quintilianus. Hanc autem diſputationem In librum huius ope ris nonum qui Inſcribitur de Figuris cõmodius differemus.

De cauſa diuerſæ enuntiationis pro oratione methodices: inibi quid fecerit elegantiã: quo intellecto cognoſcuntur quæ inania argumenta grammatici. Caput. xxvi.

SOlent aſſeuerare plurimi: qui tardidiſcentia laborant. quare cum idẽ ſit ego amo deum: & deus amatur a me alterum non eſſe ſuperfluum. Sic etiam uerboꝶ a te uapulo a te & mille hoc genus locutiones. Quid q; & ſimplices uoces qualia ſunt Pater genitor. Mater genitrix. herus dominus: fortis ualidus: homo uir: cœ lum: mundus: cœlum: aer: terra humus: tellus. æquor mare: Varietas ut docet Pli. & Chariſi uſa paupertate linguæ latinæ uidetur nata. Sed (ut aiunt) contra eſt imitago græcæ facun diæ delectatioq; ornatus; ad hoc enim tendit neceſſitas eloquiiut exprimatur ſine eſſenſio ne. Iucunditatis enim læſio ipſa eſt barbaries. Delectatio uero & iucunditas complexa eſt uſq; adeo ſermonem: ut aures Ciceronẽ Id patefaciente delectaret: uarietate inſignita: hinc ſchemata admiſſi barbariſmos ſolœcon quãquã uitanda ſæpius tolerantiora fecit. Quid enim ornatius q̃ ſermonis uariatio? Quid copioſius? Quid elegantius? q̃ uariare cum dele ctatione unum per multa oblectationis adminicula? hinc chriarum ratio pendet: hinc quod ſine delectatione aurium eſt uitioſum iudicatur. Si metra cantes uno ſemper tenore. Coruus diceris. & Horatius inquit ridetur corda qui ſemper oberrat eadem. Si hiſtoriam ſcribas: ni re rum uarietates ſtilo apto accommodentur: neruis laborare predicaberis. Sed quid iſta? Ora tio nulla re magis ornata creditur: quam uarietate diſpoſita concinna. Ex iis igitur uerbis rationibuſq; patet quare liceat idem diuerſis modis enuntiari. quia uariatio ſermonis ornat orationẽ. Ad quod accedit Illud Cic. omnibus in rebus ſimilitudo eſt ſatietatis mater. patetq; figuraꝶ rõem: & ſolœciſmi barbariſmiq; eſſe aduiſſam placita ſcriptoribus uanetate.

De Latinitate. Caput. xxvii.

LAtinitatis eſt incorrupta loquendi obſeruatio: quod Diomed. ex Cicer. accepit. qui in rhetoricis ait. Latinitas eſt quæ ſermonem conſeruat purum ab omni ui tio remotum: id autem fit ſecundum Romanam linguam. unde: recte Fabi us damnat inferentes barbara: uel aliena uocabula orationi. ut canthus. i. eſt fer rum quo rotæ cinguntur. ploxenum ſardum. quãquam illud Perſius: Hoc Catullus ferat: & ſimiliter Caſnar ideſt aſſectator Maſtruga quod Gallica uox eſt.

De Latinitatis partibus. Caput. xxviii.

LAtinitas(ut Varro) & Diomedes recitat. Conſtat: natura: analogia: conſuetudine
antoritate: Natura uerborum omnium: eſt quæ immutabilis: quæ nequaquam
aut plus minus ue dat nobis: ꝗ quod accepit. nam ſi dicas ſcribo: lego: non ana
logia: ſed natura utor ſermonis. Naturam Varro circunſcribit dicens in ſecundo
de lingua latina: impoſitio eſt in noſtro dominatu: in natura: quemadmodum enim quiſq;
uult imponit nomen. aut declinat quemadmodum uult natura. eſt autem duplex natura
aut declinatiua aut copulata declinata ut lego legis. Copulata ut hominem amo. Analogia
non item ea definienda ſcribit Varro quæ dirigitur ad naturam uerborum: atq; illa quæ ad
uſum loquendi. Nam prior ſic definienda eſt. Analogia eſt uerborum: ſimilium declinatio ſi-
milis: Poſterior ſic. Analogia eſt uerborum ſimilium declinatio: Similis: non repugnante con
ſuetudine communi. Sed ſecundum technicos analogia eſt ſermonis a natura proditi ordina
tio. Secundum Ariſtarchum nata: ex quadam conſuetudine. Quod tamen negauit Chryſip
pus. nam aliud eſt dicere uerborum analogias: aliud eſt dicere uti oportere analogiis. Analo-
gia a Quintiliano & Gellio dicitur latine proportio. Cuius eſt uis ut quod eſt dubium ad ali-
quid ſimile de quo nõ queritur: referat: ut incerta certis probet: quod efficitur duplici uia. Cõ
paratione ſimilium maxime in extremis ſyllabis: ut Fabius ait: propter quod ea quæ ſunt el
ſingulis negantur debere rationem & diminutionem: non autem inuenta eſt analogia: cum
primum fingerẽtur homines. Sed poſtquam loquebantur: & notatum in ſermone. Quid
quoq; nõ caderet itaq; nõ ratione nititur. ſed exemplo: nec lex eſt loquendi. Sed obſeruatio.
ut nulla res alia fecerit analogiam: ꝗ conſuetudo autor. Quintilianus: Varro & Plin. in de eſt
illud Varrõis nõ repugnante cõſuetudine communi. Tria habet analogia: ut idem tradit au-
tor: unum quod in rebus. alterum quod i uocibus. Tertium quod in utroq; duo priora ſim
plicia. Tertium duplex: in rebus in ædificiis ꝓportio. Signiſq; faciendis. Vocum eſt analogia
ut dieſpiter iuppiter. Tertii ſint tria genera. Vernaculum: ut ſutor: pictor: adiectiuũ ut neſto-
res: hectores: neſtoras: hectoras. Tertium nothũ ut Achilleus: Pelleus: ariſteus: Theſeus. Con
ſuetudo ponitur a Quintiliano ultima. Quia ipſe putat hanc ſequendam. In quam ſenteñtiã
Cæſar dixerat: tãꝗ ſcopulum fugias nouũ & inauditum uerbum. Et Gellianus Fauorinus di
cebat uiue moribus præteritis. loquere uerbis ꝓſentibus. Et utere: & idem Macrobianus Auie
nus: Pli. & Diome. nouiſſimam ponunt autoritatem: quia ſi deficiat cõſuetudo: ad autorita
tem cõfugimus: ut qui nouis uerbis fidem facere uelit: ut qui bouinator ait. Lucilius dixit:
Sint autem noua uerba: incognita: & inaudita: inuulgata: & ſordentia quæ lædũt orationẽ.
Si cõſuetudinem ſequimur: ut Gellius ait: quorum tamen offenſio plerunq; autoritate deter
gitur: & maxime ſi uerba ſint a uetuſtate repetita: quæ non ſolum magnos aſſertores habẽt:
ſed afferunt orationi maieſtatem aliquam: non ſine delectatione. Sed quia intermiſſa: gratiã
nouitati ſimilem pariãt opus eſt modo ut neq; crebra: ſint: neq; manifeſta: quia nihil odioſius
affectatiõe: neq; utiq; ab ultimis etiam obliteratis oblita temporibus: qualia ſunt. toper: antin
gerio: & exanclare: & ꝓſapia: & ſaliorum carmina uix ſatis ſacerdotibus ſuis intellecta. Sed illa
mutari uetat religio: & cõſecratis utendum. Hæc Quĩtil. Cõſuetudo idem autor dicit. eſt lo
quendi magiſtra: utendumq; ſermone: ut nũmo. cui publica forma eſt. Et omnia tamen exi-
gũnt acre iudiciũ. Cui aduerſatur quod g. ὀψιμαθίαν. Ideſt tardidiſcentiam: ut quod nunꝗ
didiceris: ignoraueris. diu at tum id ſcire aliquando cœperis: Magnifacias: docet Gellius. Aliter
etiam de cõſuetudine ꝓfert Quintil. cõſuetudo ſermonis eſt cõſenſus eruditorum: ſicut uiuen
di cõſenſus bonorum. Sermo. n. cõſtat ratiõe: uetuſtate: autoritate. Cõſuetudine: rationem pre
ſtat analogia nõ nunꝗ ætimologia. Vetera maieſtas: quædam & (ut diximus) religio cõmẽ
dat. Sed nota qđ in latinitate & Sermione eſt. Cõſuetudo illa ex Diomede hæc ex Fabio. Pro
cuius rei enodatione quoniam hoc nullus neotericorum contemplatus eſt. Verba Herodiani
ſubiiciam. Inuicem conſecuntur & adducuntur latinitatis Conſuetudo & Sermonis idq;
neceſſarium eſt. Siquidem grammatica locutio & latina cum ſunt aliud ab alio tamen con-
ueniunt in Chriſi. Nam iudicium talia moderatur regit & quaſi gubernat. Idem eſt in auto-
ritate Latinitatis & Sermonis cuius dignitatem elegãtiam & rationem Qui caret Iudicio il
lo quod Cicero & Quintilianus propoſuerunt: non capit. Hæc mihi uerba ſonant chilo
quod Gellianus. De ratione ſic tradit Varro ut rationi obtemperare debet gubernator
Gubernatori unuſquiſque in naui. Sic populus rationi: non ſinguli populo. Et inferius
ait deſpiciẽdi: Qui potiorem dicunt oportere eſſe conſuetudinem. Ratione. Illud tamen
obſeruandum eſt: ꝙ qui bene loqui uelit conſuetudinem ſequi oportere non rationem

ſimilitudinem. Et tamen ſi alterū negligat:ſine offenſione facere non poteſt. alterū
Si non ſequat̃: ſine reptehenſione non eſt. Differt uſus a conſuetudine. ut Varro:
uidetur ſignificarē: ut ſit ſpecies uſus cōſuetudo genus. Tres enim ait ſpecies uſus.
una cōſuetudinis ueteris. Altera huius cōſuetudinis. Tertia quæ neutra. uetera ut fu
rus.ri. Albus Caldus. Albo Caldo:neutra ut Scala Scalā:Falera falera:Ad quas acci
dere poteſt: Quarta mixta: ut Amicitia Inimicitia Amicitiam inimicitiam: Prima
eſt q̄ uſi antiqui.ſecunda qua nos utimur. tertia qua poetæ:Ex qb9 herodianus lati
nus egregie defendit illud ciceronis:qd erratū putatur a nōnullis:obſequiū dictū pri
mū a Terētio Ci.dixit ī amicitia:meminitq; Fabius Quintil. Donatus oſtēdit dep̄
hendiſſe ſe arbitratus errorē. Ci.Plautū & alios dixiſe obſequiū anteq̄ Terētius.Sed
inqt ille ſcriptor Ciceronē accepiſſe cōſtat nouæ cōſuetudinis uires:quas a Terētio
initiū ſumpſiſſe patet:ante eius æuo incōſuetudine obſequiū pleraq; plautina cecilii
actii Pacuiiq; extincta fuerāt.i.antiquæ ita renūciata cōſuetudini: ut pro abolitis hē
rentur ut hodie quoq; patet.unde horatius egregie dixiſſe pibetur multa renaſcētur
quæ iam cecidere. Terētio igitur autore qd renatū eſt uocabulū. obſequiū p̄cipue eſt
illud affirmare uidetur Auſonius dicēs mors etiā nominibusq; uenit:alii licet homi
nibus. Nō eſt igitur error:ut alii putāt:& ſimul nōdiſcrepat hoc:antiqua fuit cōſue
tudine obſequiū:ut apud Plautū:& id genus autores:quod poſt primā ceciderat uo
cabulū obſequiū:primus Terētius dixit in hac ſecūda cōſuetudine.i.noua:cuius etiā
Donatus ipſe meminit in Ecy.& ſic mētem fuiſſe:ciceronis ſignificat Quinti.cū ait
Ci.putat obſequiū primū a Terētio dictū.nā putate opinionis ē.chariſius uero aliter
dixit obſequiū p ſeruitute ātiqui dixerūt qdē Sed pro offitioſa materia primū dixit
Terentius: ex iis huius ſcriptoris uerba Cicero uera dixiſſe elicitur obſequium pro
ſeruitute dictum: ſignificat Trāquillus:qui pleraq; ueterum reuocauit:in Auguſto:
ait alias uero natiōes male qetas ad obſequm redegit.i.in ſeruitutem po. ro. uel dic
obedientiā qđ Valer. maxi.libro primo ſignificat dicens: laudabile decem faſtuum
religioſum obſequium: laudabilior quatuor & uiginti in cōſimili rē obedietia. &c.
Item cōſuetudo a more differt:ut ex Varrone recitat Macrobius. Mos ē ī iudicio ani
mi quem ſequi debet conſuetudo.unde cultus moris dicitur conſuetudo. Quod
uero dicit Iulius Feſtus exigirici eſt. Mos eſt iſtitutum patrium p̄tinēs ad religiōem
cerimōiaſq; maiorū. No.prætereaq alliud ē ſermo uſitatus:aliudcōſuetudo loquēdi in
hac neceſſariū ē iudiciū nō.n.ratiōe analogiæ. Sed uiribus pars ē ideo ſola recepta:q
multorū doctorū cōſēſiōe cōualuit.ūde horatius ī art. multa renaſcēt̃ q̄ iā cecidere ca
dēſq; quæ nūc ſunt ī honore uocabula ſi uolet uſus.ita tamē ut Pli.& Diomedes.
ut illis ratio artis nō accedat ſed īdulgeat:qualia ponit Fabius exēpla rheda petoritū.
Quæ gallica ualuerunt ob cōſuetudinē: quorū altero. Cicero:altero Horatius utit̃
Et mappa quoq; uſitatū circo nomē pœni ſibi uendicarūt:&gurdōs quos pro ſtoli
dis accipit uulgus:ex hiſpania originem duxiſſe audiui: non ignoro aliquos Quin
tiliani codices pro circo habere cicero:qđ ideo ridiculū opinor:qđ alii quoq; autho
res poſuere illud uocabulū. Iuuenalis megaleſiacæ ſpectacula mappæ. Martialis creta
tam prætor cū uellet mittere mappam. Trāquillus in nerone aliquo liberto mittēte
mappā. Eo igitur uocabulo dixit Fabius paſſim utimur in circo:quoq; & ludis circē
ſibus uulgatū.ſic & uſitatū:quale eſt illud turbo binis nō bonis facit:quia antiq tur
ben dixere. Indulget igitur ratio artis:ut ab eo turbinis ſeruetur. Probat id Seruius
exēplo catulli:& ea rō q turbonis a p̄prio noīe ē:& cū metæ cōtrariā figurā ſignifi
cat ut Boetius probat. Itiner antiqui dixere ut M. Manilius:quod nos iter. Quare iti
neris dicatur q̄rūt.indulſit artis rō ab eo qđ itiner fuit dictū.qq; ſicut ēt antiq ab iti
ner itineris dixerūt:nō abſurde ē uiſū poſterioribns ab itiner dixiſſe itineris: Plautus ī
mercatore. Quin tu ergo itiner meū exeq me ſines. Iteris quoq; dictū p̄bat Marcellus
neuii atq; actii ueterū autoritate:Quid q Iupiter Iouis ab eo qd antiq declinabāt io
uis:Iouis cecilius ī epiſtola uera nouus qdē deus repertus eſt Iouis & actius lucifera
lampade exurat Iouis arietē. Iupiter iupitris dixit ceſelius uindex. Sed conſuetudo
ſurripit Iupitrisiouis idulſit. Supellectile recto caſu cic. quoq; dixit:ut iā recitauimus
cōſuetudo quoq; effecit utcōfeſſis grecis uteremur uerbis ubi nr̄a deſunt. Sicut illi a

nobis nõ nũq̃ mutuãtur Autor q̃tilianus ita tamẽ ut de antiq̃s accipio: nõ accedit artis rõ noſtræ· und̃ nõ Calipſonẽ ſicut Iunonẽ dixerim: ut idẽ ait. Et ſi Cæſar rõem dediãdi uſus accepit: autoritatẽ cõſuetudo ſupauit. iq̃ re ſimile q̃dã dicũt dido cũ di dõis dixerit: Ouid. i obſcœno carmĩe ſeu is fuerit Vir. Penelopes primã didõis pria ſeq̃t̃: alias rarũ: nã ait Ser. i. iiii. æneĩ. ubi Maro ait Et nõie Dido ſæpe uocaturũ dido uctũs eẽ põt & actũs: id aũt a declinatiõe ſyneręſiatorũ græca: Autoritas ut ait Victorinus: eſt argumentũ uerius atq̃ honeſtius & cui quaſi neceſſe ſit credi : Alii dicunt autoritas eſt exiſtimatio quæ reprehenſioni obnoxia non eſt : in uſu loquendi. nam poteſt uideri nihil peccare: qui utitur iis uerbis. quæ ſummi autores tradiderũt multũ refert quo nõ ſolum. quid dixerint: ſed etiam quid perſuaſerint: neq̃. n. tiburchinabundũ: lurchinabundũ. iam in nobis quiſq̃ ferat: licet Cato ſit autor: q̃q̃ Pollioni id placeat: nec gladiola: quod Meſſalla dixit. nec patricidatũ: ꝙ in cælio uix tolerabile uidetur. nec Colios Caluus pſuaſerit: q̃ nec ipſi iã dicerẽt autor Fabius. Diomedes autoritas in regula loquẽdi nouiſſima ẽ. nãq̃ ubi omnia defecerint: ad illam q̃ẽadmodũ ad anchorã decurritur. nõ. n. quidq̃ rationis aut naturæ aut conſuetudinis habet. Cũ tantũ opinione ſiue lectione ĩcepta ueterũ ſit: nec ipſi tamen ſi interrogentur cur ſecuti ſunt ſiẽt ut illud eſt referẽte Fabio. Quod Meſſalla dixit reatũ primus. Auguſtus itẽ primus dixit munerariũ. hortẽſius ceruicẽ: id autoritate defendimus. Sicut obſeqiũ primo quoq̃ dictũ a Terẽtio. Carrus quoq̃ Cæſar in cõmẽtariis. hinnitũ: quoq̃ balatũ & ſimila: cũ nobis haud liceat effingere. Antiquorũ maieſtate defendimus. & autoritate. Autoritas dicit Quintil. ab oratoribus & hiſtoricis peti ſolet. nam poetas metri neceſſitas excuſat: niſi quando nihil impediente in utraq̃ moduiatione pedũ alterũ malunt. Quale ẽ illud apud maronẽ. imo de ſtirpe reciſũ & illud quo cõgeſſere palũbes aereæ. Cũ i hoc aerei in illo imo dici potuiſſet: & ſilice i nuda. Iuuenalis uero nec melior pedibus ſilicẽ quæ cõterit atrũ. Columella uineis amicus etiã ſilex. Similiter Vergilius latebroſo pumice. Catullus uero fœminino generẽ. Itẽ Iugulus & iugulũ ut dicit Acron ꝙ nulla ratione niſi autoritate affirmatur Sed hoc genus in heteroclitis latius agetur.

De Aetimologia eiuſq̃ neceſſitatibus modis & gradibus atq̃ inibi obſeruationes nõ uulgares· Caput. xxix.

ANalogiæ Quintil. ſubtexuit Aetimologiã: cui & ueterẽ ſermonẽ. i. ueteris ſermõis cõſuetudinẽ. Poſtremo orthographiã. uetuſtatẽ ipſã eiuſq̃ ſermonẽ. Cũ ſupioribus libauerim: omitto orthographia ſiue ut pitiores ortopila a Tortelio ſatis: ut ſciuit: elaborata ẽ. Præterea latini nõ tã i ea laborãt q̃ græci Aetimologiã i hac pte ſectati Quītil. & ueteres grãmaticos ne ad pficiẽdũ corpus deſit articulus: pſtrixi: ætimologia ẽ q̃ uerborũ originẽ īqrit a Ciceróe dicta ẽ Notatio quia apud Ariſtotelem σῦμβολον. hec Ci. i topi. inuenitur ꝙ ẽ nota. nã eſt ætimologiã uerbũ ex uerbo ut ait Cicero. Veriloquium, finxit hoc uerbũ Cicero quod tamẽ reformidauit. Aliq originatõem ut Palemõ docẽte Plinio: & meminit Quintilianus. eſt. n. neceſſaria: quãdo res de qua queritur. eget interpetatõe: ut frugi non abſtinẽs. Sed quia fructuoſus dr: unde ſit dicta frugalitas et hac ratiõe ſolet aſſignari ætimologie locus: p ætimologiã. n. barbara abemẽdatis dignoſcimus: ut ſiciliã triquetram nõ triquadrã: meridiẽ an medidiẽ dici conueniat queritur aliquãdo ſeruie cõſuetudini: neceſſaria eſt pp deriuatiões uocabulorũ a greco imitatiõe æolicæ ratiõis cui ſermo noſter ut ait Quītilianus ſimilimus. Siue etiã hiſtoriarũ ueterũ notitia nomina locorũ: hominũ: gentiũ: urbium uel requiramus: modus ætimologiæ multiplex ut Plinius & fabius eſt ꝙ uerbũ paululũ declinata: uarie & multipliciter ad ueritatẽ reducimus. aut correptis aut porrectis: aut adiectis: aut detractis: aut permutatis literis: ſyllabis ue. Hoc eſt quod Varro dicit in lingua latina : adẽptione literarũ additione: aut pp earũ attractionẽ: aut cõmutationẽ: itẽ ſyllabarũ pductionẽ. hæc omia quatuor gradus aſſecuta ſunt. primũ cõmũe: qđ nulli dubiũ ut aurifodina ab auro fodiendo. Secũdus ætimologiæ gradus eſt a quo grãmatica defendit antiqua: que oſtẽdit quẽ admodũ quiſq̃ poeta finxerit uerbũ: quod cõfinxerit: quod declinauerit hinc Sibilus: hic Chlamides: Clupeat: brachiũ: quorũ alterũ fictũ eſt: alterũ a clypeo

deducitur. Tertius gradus eſt quo philoſophia aſcēdēs peruenit. Nam ſtoici peripathetici. Py
thagorei: Epicurei de grammatice ſcripſerunt: ut Priſcianus: Chariſius. Plinius: & Varro: oſtē
dūt. itaq; dixerūt ut ea quæ eſſent i cōſuetudine communi aperire cœperit ut a quo dictum
eſſet oppidum Vicus: arx: & ſimilia: oppidum ab opere & ope dicta: quia ut ait Varro: tauro
& uacca interiore aratro circūagebāt ſulcum & regionis cauſa: die auſpicato foſſa & muro qui
bus eſſent munita: unde Virgilius urbem deſignat aratro. unde aliqui urbem ab uruo. i. ſulco
uel foſſa id autem erat auxilio aduerſus hoſtinm. Vicus a uia quia altera parte eſſet ædificia:
arx ab arcēdis hoſtibus Hæc inueſtigationis ſunt. In hoc genere falſo ponūtur a quibuſdam
locutuleii: a loquacitate dicti: & blaterones & linguaces: uoces a Gellio recēſæ: re uera ſunt pri
mi modi. Quartus ubi ē auditus & initia regis iu quo aucupamus dicta ſi nō p ratiocinatio
nem: ſaltem ad opinionem: eorum: qui ſcripſerunt: ratiōe quadam quam alii rectilogiam. alii
naturalem diſpoſitionem: in qua iudicium ineſſe putauerunt: ut utrum uirtus ne a uiris ne
uirtute uir dicatur: Quod Cicero in Tuſ. dixit opinatus uirtutem a uiro Armo as: ab armis
an arma ab armo as: exempla Pliniana dicemus. Quia Quintiliani ſuo loco dicta Ab ador
an adoro uel contra ſic ab homie humanitas a gerēdo Ceruus: a laboro labor: reliquis textus
erat mācus: a principio uel ut uerius opinor fine quarti dimidiari. Notādum ē nomina a cō
trario pleraq; trahi nō poſſe: ut docet Fabius: licet Grammatici fere oēs & cūcti Triuiales di
cūt lucus a luce per cōtrarium: quia luce careat: ridiculum eſt: ni ſequamur Capellam Martia
num: qui id probat Herodianus & Cloatius Gellianus græco trahit a λυιν. i. languere. Item
non probatur ꝙ ludus. i. ſchola dicatur quia lōgiſſime a luſu: ego in aſymbolo commētario
legi quod & Seruius ludere exerceri: moueriq; ē unde ludus in quo ſe exerceant ſtudioſi: ita
ſchola a σκολάζω. i. uaco. Item nō ꝓbatur illud quod dicitur Plutonis: quia minime di
ues damnatur a Quintiliano: ꝙ ſtellam quaſi ſtillam hoc ē ſintillam dixerit quiſpiam licet
Ariſtoteles dixerit eſſe dēſiorem partem orbis. Nec ꝓbatur Varro qui agrum dixit ab agēdo
& graculos quia gregatim uolēt cum a uoce dicti ſunt. Item nō ꝓbatur Aelius qui pituitam
quaſi petētem uitam dixerit. Quidam ſubiecerunt omnem nominis cauſam ætimologiæ:
ut Chariſius: & Herodianus: meminitq; Fabius. Reſtat ſoluere quod anceps diuerſa eſt docto
rum imitatione: Fabius negat homiem dici: ꝙ ſit natus humo cum alia quoq; animalia ſint
ex humo. haud illi primi mortales prius iposuerunt nomē terræ q̄ ſibi: Lactātius tamen Fir
mianus & alii eruditi. Illam ſecuti ſunt ætimologiam. Chariſius in ætimologia allegat Var
ronem. iii. humanarum queſtionum: qui aſſeuerat plerumq; a quadam eminentia dari titu
lum: nominuq; impoſitionum non ab ordine actorum: ſed ratione & natura ſubſeruati a pri
mo id probat uulpes quaſi uolipes lepus quaſi leuipes. Cum tamen canes ſint uelociores. Ho
micida quia hoiem quia hominem occidit dictus: non tamē leones apte tygriſue homicidæ
dicuntur. prætor a ꝑeundo: non tamen omnes qui præit prætor dicitur. Cōſul a cōſulēdo. i.
iudicando nec omnis qui cōſulit dicitur conſul. Merula quia ſola uolat quaſi mera uolans in
improbatis eſt: nec tamen omnis auis quæ ſola uolet diceretur merula: terra ꝙ territur ut Ae
lius ſcribit: itaq; terra in augurum libris ſimplici. r. ſcriptum: quidam inuenerūt hactenus illa
nec tamen quicquid teritur dicitur terra Ex iis igitur uidetur ſignificari ab excellentia nomē
impoſitum: nec eſſe querendum quod nomen prius impoſitum. Nam conſtat hominum
impoſitiones nō neceſſitate impoſita ordinis ut hoc prius illud poſterius dictum. Sed inueſti
gatione obſeruatas: ut ſcribit Pli. cum latina lingua non a prima mundi origine ſed poſtre
mo in ora hominum uenerit: unde recitatur illud apud Gellium: ex Varrone: multa uetera
illorum ignorantur quod pro iis aliis nunc uocabulis utimur. Ad hoc facit illud ſuum ipſius
Quintiliani alibi exemplum Tortor ſeu Carnifex interficit iuſſu cōſulis: uel prætoris tyran
num. nec tamen dicetur tyrannicida. Teſtamētum a teſtando nec tamen omnis teſtatio te
ſtamentum eſt. Argumentum eſt igitur a potiore ſignificato. De ætimologis dicetur in uer
balibus obſeruent curioſi ad prædicta & propriorum nominum non datur ætimologia. ut
Paulus latinus: Turnus: Melager: Euander: Alexander. Numa Pompilius. & ſimilia. Quæ
prima impoſitione placita fuiſſe cōſtat: niſi ex arte ita impoſita ſint: uel ab euentu: quem ēt
ſequitur ratio compoſitionis: nullum enim propriorum primæ impoſitionis compoſitionē:
niſi ex duobus integris accipit: talias cognomen eſt uel quid tale ea nomina dicta dynoma:
ut docet Diomedes. exemplo eſt Numa Pompilius: Ancus martius & talia: quod uero dicūt
aliqui Polyphemum. i. multæ famæ. Timotheus a timi & rheos. i. honor dei. Polydamas a
poly & damaſo domo: & mille hoc genus deliramenta quæ Tortelius effudit manifeſto la
pſu errare cognoſcuntur: nam pueris nono anno fœminis octauo: ut docet Plutar. in ꝓble.
nomina imponebantur. Conſideret acutus interpres. ſi hæc talia conueniant. ſi hæc grandio

res adepti nomina.quomodo igitur ante dicebantur?Herodianus latinus eruditiſſimus: non
ignorē alreꝫ fuiſſe græcum:inqͭ ut aliquis euentus daret nomini occaſionē : ante nouū uel
octauū nō erat nomē:ut Romulo & Remo.a ruma .i. mãma cōueniētius uiſum ē Virgilius
a laurea uirga.alias placito:nomina imponebãtur.Scipio.Cato.Fabius.Camilius.Cicero. Lē
tulus.Cognomina ſunt gētilitia:& hoc genus quæ ſequētur:I quo romani q̄to præſtēt græ
cos plane cognoſcuntur:quia interim græci a uotis fœminarum ſinebant ꝑponi nomina:q-
bus effectus cōtrarius fuit:ut Ambroſius qui decimo periit ãno primus eo nomine Athenis:
& muſa medicus:cui cognomēto fuit.& Antonius muſa Auguſti medicus:ambo aliēi a mu
ſis.Hinc poſteriores grammaticosgræcos diuinatores potius in nominibus exponēdis quæ
ꝓpria ſunt dixerim.Hæc ille:quæ ſi admittas:quomodo Tortelium accuſes:habes ſuperiorē
opinionem de Romulo affirmat Plutarchus.Quod uero Hieronymus obiicitur:cogno-
men ē ex quo ex placito ꝓprium factum eſt.igitur oratione compoſitionis non ꝓprii ē . Cū
enim dicimus ſacrum nomen necessario rem cui hoc ſit nomen accipere debemus.Grãma-
ticuli igitur hiſtorias quibus oſtēdere queant ueritatem: ꝓferūt nomina:quibus ex cognomi-
natione ſigillatim accipiunt compoſitionem & ſimiliter quomodo Horeſtes ab eo qd' oriſo
eſt inſanio.Cum autem quoq; diceretur Horeſtes Pamphilus ſcœne figmētum ē. Philippus
ideſt equorum amator:nō cōuenit niſi ex cognomine:uel rectius agnomine. Ita quærimus
hiſtoriæ exēplum.Recte igitur Ariſtoteles nomina primæ impoſitionis ad placitum eſſe di-
cit.Exemplo ē Theophraſtus.Cum ante Tyrtamus diceret':ut Laertius docet:quo autore &
Theodorus dictus:ante Athios. Arianus græca uox.nam barbarum nomen:ex barbaro fuiſ
ſe putãdum ē:ſed a facto græci nomē indidere:ut docet Seruius.Capta.n. Troia ab Hercule
Priamus puer redemptus ē a uicinis pecunia & ab Hercule cōſtitutus in regno.Priame.n.re-
dimo ſignificat Podarces autem dictus aute ut reſtatur interꝑs lycopht. De Hercule ſic Dio-
dorus.Cum puer Hercules natus eēt inquit nouerca quæ natura priuignos odiſſe ſolet:igno
rans ſaluare inſãtem·Iuno deiceps duos Dracones ad ꝑdēdum miſit puerū : Ille uero utraq;
manu faucibus oppreſſos ſtrãgulauit:unde illum argiui quoniã,Iunonis opa gloriã adeptus
eſſet cum antea Alcæus uocaretur Herculē dixere:reliquis imponuntur a matribus noia:huic
ſoli uirtus nomē dedit.Ecce quo modo Diodorus aperte impoſitiōes placitas eſſe ſignificat:
& quod dixit Herodianus plane approbat.Interim dari a facto cōſtat:ut Plato qui prius Ari-
ſtocles ex a ui nomine dictus:ut Laertius ex Alexãdro refert:in habitu corporis egregio Plato
cognominatus Plutarchus idem licet interꝑs ꝑ ariſtodi ariſtocli ſcripſerit. Sed hoc an uerius
alias.Ita Aſcanius & grãmatici putant ab aſcanio fluuio:Nã ãndictus Eurileon ſcribit Diony
ſius alicarnaſſeus.Plato igitur ab humeroꝝ latitudie dictus.nã Platio latum ſignat ad quod
Virgil.vi.' Atq; humeris extãtem ſuſpicit altis.Aenæas eo iure qd' d Priamo diſputatū.Accipiē
dū eſt.barbaro.n.nomen barbaꝝ fuiſſe putãdū eſt. Homerus uero a re ipſa cōfinxiſſe ab arte
nomen credit'.Nã aliter q̄ſtio eſſet:quo mō ãnquã laudaretur dictus.ꝑterea locus ille Home-
ri nō ſanus habet' uel culpa librarioꝝ: uel in curia temporꝝ: nec ſane adducie' in q̄buſdã uoca
bulariis:Homeri quoq; nomen ut ſuo loco dicemus nō uenit in hãc cōtrouerſiã : nã a facto
nomen habuit.cū aurea miliſſegenes diceret' ꝓbauimus i ipſius narratiōe ex Plutarcho: No-
minū impoſitiōem placitã eſſe ſignificat inter alios Plato qui primus uim grãmaticæ obſer
uauit i Cratylo.n.de impoſitiōe noium diffuſe ſcribit uoia ad placitum eſſe exēplo homeri
eo ſans cōſtare pōt.Nã ſcriptor.Xãthū fluuium a diis noiatum ab hoibus ſchamãdrum.i.fœ
minis a uiris aſtianacta refert.Sed technice.Aſtianax.i.rex urbis effectū·dicit Plato ab Home-
ro.Sic Hectoris etiam nomē impoſitū ab Homero:nã Hector poſſeſſor Chalcis auis a deis:
ab hominibus dicta Cimin:& patrio caſu Ciminidis:neq;.n.dicit Plato Theophilum .i. dei
amicum neq; Mneſtheum dici dei memorem uel talem aliquem huiuſmodi uocare talem
filium decet.homini.n.impio ex pio genito non parētis ſed generis nomen attribuendum
Profecto Oreſti nomen recte uidetur impoſitum:ſiue aliqua ſors:ſiue poeta quidã dedit no
men feritãq; eius naturã agreſtem & mōtanã noie iſto ſignificãs. Agamenon quaſi Agaſtos
.i.mirabilis epimari pſeuerãtia.Forte uero atreus eſt nominatus . dicitur .n. ſecundum ateres
airepoi areron quaſi idomitus inexecrabilis:noxius:cōrumelioſuſq; fuerit. uidetur & pelopi
nomen haud ab re tributum:hominem quippe quæ ꝓpe ſunt uidentem nomen illud ſigni
ficat.a pelas ꝓpe & opſis aſpectus. Tãtalus quaſi talatãtatos.i.infœliciſſimus: hæc ille ſimileq;
agit de noibus deoꝝ quæ apud Heſiodū.Igitur ſi hæc recto examine penſitētur:noia ex re ipſa
cōficta a Poeta nō impoſita a natiuitate a parentibus eſſe cōſtat hæc a Romanis ad nomen
dicta affirmat Herodianus.poſtea agnomen dicta.Ex agnominibus inde Placiti iure ꝓprio
nomina originata.ut Cæſar:Piſo:Cicero quo iure uoces plurium habere nō diſſonat :Lo-

coꝝ quoq; nomina:non omnino diſcrepant a ratione Placiti : poſt primam impoſitionem
licet etymon plerumq; accipiant. Nam inter plurima exempla Parthenope ut Pli. & Martia
nus a tumulo ſyrenis appellata deind' Neapolis. ita Soli: ciuitas Cipri a quo ſoli primigeniũ
Soli ciuitas alia in Cilicia a Solone: unde Solenſes ut in nominis ſpecie dicemus . dicta eadẽ
inde Pompeiopolis: ut Diomede: Bononia prius Felſina : quæ in Gallia togata eſt ut ſcribit
Ptholomeus: a duce (ut legimus) dicta. Inſubrium ante poſt Mediolanum. Lucetia quæ nũc
Pariſii: Ticinum modo nunc Papia. Bizautium olim modo Cõſtantinopolis. Cerete in Ita
lia & Agilina dicta hoc mille hoc genus apud chorographros legimus. Quæ uero in conten
tione ſunt: omittimus: ut cytheron an a cythata: Quod ibi ſolitus ſit Orpheus cantare . ut La
ctantius putat: an ab heroe (ut aliqui) deducatur. Similiter Roma : an a Romulo an robore:
ut græci detrahũt: an a romo filio æneæ. an a muliere de qua re Alicarnaſeus. Hæc ita accipiẽ
da ratione quam libauimus capite huius uoluminis. xxxv. Illud quoq; notetur . Græca non
uenire in latinorum etymon ut Seruius & Chariſius docent: unde errauit qui dixit ſtadium
a ſtando nauis a nando longa eſſet in hac re contentio . Ergo & minus barbata unde error
eſt eorum qui piper zinziber & talia latinæ ætimologiæ ſubiecere .

De Explanatione: & quam dixit Quintil. perſpicuitatem. Caput . xxx.

EXplanatio: eſt quæ (ut tradit Cicero): apertam reddit . & dilucidam orationem ea
comparatur rebus duabus uſitatis uerbis: & propriis: ubi nota. Autore Fabio uerba
aut latina aut peregrina ideſt aliena. Verborum latinorum quædam ſunt tráſlata
quædam uſitata: quædam propria. Translata a Chariſio dicuntur mimitica. Cum
alium natura intellectum: alium loco præbent. Hoc autem fit: ut Cicero in perfecto oratore
teſtatur: quia uerba aut ſublimitatis aut inopiæ cauſa transferre ſolemus: in omnibus hoc fit
artibus: ut cum illud appellandum ſit: quod propter rerum ignorationem ipſarum nullum
habuerit: nomen neceſſitas cogit aut nouum facere : uerbum aut a ſimili mutuari . Vſitata
uerba ſunt quæ uerſantur in ſermone: & conſuetudine quotidiana . Notaq; illud ꝙ Cicero
ait duplex eſt ornatus. unus ſimplicium: alter collocandorum. Simplex probabitur in ꝓpriis
uſitatiſq; uerbis: quod aut optime ſonat: aut rem maxime explanat. In alienis autem tranſla
tum: aut factum aliunde: aut mutuo: aut factum ab ipſo: aut nouum: aut priſcum: aut uſita
tum. Sed iam uſitata priſca ſũt: in propriis nihil quod raro utemus . Collocata autem uerba
habent ornatum: Si aliquid concinitatis efficiunt. Quod uerbis mutatis non moueat manẽ
te ſententia: De nouis uerbis dicit Fabius: noua ſine periculo non fingimus . Nam ſi recepta
ſunt modicam laudem afferunt oratori: repudiata etiam in iocos exeunt. Audendum tamẽ:
namq; ut ait Cicero quæ prima dura uiſa uſu emolliuntur. Propria uerba ſunt uel dicuntur
quæ eius rei uerba ſunt: aut eſſe poſſunt. Dicunt etiam propria . Cum id ſignificant in quo
primum denominata ſunt: Martianus Capella propria ſunt uetuſta: præcipue. Nam cum ꝓ
ceres uel neſcirent: hæc dicendi ornamenta: uel appetere non auderent: propriis utebantur .
Sed quia uerborum ueterum exoleuit uſus: non ſunt audacius uſurpanda illa quæ cum æta
te mutata ſunt. Itaq; hallucinari. cerritum: & caperatum. Similiaq; prætereuntes utemur iis
quæ conſuetudo recipiet: nec tamen ſordidis: niſi cum rei ſententiæq; uis exegit: ut Cicero uo
lens crudelitatis inuidiam facere: ait Gurgulionibus eiectis: relinquerunt & plebem Romanã
Concidere & Virgilius lychnos pro lucernis: ut uocabuli humilitatem quæ heroico non cõ
uenit uitaret. ꝙ ſi res ſua propria uerba non habet: nouanda ſunt: aut alienis utendum. No
uantur autem duobus modis: uerba aut quadam fictione uerborum: aut declamatione præ
ſumpta: aut duorum quæ uſitate ſunt coniunctione . Compoſita finguntur maxime cum
transferimus: ut qui ποιοτητα . Qualitatem eſſe dixerunt. Quod nomen nunq̃ fuerat in
latinis: quo auribus temperandum: & inſolentia fugienda. Quam uitans Cicero Soterem
non ſaluatorem uoluit nominare: & ait qui ſalutem dedit illud enim nimis inſolens uideba
tur: Deriuatione quoq; fiunt uerba: quæ græc. παραγογα ut albent albicant : concupiſco
pro cupio: ardeſco ꝓ ardeo. Hinc diligentiæ ſubiungitur tranſlatorum cura uerborum: tran
ſlata quodam modo ſunt quæ ex parte totum: aut ex toto partem: aut ex uno plures mon
ſtrant: aut ex pluribus ſinguli: ex parte totum: ut in puppim ferit unda: aut me uſdam patien
tibus tuto eſſe tectum: ꝓ eadem domo. Quintilianus ſic ait. Traditum eſt rectiſſime magis ꝑ
ſpicuitatem propriis. Ornatum tranſlatis egere uerbis. Sciamus tamen inornatum eſſe: quod
improprium: unde Cicero nihil eſt aliud pulchre: & ornate: ſeu oratorie dicere : niſi optimis
ſententiis uerbiſq; legiptimis. Quædam non tam ratione: q̃ ſenſu indicantur : ut illud cæſa
iungebant fœdera porca. Si dixiſſet porco uile erat. ꝓpriam antiquitas dat dignitatem . hæc
ideo ponuntur. Quia in quibus grammaticus alienas occupat partes : neceſſario ſequitur

partium earum primas rationes:uel rudiméta:ut in declamatióibus:quæ olent oratoria dogmataq; orationis expoſcunt. In qua præcipua eſt cum ſollicitudine perſpicuitas:& ſplendor: Prima uirtus perſpicuitatis eſt:ut ait Quintilianus:in oratione eſt propria uerba & rectus ordo:non in longum dilata conclusio. nihil neq; deſit:neq; ſuperfluat. Hoc ad res & ad ſermonem refertur. Si ad res oratoria plane eſt diſputatio. Si ad orationis rationem:nó alienum ab ipſis grammaticæ profeſſoribus latinitate. In qua re No. a curioſis adoleſcentibus. Sermoné nimis dilucidum non probari. Quia ſicut ſol oculos nimia luce offendit:ita Sermo affectate dilucidus. Eſt uitium dilucidi nimis. Quando uernaculis proxima ſunt uerba ideſt magis familiaria regionibus:unde in Tito liuio aſinius Pollio:quandam ineſſe putauit patauinitaté de qua nonnulla legimus in antiquorum monumentis:iter quæ eſt maledictus ex patauinitate ſua dixit:quod pleriq; omnes autores deuotus dicunt:& Ouidius Theſea deuoui quia te dimittere nolet. patauinitatis eſt dicere hoc eius linguæ & uernaculæ maledictus. Sic. n. ait in ptimo ab urbe condita ibi Tarquinus maledicta ab ſtirpe ultima orſus. Aliqui uero aliter ſentiunt dicentes. Nec mirum Pollionem parum diligenter parumq; integra ueritate compoſitos cómentarios Cæſaris dixiſſe qui in Tito Liuio miræ facundiæ uiro patauinitatem reprehendit elegantiam carpere non potuit ueritatem culpauit ſubdola ueriſimilitudine quod pleraq; per alios geſta:temere crediderit:quod ſolet eſſe patauinitatis cuiuſdam ſimplicitatis proprium:ſed maledicta ibi eſſe nomen putabunt qui Liuii fontem liquore lacteo eloquentiæ hauſerút:& dictus eſt Theophta. nimis attice loqui de qua re diximus in prefatione Pliniana In hoc genere ſunt quoq; artium ꝓpria uerba:ut attabulus & nauis ſaccana: & in malaco ſanum. Eſt in quibuſdam turba inanium:uerborum qui dum loquendi morem reformidant ducti ſpecie nitoris:Circũeunt. omnia copioſa loquacitate:quæ dicere uolunt:ipſam deinde ſeriem illam cum alia ſimili iacentes:miſcentes q̃ ultra ullus ſpiritus durare poſſit extendunt Hoc uitium apud Titum Liuium: Valeriumq; max. fuiſſe in confeſſo eſt. Fuiſſe legimus præceptoré aliqué qui diſcipulos obſcurare. quæ dicere iuberet. Græco uerbo uſus σκοτισον ocyſum ego ſermonem (iudicio arbitror autorum) dixerim. Quem auditor ſuo ingenio intelligit:nec ſunt laudandi:qui uerbis apertis occultos ſenſus habent:ut conductus eſt cæcus:ſecus uiam ſtare. Et qui ſuos artus morſu laceraſſet:fingitur i ſcholis ſuper ſe cubaſſe. Perſpicuitas talis non ꝓbatur etiam. Qualis hodie eſt uſui logicis. phiſicis. medicis. Et non pretereundi Legulei. Quorum ſermo ita a iureconſultorum oratione diſſonat:ut ab auro plumbum uere dixeris æra ſubaurata tinnire. Ea eſt laus perſpicuitatis:non ut intelligi poſſet oratio. Sed ne oio poſſit nó intelligi curádũ. Verba ab uſu remota faciũt obſcuritaté: ut ſi cómẽtarios põtificũ:& uetuſtiſſima fœdera:& exoletos ſcrutatus autores quo phamã eruditióis cóſequatur: hæc ex Fabio. & recte intuẽti qđ Cicero explanationé. Quintilianus pſpicuitaté appellat.

De Proprio Elocutionis ratione Caput: xxxi.

PRoprium dicitur multis modis proprietas (Si Quintiliano credimus) ipſa non ſimpliciter intelligitur. primus intelectus eſt ſua cuiuſq; rei appellatio. i. quæ nominibus ipſis cuiuſq; rei utitur:in qua re uerborum ꝓprietas:ac differentia omnibus q curæ habẽt ſermonem debet eſſe communis. Vitium contrarium eſt. quale illud tantum ſperare laborem:aut mortem ferre. Secundo dicitur ꝓprium hoc modo:qui iaculum mittit iaculari dicitur. Qui pilam aut ſudem appellatione primum ſubaſſignata caret:& ut lapidare quid ſit manifeſtum ẽ. ut glebbaꝝ teſtarumq; iactus non habent nomẽ:hac ratione neceſſario eſt catachriſis. i. abuſio aliqñ ꝓprietas intelligitur:non nominis. i. uocis:ſed in ui ſignificandi:& hoc modo ꝓprietas in metaphora eſt. Tertio modo dicitur ꝓprium iter plura quæ ſũt eiuſdem nois: & unde cætera dicta ſunt ut uortex eſt contorta in ſe aqua uel quicquid aliud ſimiliter uertatur. ut uertex capitis pp flexum capillorum & eminentiſſimum in montibus dicitur uertex. & ſic Soleæ & turdi piſces. Quarto dicitur proprium cum res communis:in uno aliquo habet nomen:eximium ut Nenia carmen funebræ. & auguſtale. i. tabernaculum ducis. Item quod commune eſt aliis nomen alicui rei peculiariter tribuitur:ut Vrbem Romanam ideſt Romam dicimus. Et uenales nouitios. Et corinthia æra. Cum aliæ ſint urbes: & uenalia multa:& aliud aurum & argentum:quam corinthium. Quinto modo dicitur proprium nihil quo nihil poteſt inueniri ſignificantius:ut dulce multum dentibus albis. Hæc autem Epitheta dicuntur latine appoſita. Sexto quæ tranſlata ſunt dicuntur etiam propria. Septimo dicuntur propria quæ ſunt in quoq; præcipua:proprii locum accipiunt: ut Fabius dictus cunctator. Iuppiter ſtator:& ſimilia. Hæc ex Fabio.

De Compoſitione. Caput. xxxii.

AB explaīatione ſcribit Cicero de compoſitione. Quam ſequitur dignitas. Com
poſitio eſt uerborum conſtructio ppolita:quæ conſeruatur. Si crebras (ut ipſe ait)
uocalium concurſiones fugiamus:quæ uaſtam & hiantem reddunt orationem:
ut hoc eſt uaccæ æneæ impendiſſime impendebant:& ſimiliter nimiam aſſidui
tatem litteræ:ut O Tite tu te tibi tanta tyrāne tuliſti:& illud quicq̄:quiſq̄:quemq̄: quiſq; cō
ueniat neget. Fugienda eſt modo eiuſdem litteræ. Sed uerbi aſſiduitas ut cuius rationis ratio
non eſt fidem habere. Fugiamus ſimiliter uerba cadentia hoc modo flentes:plorantes:lachry
mantes:obſtantes:deinde longa continuatio uerborum:quæ dicētis ſpiritum lædit. Hæc Ci
cero. Fugiendam quoq; Onomatopiiam Fabius & Gellius lib. vii. Lucilii autoritate declarat
ineptas & pueriles.

De Dignitate & Ornatu. & inibi pulchra de Epitheto. Caput. xxxiii.

QVod Cicero titulo dignitatis ponit:uidetur. Quintilianus complecti ſub ornatu:
Et nos utrumq; ſub uno titulo ut gemina uitis: ut ad unum palmitem coaleſcat
diuerſo licet ramo:uno tamen fructu. Dignitas (ut ait latini luminis ſplendor Cice
ro) eſt quæ reddit rationem ornatam uarietate diſtininguens: Hæc eodem autore:
diuiditur in uerborum & ſententiarum exornationem. Ornatum eſt: ut ait Fabius:quod per
ſpicuo ac probabili plus eſt. Eius primi ſunt gradus:in eo quod uelis exprimendo. Tertium
cum hæc nitidiora facit proprie dixeris cultum. In ornatu orationis prima uirtus eſt uitio
carere. Quotuplex ſit ornatus dictum eſt in explanatione. Verborum uero exornatio eſt. qua
ipſius ſermonis inſigna continentur. per Politionem:hoc modo hac ratione ut rhetorici colo
res accipiuntur. patet in hac re uerſatur ornatus: quicquid dicatur ſententiis populare uerbis
nitidum. Figuris iucundum:tranſlationibus magnificum. Compoſitione elaboratum: uelut
inſtituto eloquentiæ intuendum & pene pertractandum dabit: tanq; ornatus q̄ perſpicuitas
in ſingulis uerbis eſſe debet:aut in pluribus poſitus. Ad ornatum congruunt Omonima ideſt
plura idem frequentiſſime ſignificantia:ex quibus aliis alia honeſtiora:ſublimiora: nitidiora:
iucundiora:uocaliora:nam ut ſyllabæ e litteris melius ſonantibus clariores ſunt:ita uerba e
Syllabis magis uocalia. Et quo plus quæq; ſpiritus habet auditui pulchrius. Et quod facit ſyl
labarum:idem uerborum quoq; inter ſe copulatio. ut aliud alii iniunctum melius ſonet. Epi
theta ſunt quæ conferunt ad ornatum mirabile. Nam irridetur ſiue epitheto: prætextam in
ciſta mures roſere Camilli. At uirgilianum laudatur ſæpe exiguus mus:ubi animaduertendū
Epitheta dicuntur quæ quibuſcunq; perſonis adiiciuntur laudandi uel uituperandi gratia:
Hæc autem ſummuntur a qualitate animæ:ut ſapiens:demens:ſtultus:doctus:aut a qualita
te corporis:ut formoſus:deformis:aut a quantitate ut ſublimis:humilis:procerus. aut extrin
ſecus:ut purpuratus:palliatus:& apud poetam uittata ſacerdos. pharetrata Camilla. aut a qua
litate facti ut Lauſus equum domitor:d'bellatorq; ferarum. Item & ipſe doli fabricator epeus
aut ab accidentibus tracta ut Ceruleus:ruber:beatus:diues:pauper:aut a qualitate naturæ:ut
ignis edax. Quod uero aliqui Triuiales dicunt: Titire tu patulo recubans ſub regmine fagi.
legendum eſſe ꝙ arboris non ſit tegminis epitheton. Caſtigantur uerſu Ouidii qui in primo
Metha:ait & quæ deciderant:patula Iouis arbore glandes. Cum ſint autem propria:ficta:trā
ſlata:propriis dignitatem dare antiquitatis ita demum omnia ornari pure uideri cenſentur.
Si non ſint affectata:in quam mirifice illudens: Virgilius dixit iſte rhetor:nam quatenus to
tus Thucidides tyrannus atticæ febris thau gallicum imminet:ipſemet male illeſit:iſta omnia
uerba ita miſcuit fœde: propterea dicebat Quintilianus oratio cuius ſumma uirtus eſt per
ſpicuitas:q̄ ſit uitioſa ſi egeat interprete: In fugiendis autem uerbis maior eſt libertas græco
rum. Qui ſonis etiam quibuſdam & affectibus non dubitauerunt nomina aptare: non alia
libertate qua illi primi homines rebus appellatōnes dederunt. latini uero:qui auſi ſunt aliqd
in iungendo uel deriuando effingere uix in hoc ſatis recepti ſunt:ut eliminat apud Senecam
in Tragœdia:de quo dicit Fabius recordari ſe iuuene:ortam contentionem inter Pomponiū
& Senecam. Et qualia apud Ciceronem beatitas & beatitudo:& Sullatum & ab Aſinio ſim
briatum:fibulatum

De Autoris uocabulo:& qui ſit in lingua latina Autor cui titulus ſit Autoritas ad
quam ſcribentes decurrunt præcipue grammatici oratores:quandoq; hi
ſtorici parciſſime philoſophi. Caput. xxxiiii.

SOlent Triuiales & litteratores in omni ignorantiæ lacuna demerſi: Autores præpo
ponere Iſidorum. Vgutionem. Et qui catholicon: Papias: Aimoq; nominantur.
Mediocres tardidiſcentia quadam: Priſcianum: Seruium: Donatum. pro Autori
bus habent. Sed ut noſcant: quid referat cum dicimus autorem in re litteraria: a uo

cabuli & a rei definitione ſummetur initium. Deinde nominatim autorum nomine:qui ha
bentur recenſebimus.deq; materia ſcriptorum ut ſeries expoſcit.Quęſiere non nulli recte ne.
Auctor uel author ſcribatur ut in illo.c.in hoc aſpiratio admittatur uel autor ſine utraq;.Reſ
pondemus græcantes.th.ex Priſciano ſcribere inter hos Politianus .Nonnallos tam paruæ
obſeruationis ſecuros modo auctores modo autores ſcribere:hos inter Valia fuit. Ego ſine.c.
ſcribendum & ſine aſpiratione crediderim.primum differat a uerbali.eiuſq; ſignificatione h
minuimus.latinum enim eſt ſicut lego:ago:quæ licet originatione græca ſunt latina haben-
tur h uero auferri interim hac ratione oſtendimus tertio uolumine.ubi de nota aſpiratio-
nis non indigna notauimus:& aſſentiuntur illi qui filium a philos amor inflexum putant.
Et fero a græco φεριν . Dicunt quod ideo fieri putandum ut latina ſint deterſa græcitate:
more auri & contra fit in pheretrum quia latinitas habet capulus.Autor prima ſignificatio-
ne apud nos(ſic dixerim)factor ſeu qui facit:uel a quo quid eſt:ut troiæ Dardanus autor: &
autorem Sappho dixit Ouidius Epiſtolæ. Valerius maximus de Mancino:talis uox ſine ullo
autore ad aures eius peruenit.Suetonius in Domitiano ſcripta famoſa uulgoq; edita. quibus
primores uiri ac fœminæ notabantur aboleuit:non ſine autorum ignominia:. Et in Calligu
la eo facilius ꝙ ſine autore ſunt ideſt compoſitoris nomine.Quintilianus Vatinii morte nun
tiata cuius patrum certus dicebatur autor . Hac ſignificatione : Omnes a quo ueniunt opera
opifex & compoſitor ſiue Vgutio ſiue Catholicon.dicitur autor ſuorum ſcilicet operum.Eti
am diuerſa ſignificatione dicitur a quo Statius nono thebaidos nec uulnetis unquam: con
ſcius olim autor teli cauſæq; patebant:autor teli noi. factor ſed a quo telum uenerat ſic Vir
gilius.ix.nec Teli conſpicit uſquam autorem.Non tamen hac ſignificatione uenit autoritas
inde.Quandoq; autor dicitur a quo dignitate ui & poteſtate ſua aliquid agendum ſeu ſeruā
dum inſtitutum.iuſſum uel ſuaſum eſt:uel uenit.Tranquillus in Galba.His ut occurreret pro
diit tanta fiducia:ut militi cuidam occiſum a ſe Otonem glorianti: quo autore reſpondent.i.
cuius ſuaſu uel iuſſu.Sic Ouidius ad Maximum: quorum tu princeps neq; enim tu comes
eſſe:ſed autor:nec petere exemplum.Sed dare diggnus eras: Numaq; ſic diuini autor iuris di-
citur a Liuio in primo ab urbe:a quo inſtitutum traditumq; eſt deos colere:& publicola:qui
tradidit Faſces populo ſummittere. Quintilianus in.iii. Affecuit laudem urbes conditoribus
leges latoribus:artes inuentores:nec non inſtitutaq; autoribus:ut a Numa traditum eſt deos
colere:a publicola faſces populo ſummittere.Suetonius de Iulio ut optimi Senatus autor di-
cat ideſt inſtitutor dignitate & poteſtate & ui mea:Ita igitur autores quorum in eloquentia
dignitatem uim & poteſtatem homines non indigni ſequuutur:& eruditi.Sic Valla recte di
xit Autorem hominem quo eſt ius poteſtas:& dignitas : quam homines ſequantur : in quo
ſenſu eſt epiſtola Ciceronis pro Milone:ad Cælium:Dux nobis & autor opus eſt . Sic etiam
in oratione pro Pompeio:ꝙ ſi autoritatibus hanc cauſam:Quirites confirmandum putatis
eſt nobis autor uir bellorum omnium maximarumq; rerum peritiſſimus.p.Seruilius.Cuius
tantæ res geſtæ terra mariq; extiterunt:ut cum de bello deliberetis Autor uobis grauior eſſe
nemo debeat.Sic ego uoco & uocandos cenſeo autores:quorum dicta ſeq̄mur ad inſtituēdā eru
ditionem.Sic etiam Gellius uocat iuris ciuilis autorem Sulpitium: qui ſumma ſequentium
fide fuerit cuius dicta ad legum eruditionem ſeruata ſint:& dicitur ſi tibi ero autor ideſt ſi ſe
queris me.Inde appellata eſt autoritas ideſt potentia ius decretum poteſtaſq;:& inde quomo
do ex Diomed.Iam recitauimus:non uero ab autoritate dicitur autor: ut uulgus pedagogo-
rum ſomniat.Quoniam ait Cicero in tuſc.uirtus a uiris dicitur ꝙ uero autoritas ſit ius & po
teſtas.Liui.in primo ab Vrbe condita:uidetur probare:cum ait decreuerunt enim cum popu
lus regem iuſſiſſet id ſic ratum eſſet ſi patres autores fierēt:hodieq; in legibus magiſtratibuſq;
rogandis:uſurpatur id enim ius ui adempta prius q̄ populus ſuffragium ineat incertum co
mitiorum euentum:patres autores fiunt . Hæc ille & alibi ſæpe patribus autoribus & pa-
tres autores:hoc eſt autoritatem (ut aiunt)ſuam & decretum interponunt ratum habent:atq;
ratificant:ſiue comprobant patres dixit autores ideſt inſtitutores: quibus eſſet autoritas ideſt
ius poteſtas & dignitas:inſtituendi uel titulus poteſtatis & dignitatis inſtituendi uel traden-
di imitatione dignos.In quam uim accedere uidetur illud Terentii in Eunu. nunquam tuā
defugiam:autoritatem ideſt poteſtatem dignam quam ſequar. Valerius Maximus de Pom.
itaq; dum ille eleuat autoritatem ampliſſimam:& opes priuato Faſtigio altiores omnia quę
ornamenta:quæ ab ineunte adoleſcentia:ad inuidiam uſq; contraxerat.Spatio unius diei con
fregit ideſt poteſtatem & dignitatem.Suetonius in Tiberio.uix tandem magis aſtu ac dolo
q̄ principali autoritate ſubuertit ideſt poteſtate:& iure libertate ui & dignitate.dicitur. quoq;
autoritas exiſtimatio uel(ut ita dicam)reputatio Quintilianus in.iiii. Valet autem in conſiliis

autoritas plurimum namq; & prudentiſſimus eſſe haberi: & optimus debet. qui ſententiæ
ſuæ de utilibus atq; honeſtis:credere omnes uelit. Alibi quoq; ſomniorum & ſuperſtitionum
coloris ipſa iam facilitate.autoritatem perdiderunt. Autoritatem priuilegii Cicero dicit i ora
tionibus ideſt poteſtatem. Dictus eſt autor quoq; qui rem faciendam propoſuit. Suaſit: uel
conſuluit Liuius.xxvii. Cecilius Metellus in famis autor deferendæ Italiæ: Cicero ad Lentu-
lum tibi tamen ſum autor ut ſi quibus rebus poſſis.eum tibi ordinem reconcilies ideſt ſua-
deo:uel conſulo:& ad Atticum ego tibi non ſum autor ſi Pompeius Italiam non relinquit
te quoq; profugere. Et Scipio autor euertendæ Carthaginis fuit. Tranquillus in Veſpaſiano
autor fuit Senatui decernendi quæ ſeruo alieno nupſiſſet:ac illa haberetur. Autoritas dicitur
& iudicium ut legimus ex Fabio. Qui ſic ſcribit.ponitur a quibuſdam & quidem in prima
parte deorum autoritas:quæ eſt ex reſponſis:ut Socratem eſſe ſapientiſſimum: id rarum eſt
Hæc ille moxq; ait interſitis paucis uerbis. Cum Cicero cauſam .C. Cæſaris meliorem cum
iid iudicauerint confitetur. Ergo non temere dicitur iudicium autoritas:iſta tamen autoritas
deorum ideſt iudicium dicitur diuinum teſtimonium a Fabio: Cum proprium cauſæ. Si
aliunde accerſitur dicitur argumentum. Igitur tandem finiam:uera opinio eſt ꝙ in lingua la
tina ii autores uocari debent. Si contemplemur uim :ac proprietatem: a quibus autoritas di
cta:uidelicet quorum exempla ſcriptoris ex eruditione rerum ſcriptarum:uel ueluti inſtitu
tores:ſequitur eruditorum conſenſus unde Celſus & alii cum tales ſignificare uolunt:dicunt
inter autores conſtat:uel apud autores habetur:& ſimilia & mox huic rei Liuii quoq; uerba
reſpondent Celſus libro ſeptimo ſunt etiam circa umbilicum plura uitia de quibus propter
uarietatem inter autores parum conſtat. Eruditi uero ſunt qui fuerunt electores autorum.
Oſtendit Quintilianus libro primo dicens. Iudicio quidem ita ſeuere uſi ueteres grammati-
ci:ut non uerſus modo:ſed cenſoria quadam uirgula:notare & libros qui falſo uiderentur in
ſcripti:tanquam ſubditicios:ſummouere:e familia permiſerit ſibi: ſed autores alios in ordinē
redigerint:alios exemerint e numero. Hoc idem Suetonius ut iam recitauimus.probat illud
Gellius proprietatum quæ inſunt uocabulis diligentiſſimus indagator:ac exquiſitor. qui de
Saluſtio ait:quāquam par gloria ſequatur autorem & ſcriptorem rerum. In alia ſignificatio
ne libro ſeptimo. Sabinus uocat iuris ciuilis autorem:non dicas inuentorem.factorem: neq;
conditorem. Similiter Sulpitium quod rettulimus ſupra:quorum dicta iure quodam digni
tateq; ſequatur eruditorum conſenſus. Sic Collumella uocat apum autorem:quem ſequun
tur apes:& agriculturæ autores ideſt qui de agricultura ſcripſerunt. Ita ut ipſis ſit autoritas.
Oſtendit hanc uim ſignificationis Cicero in oratione pro reditu ſuo:dicens ut erga duces &
principes ipſos atq; autores ſalutis meæ. Satis gratus iudicarer eſt enim plus autor: ꝙ prin-
ceps uel Dux. Et in epiſtola ad Plancum. Deinde ſenatui boniſq; omnibus autorum princi-
pem ducem præbeas:ꝙ autor dicatur in litteraria re quem ſequi debeamus Quintilianus.
atq; alii probant. Dicunt enim. Nec poetas legiſſe ſatis eſt:excutiendum omne ſcriptorum ge
nus non propter hiſtorias modo. Sed uerba quæ frequenter ius ab autoribus ſummunt. ali-
bi quoq;:& Liuius cum plurimis tamen in primo. Autores utroq; tradunt plures tamen in
uenio:qui Romanos Horatios uocent & alibi. L. Tarquinus Priſci Tarquinii regis filius ne-
pos ne fuerit:parum liquet pluribus tamen autoribus filium crediderim. Fabius in ſecundo
diſtinguit profeſſorem ab autore. Ergo ut tandem finiam & metam tangamus ipſam: Au-
tores proprie ſcriptores ut Homerus accipiendi qui fuerunt ante obſeruationem artis gram-
maticæ:quorum dicta obſeruere poſteriores aliqui ad artem ſermonis & hoc pertinet ad
grammaticos aliqui æmulati ſunt ut poetæ & alii unde & ipſi autorum nomine gaudent.
Hic pendet definitio.ipſius artis & deſcriptio Diomedis & antiquorum. Ergo cum dicant
aliqui autorem Priſcianum:ne alios hoc genus recenſeam. Animaduertant:an ab eo ſi autori
tas quam ſequatur eruditorum conſenſus. Qui in ipſa grammatice ueterum autorum niti-
tur exemplis:quæ cauſa eſt:ꝙ ubi caret exemplo iterum atq; iterum exploditur: præcipue a
Valla taxatur non.non dicam de Seruio:Donato: atq; aliis: quos conſtat autoritate muni
ri poetarum:oratorum:hiſtoricorum: Quid ꝙ Plinius in grammatice.& ante ipſum Chari-
ſius:Diomedes:Probus:& maioris exiſtimationis Gellius.citant ſcriptores: nulla alia profec-
to cauſa niſi ut dignoſcantur miniſtri a dominis.ii ſunt grammatici. Hi uero autores Ex hoc
conſtat illud Chariſii tria probatorum genera poetæ hiſtorici oratores additurq; dubii titu-
li ut Varro huius neceſſitatis ratio eſt quia prius fuerunt ſcriptores: quorum dicta uerba &
ornatus obſeruarunt longo tempore poſt grammatici:ut exemplo eſt Homeri qui fuit mul
to ante Platonem qui primus grammaticen ſpeculatus eſt eſt. Qui dicunt artifices: ſeu inuē
tores:delirant. Nam ſunt diuerſa Statius primo ſyluarum: Conceſſum ſemel autor ego in-

nentorq; ſalutis.Pli.xxxyi.Qui ni miremnr quiſq; in hoc primum inuentor: an inuentum? artiſicem:an autorem auſum aliquem hoc excogitare.Hæc ille interdum ꝓ nuntio Virgil.x. uam certior autor aduolat æuæ·Si uero additur malus amiſſum eſt priuilegium de quo laborauimus ue Ceolius malus autor.Si addatur bonus augeſcit ſplendor.

Quod non error eſt magnos duces ſequentibus inter ſe diſcordare & uaria ſentire:& inibi quō error:dicat̃ in litteratura:Itē de cā diſcordātiæ ſcriptor. Caput· xxxy·

POetæ:oratores hiſtorici.Et qui dicēdi legem ſecuti ſunt philoſophi:eoq; iure theologi:& iureconſulti:non dicuntur erraſſe:illos dico quos antiquitatis maieſtate ueneramur.Si quando Ciceronis & Fabii dicta non cohærent:eloquio aut uocibus uel ſenſu.Opinionum aſſerendnm arbitror diuerſitatem . Quiſquis enim ꝓfeſſor eloquentiæ:uel quales diximus iam autores erret licet iudicio non nullorum tibi. apud doctos autoritatis locum dabit.Si uero in exigitice uel in pædia.agendum erit.Quintilia.honeſtus error eſt magnos duces ſequentibus:& inibi inquit.nam & ſi poteſt uideri nihil peccare qui utitur iis uerbis:quæ ſummi autores tradiderunt.Hæc ille:uerbi gratia prosapia utuntur Suetonius Apuleiius:& ipſe idem Fabius.quod tamen negarat admiſſum.Præterea cancellarium aliqui dixerunt:& pluria alia:quæ ius a ſuis autoribus accipiunt.Sed non q abi uſu cōmuni:ut illud domuitio quo præcipue Apuleii.i.ite domum Pli.libro.i.epiſtola . Sic ait Nā ego quoq; ſimili nutu ac renutu reſpondere uoto tuo poſſum Suetōius uero in Veſpaſ.Adoleſcentulum fragrantem unguento.cum ſibi pro impetrata præfectura gratias ageret : nutu aſpernatus uere etiam grauiſſima increpuit:nutu dixit pro renutu.Quid hæc minuta:plurima per opus ipſum ex diuerſis leges autoribus.In pædia uero & hiſtoria ſecus eſt . Valerius Maximus.Titum Veturium Cælio plotio fœneratori meum ob debitum fœnus ſcribit.Cōtra Liuius;Publium.L.Papyrio:diſcordiæ argumentum eſt.lex ſācita.& carcer fœneratoris: Cicero in diuinatione dicit ut de principium filiis Sex ſingulis ethruriæ populis in diſciplinam traderent̃ &c.At Valer.Max.ait decem principiū filii ſenatus cōſulto ſingulis ethruriæ populis percipiende ſacror diſcipliue gratia traderentur infinitiſſima ſunt exampla uariorū hiſtoriarū.Sed de græcis ipſis a quibus origo hæc pendere uidetur: accipiamus obiter qđ ex decimo de præparatione euangelica ab Euſeb.conuenit.Græcus ipſe ſic de græcis. Pugnant inter ſe omnes:& alter alterius falſitatem redarguit:non eſt opus ut eos moneam:qui melius me ſciunt.Quod Helanicus contra quem Acuſilaus de genealogiis ediderit. nec ut enumerem in quos quamuis Heſiodum reprehendit.nec dicam quo modo Ephorus.Elanicū.Timæus Ephorum.Timæum poſteriores.Herodotum oēs reprehēdūt:nō eſt neceſſe de ſingulis : atq; minoribus dicere.Cū de Perſar in Græciam impetu:& de ꝓclaris facinoribus tunc geſtis inter ſe uehementer ſcriptores diſcrepēt.Cum ēt Thucydidem:qui accuratiſſime ſuor tempo rum coſcripſiſſe hiſtoriam creditur:quaſi mendacem nōnulli accuſent.Huius diſcrepantiæ q uis multæ poſſint eſſe cauſæ:duæ tñ mihi præcipue uidentur. Quar prima eſt & maxima: quia nullā curā ut publice præclara facinora ſcriberentur:græci populi habuerūt.ac ideo magna ſcriptoribus mentiendi licentia fuit.Nā & ipſi ēt Athenienſes quos & indigenas putant & diligentiores fuiſſe cōſtat:primū omniū publice ſcripturæ leges Draconis de cæde:qui paulo ante Piſiſtratū fuit:cōmēdatas fuiſſe aſſerunt.Non oportet dicere de Arcadibus : qui quis uetuſtiſſimos ſe omniū prædicent ultimi tamen litteras didicerunt. Quare cum nihil extaret publice:quo mō & ignari docerent̃:& mendaces redarguerentur.partim ignorantia:partim affectione factū eſt:ut magna inter ſcriptores diſcrepantia inueniatur · Hanc opinionem(ut reor)ueriſſimamq; ſentētiam accepit Euſebius a Ioſepho:in libris cōtra Appionē Altera cauſa eſt.quia non ueritatis amore q̃uis ut profiteantur.Sed eloquentiæ ſuæ oſtentatione.Quoniam ueteres ſcriptores ſuperaturos ſe facile credebant.Scribendi laborem ſūmebant . Ita nōnulli fabulas:nōnulli ciuitatum ac regum laudes:aut uituperationes:nōnulli ueterum ſcriptorum ut ipſi eloquētiores uiderentur:emendationem conſcripſerunt : unde ſit cum hiſtoriā ſcribere profiteantur non id ſed eius oppoſitum faciant.Hactenus Euſeb.Quibus conueniūt enarrata ab Higinio in Aſtronomia poetica. Sequitur qui igitur unum ſcriptorem honeſtus erit error : nam ex contradictoriis(ut docet Ariſtoteles)neceſſarium alterum eſt eſſe falſum. contrariis uero contingere poteſt.ambo eſſe falſa:non autem uera .

Quare Poetis primus dignitatis in humanitate locus : & inibi utrum proſa ſit poſterior uerſu. Caput. xxxyi .

SPecies orationis due ſunt . Metrica & ſoluta : uel oratio quidem generalis eſt:uerum rhetorica oratio:generalis non eſt : & elocutio & orationis uirtus(ut autem ſic dixerim)ſermo pedeſter:apparatus:ipius poeticæ imitatio eſt . Primum autem

omnia apparatio ipſa poetica proceſſit in mediū:& approbata cōplacuit. De hinc illā imitat
cū metru ſoluiſſent:reliqs poeticæ ſeruatis ptibus rē ſcriptis cōmēdarūt:Cadmus milleſius. Vi
delicet Pherecides:& Hecatheus:ut ēt affirmar Euſeb.i ꝑparatiōe dictuſq; Hecatheus logopi
us.i.ſermonū autor uť ſcribit Herodotus Et addit Strabo q deīde ꝑoſt illos fuere:cū ſemp ali
qd ex talibus adimerēt ad eū qui nūc uſurpať modū:ueiut ab ipſo faſtigio ad inferiora redu
xere.Quēadmodū ſi qs comœdiā ab ipſa tragœdia cōſiſtētiā ſuſcepiſſe diceret. Et ab illius alti
loquētia ad hoc hūile genus ſermonis declinatā.Accedit ad idē argumētū qď eloq ꝓ canere
dixere maiores:qm̄ elocutiōis ornatus apparatuſq; rhetoricæ:fons ē:& origo fuit ipſa poetica
ipſa.n.ad demōſtratiōes uſu ē cātibus.Hoc.n.erat oda.Scilicet ſermo modulatus.uñ Rhapſo-
diā tragœdiā & comœdiā ueteres dictarūt.quo circa cū priſcis.tpibus eloq dicerent:de elocu-
tiōe poetica hoc aūt dicerēt.Cū modulatiōe idē erat apud eos canere qď eloq cū alteꝝ i orōe
ſoluta uſurparēt:ad alteꝝ quoq; trāſgreſſa ē abuſio.Cū uere pedeſtris .i. abſq; metro dicatur
oraria id manifeſtat:ut ſi ab excelſiore ioco & uehiculo ſane ď currat i planū.Hæc Strabo Ci.
quoq; i pfecto oratore affirmat prius uerſū q̄ ꝓſā fuiſſe:dicta aūt ꝓſa q̄ſi ꝓfuſa.a recti peruer
ſiq; carminis ptāte & noie.Sic dea quoq; ꝓſa dicta ē cui ara ut Gel.ſcribit deꝑcandi grā piculi
ab ægro ptu cōſtituta ē.a recti puerſiq; ptus ptāte.& noie dicta.ſotia cui erat poſtuerta .

Poetæ latini qui habentur titulo autorum. Caput. xxxvii.

Virgilius q & Mātuanus:Homerus:Lucanus:Syllius:Statius Parthenopēſis:Ouid.
Horat.Terē.Plau.Catul.Tibul.Propert.Valer.Flac.Perſius:Iuuenal.Mart.Seneca
minor.Claud.Auſo.Manilius.Serenus:Capella:Sidōius:Lucret.Macer : qdā adde
re tētarent Anticlaudianum uiderit illi.Adduntq; Sedulium.Non indigni.Probam Cento-
nā quæ e Virgilianus cētonibus mare chriſtianū dogma explicet neoterici quoq; plurimi ab
antiquis nō longo plerūq; interuallo ſed inferreos.lxxii. cap . Græci.
Homerus : Orpheus : Heſiodus:Aratus:Ariſtophanes:Triphoſiodorus: Lucillius : Pindarus:
Heſchylus:Dionyſius:Appollonius:Nonnus:Sophocles:Euripides:Callimachus.Theocritus
Euenus:Poſippus:Cauradas:Opianus.

Iudicium in latinis. Caput. xxxviii.

Virgilius:natus olympiade.clxxvii.mortuus Brūduſii.Sētio ſaturnino & Lucre.Ci-
na coſſ.olympiade.clxxxxviii.ut tradit Euſe.Hōeri māt.titu.gaudet.neq; ullius lin
gua attollitť neq; deprimitť.q etnā opus maronianū Cornel.aſcribūt.Legāt Sene.
epiſt.lxxix.pudor obeſt etnā deſcribit tuo carmie:dū hūc ſolēnē oibus poetis locū
attigas:quominus tractaret Ouid.nihil obſtitit:qď iā Virg.ipleuerat:neq; ſeueꝝ qdē Corne.
utiq; deterruit.Priapeiā:Nōnulli putāt eē Virg.Quidā minime:q pthenias Virg. dictus ē:
oibus uita:moribuſq; ꝓbatus:Attribuūt āt Ouid.quē cōſtat laſciuiſſimū eē : cuius opiniōis ē
Angel.Poli.Cuius opinionē haud illepidā apꝓbādā cēſeo.Autoritate Sene. lib. cōtrouerſiaꝝ
ſcdo:loqnēte Vibio ruffo in fine ſcde cōtrouerſiæ:(ne uideamur aliēa ꝓ nr̄is recitare)Rhedo
les adhuc fuliginē fornici obſcœnæ:quēadmodū murheius rhetorq dixit.uñ ſcimus an non
ueniētibus ꝓ uirginitate te alio libidinis gñe dedideris.Hoc gn̄s ſenſus memini quēdā ꝑtoriū
dicere.Cū declamaret cōtrouerſiā:de illa q̄ egit cū uiro male tractatiōis: uirgo eſſet & dānata
poſtea petiit ſacerdotiū.Noluimus iſta meritoꝝ abſtinētiā q ēt ſi primā uirginibꝫ timidis re-
miſerit noctē.Vicinis tñ iocis ludūt.Audiebat Illū ſcaurus:nō tm̄ diſſertiſſimus hō.Sed uetu
ſtiſſimus q nullius unq̄ ipūitā ſtultitiā:trāſire paſſus ē.Statim ouidianū illū dū tiuet alterius
uulnus inepta loci.& ille excidit nec ultra dixit.Hoc aūt uitiū aiebat ſcaurus:a græcis declama
toribus tractū.Qui nihil pmiſerint ſibi & penetrauerit.Hactenus Sene.ruffus.Et qm̄ pater eē
uerſiculū i Priapeio epigrāmare cuius initium eſt obſcure poterā tibi dicere da mihi quod tu.
Cum dicatur ouidianum a Seneca uideť cōiectura & ratione manifeſta:Ouidii opus eē:& ſi
ēt accedat ſtili ratio &:laſciuia ouidiana:cōueniat q uero dicať a nonnullis. Vergilinm non
Virgilium ſcribēdū eſſe.ita opinor ab antiquis multa fuiſſe ſcripta p e quæ poſtmodū per i
obſeruare notata ſunt:ut eſt apud Quintil. illud a pleriſq; ſcripſū ſibe ꝓ ſibi dicitq; Liuiū iis
uſum ex Pediāo cōperiſſe.Cō quo ē illud qui ſe.Quid q Menerua:mageſter: leber:uella:uea:
tibe.Autore Fabio:Varrone:& Plinio:pro Minerua:magiſter:liber:uilla:uia:tibi.& apd Feſtū
quoq; dicti ſūt amei ꝓ amici:uſu ātiquoꝝ & ameæ ꝓ amicæ.Ergo ſi ātiquos coleř uis Ver
gil.ut affectas:Politiāe dicas.Si uſū ut rō mōet:Virg.qď uero dicit Politia. pūgēs Seruiū:&
Donatū:a uirga inepte dici laurea:quā ſomniauit mater parere ridiculū eē:qa antea alii dicti
ſunt Vergilii.nōne cōſtat ſimiles uoces diuerſa ſignificatione a diuerſa plane deriuatione:ut
olympus quaſi ο λο λαμπω ο ν ꝓ cœlo:ut docet Ser.q̄ deriuatio nō cōuenit mōti heſpe-
ria ꝓ Italia ab Heſpero fratre Atlantis:ut docet Higinius in lib.de urbibus italicis: & Seruius

meminit.Q uæ deriuatio:cum heſperia dicitur hiſpania : tunc dicitur ab heſpero ſtella. licet
ignotem Macrobium tanq̃ Seruianam limã eam quoqꝫ deriuationem dare italiæ:ꝙ occaſui
ſubiecta ſit:nec ideo dabitur altera deriuatio.Higinius lõge maioris autoritatis Macrobio. Ec
ce ſtella ꝓ ſidere:& ꝓ uiri. proprio.non diuerſa ſunt deriuationes licet ſint æquiuoca: & mille
iis ſimilia:non ẽ igitur abſurdum æquas uoces ſortiri diuerſas deriuationes charta pro uiro &
ꝓ papyro:præterea non ne illud notum.quod de nominum impoſitione iam ex Plutarcho
diximus.Nomina interim a rebus ipſis infantes ſibi uendicabant:ut de Hercule Diodo. tradit
lib.y.ſi hæc penſitaſſet Polirianus pepercíſſet carpendi uoluptati.Adde quæ recitauimus ex
Cratylo platonico de nominum impoſitione.Sic Palinurus gubernatoris nomen & fictum
a Mart.bis meiiens. Homeros diuerſæ ſortis & temporum & ultimus. a re nomen habuit.
Lucanus:dicendum eſt poeta autorite Martialis:qui ait de Lucano.ſunt multi qui me dicũt
non eſſe poetam:ſed qui me uendit bibliopola probat.Quintilianus tamen dixit magis ora
toribus imitandum contra Statius in ſyluis celebrat poetam. Et præponendum eſſe oĩbus
Poetis.Si conſideretur tempus : quo Culex Maronianus: & Pharſalia Lucani emanarunt.
Vterqꝫ luſit iuuenta.Sed longe altiora quæ Lucanus iuuenis poſuit q̃ Virgilius.

Senecæ:duo memorãtur quoꝝ alter tragœdias fecit: alter platonicus dictus maior Neronis
præceptor:a crudeliqꝫ diſcipulo coactus ad necẽ. Mart.duos ſenecas unicũqꝫ Lucanum. facun
da gaudet genuiſſe Corduba.Verſus quoqꝫ Sidonii poetæ.Comprobãt erraſſe Frãci.Petrar
cã:& ſequentes inter quos Cor.Copiæ & aliqui recẽtiores:qui dicunt unicũ Senecam:tam
tragœdiaꝝ q̃ alioꝝ opeꝝ autorem. Verſus Sidonii ſunt. Non ꝙ Corduba præpotẽs alũnis
facundum ciet hic putes legendum:quoꝝ unus colit hiſpidum platona. Incaſſumqꝫ ſuum
monet Neronem.Orcheſtram quatit alter Euripidis:pictis fæcibus Aeſchilon ſecutus.Hunc
allegat Quintilianus in mediæa:& aliis in locis.Q uid ꝙ ipſe Seneca in controuerſiis oſten
dit maniſeſte alterum.

Statius:poeta parthenopenſis ut carmen profitetur.Alter fuit Statius rhetor tẽporibus.qdẽ
Neronis:toloſanus ut Euſebii tempora docent:Poeta uero floruit ſub Domitiano: cui pluri
mum adulatus eſt carmine.Coæuus Iuuenali & Martiali:Sillioqꝫ italico.

Ouidius Arelii Fuſci:ut ait Seneca:diſcipulus:natus olympiade.clxyi. ut Euſebius nimium
amator ingenii ſui:autor Fabius.laudandus tamen parcius.Compoſuit Medæam Tragœ
diam quæ uitio temporum excidit:de qua ſic Q uintilianus Ouidii Medæa : mihi uidetur
oſtendere:q̃tũ uir ille præſtare potuerit.Si ingenio ſuo temperare:q̃ indulgere malluiſſet.Cõ
poſuit item de piſcibus:cuius titulus eſt halieuticon ut ſcribit Pli.quem ſequutũ fuiſſe opia
num credendũ ẽ quoniã fuit poſterior ducentis annis ſcripſit enim ad Antonium plũ ut pa
tet ex libri ꝓfatiõe:qđ manifeſte Domitii eruditiſſimi errorẽ argueret niſi ueꝝ exẽplar uidiſſẽ
in quo eſt quia imitatus eſt Ouid.impꝛeſſor fecit pro Q ui Q uem .Ouid. pro Ouidium Et
plurima uidere qui teſtimonium perhibent.Exilii Ouidiani cauſa eſt ut ipſe ſcribit ad Augu
ſtum duplex: perdiderint.cum duo carmina:carmen & error alterius facti culpa ſilẽda mi
hi:ex quo prior : uidetur cauſa libri de arte amandi unde eſt in ibim nec quemquã noſtri
niſi me læſere libelli Artificis periit cũ caput arte ſua.Altera eſt.Si credimus aliquibus illud uul
gatũ ꝙ uidit uxorẽ Cæſaris nudã in turpi adulterio:unde ẽ inſcius acteon uidit ſine ueſte
Dianã:ꝑda fuit canibus non minor ille ſuis.Sidonius uero poeta ſcribit.ipſm addictũ Cæſa
reæ puellæ.oĩ ea flagrauit adulterioqꝫ infamia:ut ſcribit Tranquillus:ea autẽ fuit Liuia Dru
ſilla:ꝙ dicunt Leandri:& Paridis epiſtolas non eſſe Ouidii:necnon quæ ab Acontio ſcripta
eſt:non recte ni fallor ſentiunt.Nam argumento:quod aiunt Ouidii nomine heroidum ſcri
pſiſſe epiſtolas:inane eſt.nam herois epiſtola dici poteſt.ut ſit titulus epiſtolarum:non perſo
narum:nam aduertimus ab ænæa ænæis genere muliebri.dicto a uiri. utriuſqꝫ dictum ab
antiquis inueniremus.ꝙ appellatione herois contineantur fœminæ probant tragici qui fœ
minarum appellatione:carmini heroico dant titulum: ut Ouidii Medæa : Octauia Senecæ:
præterea Sapphus quam cenſet poſt Didonem collocãdam:inter heroidas a nullo numera
tur.Hac ratione ab aliis ſeperata oſtendit.n.uulgares affectus:& minus graues:ſic per ſe libelli
nomen adepta eſt. Verum fatendum quæ reſpondent epiſtolæ:non eſſe Ouidii:ſed Sabini.
unde Ouidius q̃ cito de toto rediit celer orbe ſabinis.Scriptaqꝫ diuerſis rettulit ille locis:Sabi
nus æques poeta Coæuus Ouidio fecit epiſtolas reſpondentes: unde eſt triſtis ad Hipſiphilẽ
ab Iaſone littera uenit:& non nullas ex eis habemus.

Valerius Flaccus:Iuuenis extinctus non peruenit ad conſummationem : quam præ ſe fere
bat:ex ipſo argonautico:quod eſt in manibus:unde Q uintilianus multum in Valerio Flac
co nuper amiſimus.

Tibullus:Fabii iudicio terſus:& elegans autor.Elegiæ princeps.Sunt qui malint Propertiū/ Ouidius utroq; laſciuior.
Horatius.Lyricorum fere ſolus legi dignus.Nam inſurgit aliquando & plenus eſt.iucundita tis & gratiæ : & uariis figuris ferociſſime audax . Si quem adiicere uelis Catullus laudatus a Gellio mirifice:& a Quintiliano ſuaui appellatione litterarum.
Martialis:ex Hiſpania & oriundis e ciuitate quæ Bibilis:ut ipſe teſtatur. Domitiano gratiſſi mus.Epigrammatis plurimum acutus:Hypponacteiſq; laudatus a Hieronymo. Iugenii lau de raro ſurrexit in exametrum: errāt qui putant ad Antonini & Macrini tempora perueniſſe nam qui Antonini tempore:fuit cēturio e cuſtodibus corporis Antonini autor Herodianus hiſtoricus libro quarto ſuarum hiſtoriarum:Fuit & Mamercus Claudianus peritiſſimus chri ſtianorum philoſophus cuius meminit Sidonius ad Nymphidium.Elegans alius.Claudianus. relligioni chriſtianæ ſub honorio auguſto plurimum decoris attulit. Epigrammate: Elegia: Heroicis:Lyricis:antiquorum paucis poſtpoſuerim.Et & alius Claud.obſcuro titu. uiennen ſi preſbiter ille raptum regiæ uirginis carmine de raptu proſerpinæ facto excuſat.
Auſonium quoq; Pæonium:burdigalenſem a uiris eruditiſſimis laudari:& inter autores nu merari merito uideo:Græcorum tamen potius æmulus q̄ latinæ linguæ elator .
Plautus.q̄ ſit laudandus Varro oſtendit.qui ait muſas Epiſtolonis ſententia:plautino ore lo cuturas fuiſſe.Si latine loqui uoluiſſent:licet Cecilium laudibus ferant.De Comediis Plauti meminit Gellius:oſtendens fuiſſe:& Plautum:Fuit etiam Seuius Plautus corrupti filii reus. Quiſemet in iudicio interemit olympiade.cc.Plautus uero Comicus Illuſtris.c.xly.olympia de moritur Romæ inquit Euſebius.Ex Vmbria Arpinas fuit.qui propter famem. Se piſtori locauerat:ibi quotiens ab opere uacaret ſcribere fabulas:& uendere ſollicitus con ueuit.A.Gel lius libro noctium atticarum.xiiii.iudicio Segiditi Volcatii quo quemq; Comicorum loco & honore ponat his uerſibus demonſtrat .

Moltos incertos certare hanc rem uidemus.
Palmam poetæ Comico cui deferant .
Cum meo iudicio:errorem diſſoluam tibi
Vt contra ſi quis ſentiat:nil ſentiat:
Cecilio palmam:Statuo de Comico.
Plautus ſecundus:Facile ſuperat cæteros.
Deinde Neuius:qui feruet pretio in tertio .
Si erit quod:quarto detur Licino .
Poſt inſequi Licinum:facio atilium .
In ſexto ſequitur:hos Terentius .
Turpilius ſeptimum : trabea octauū obtinet
In nono loco eſſe:facio Lucetium .
Decimum addo antiquitatis cauſa Ennium.

Iudicium tamen aliter eſt Horatii:qui ad Auguſtum ſcribit.Dicitur Affrani toga conueniſſe Menandro.Plautus ad exemplar Siculi properate Epimarchi.Vincere Cecilius grauitate Te rentius arte.Cicero uero.vii.ad Atticum hæc aduerbum . Secutus ſum non dico Cecilium mane ut ex portu in pyræum.Malus enim autor latinitatis eſt.Sed Terentium cuius fabulæ propter elegantiam ſermonis probantur e . C.Lælio ſcribi.ob hoc putandum eſt Sernium dixiſſe Terentium proprietate ſermonis omnibus eſſe prælatum.Quod uero dicit ad cætera inferiorem nullus doctorum aſſentitur.Immo nec Horatius autor aſſentit . Cicero uero de oratore libro tertio:de Neuio & Plauto.Significat equidem cum audio ſucrum meam Læ liam facilius enim mulieres incorruptam antiquitatem conſeruarit:quod multorum exper tes ſermonis ea tenent ſemper:quæ prima didicerunt.Sed eam ſic audio ut Plautum . mihi aut Neuium uideat audire . Sono ipſo uocis ita recto & ſimplici Vt nihil oſtentationis aut imitationis afferre uideatur.Hæc ille.Terentius:poeta Carthaginēſis.Comediarum ſcriptor. ob ingenium & formam libertate Donatus.in arcadia moritur.Qui primam andriam:an te q̄ Edilibus uenderet Cecilio multum ſe miranti legit .
In altera comœdia:licet in manibus non ſit:Varro eruditiſſimus Romanorum extollitur a Fabio . Fuerunt autem duo Varrones . Prior Marcus Terentius Varro Philoſophus & Poeta Olympiade . clxvi. Vt ſcribit Euſebius eſt mortuus nonagenarius prope per tem pora : Quibus Anaxilaus Lariſſeus & Pythagoricus : & ab Auguſto Vrbe Italiaq; pulſus Olympiade.c.lxxxviii.Fuit alter Varro Attacinus a Vico attace in Narbonēſi . prouincia natus Qui poſtea.xxx.Annum agens Græcas litteras : cum ſummo ſtudio didicit . Fuit Olym

piade.c.lxxiiii.Qui uero addunt Varronem attratinium fallu̅tur.Nam attratinus.quidem fuit orator.Qui decimum ſeptimum natus annum:Cælium accuſarat. & morborum tedio in balneo uoluntario exanimatus:olympiade.cxc.ut Euſebius.Sed non dictus Varro.

Horatius Venuſinus fuit:liberto patre natus palmam in ſatira obtinet:in qua multum ueræ laudis meruit Perſius uolaterranus:ut alii uolunt Iunenſis.de quo diſputabitur a nobis in cōmentariis Perſii.Subdidit Quintilianus. Sunt & clari hodie & qui olim nominabuntur. quod ſine dubio ob Iuuenalem dictum accipio.de quo Acron commentator Horatianus. Sic de Horatio Inquens ait.Deniq; ſi Iuuenalis non ſcripſiſſet:nemo iſto eſſet melior:& re uera Iuuenali palmam in ſatira ferendam cenſeo.

Sillius Italicus imitator maronianæ maieſtatis dicitur a Martiale decus muſarum dictuſq; italicus ab Italica urbe Hiſpaniæ.Vnde oriu̅dus maiorum tamen ſanguine Romanus fuit bellum punicum ſecundum carmine complexus:maiore tamen cura quam ingenio: componens carmina:aduerſa ualitudine claui inſanabilis laborauit:meminit Plinius.lxxv.annos natus hominem exiuit. Inedia:delicato magis corpore quam infirmo: uſq; ad extremum diem beatus fœlix.

Macer.Qui de herbis ſcripſit:& Lucretius epicureus. qui monumenta philoſophiæ litteris mandauit:legendi quidem ſuadente Fabio.Sed non ut phraſim ideſt ut corpus eloquentiæ faciant.Elegantes in ſua uterq; materia.Sed alter humilis:alter difficilis:q legitur Triuialibus macer eo argumento dignoſcitur ab antiquo ꝙ Plinium allegat.

κριστσ de Græcis. Caput. xxxix.

Homerus uita Plutarchi memoratus eſt.Non opus eſt laudare.Quod Gellius ait tamen referam.M.Varro in libro de imaginibus.primo Homeri imagini:Hoc Epigramma appoſuit.

Capella Homeri candida tumulum indicat.
Quod ariete mortuo faciunt ſacra.
Septem urbes certant:de ſtirpe inſignis Homeri.
Smyrna rhodos.Colophon.Salamina.ius.argos.athenæ.

Hoc quoq; refert Cicero.Tanta fuit de Homeri natali ſolo incertitudo ut ut Appion grammaticæ artis ſe euocaſſe dixerit umbras ad percunctandi Homerus qua patria quibuſq; parētibus genitus eſſet:non tamen auſus profiteri quid ſibi reſpondiſſent autor Plinius: ꝙ autē aliqui dicant cæcum natum eſſe:falſum eſt.Nam Plutarchus inquit Maliſſegenem ꝙ iuxta meletem fluuiū natus cū eſſet prius appellatum:deinde cæcus eſſet factus:dictum fuiſſe Homerum.Nam ομηροσ Cumæi & Iones dicunt oculis captos ꝙ omiris ideſt ducibus itineris egeant:ut tradit Ephorus.Ariſtoteles alia.Sed illud addi.a Mæone quodam nutritum ꝓ ſuo unde apud noſtros Mæonius & mæonium carmen:& Capella ait.Mæonius cæcutiens. Genituram eius ſcripſit uel confinxit Firmicus libro ſexto oſtendens ex ſtellarum diſpoſitione natum ut fieret cæcus:& diuinus Cumæi carminis interpres:princepſq; poetarum inquit Firmicus.Si in ſagittario in finibus Veneris Mars & Mercurius & Venus ſimul affuerint collocari:& horoſcopus eius partis poſſederit finem.Iuppiter uero in Geminis conſtitutus ex occaſu diametra hos radiatiōe reſpexerit: Hæc genitura diuinum heroici Carminis facit poetā. Fuiſſe cæcum affirmat Cicero.v.tuſc.Qui argumentatur a natiuitate intellectum a Cicero. delirant.Nam dicit Cicero.Homerum non uidiſſe acies nauigia:motuſq; ferarum.Non procedit argumentum ergo fuit cæcus a natiuitate Vt illud:non uidi Aethiopem & ipſum effingo carmine:non tamen ſequitur ergo ſum cæcus.uel fui.Illud putaui notandum:ꝙ Plutarchi ſententia Illias:& Odiſæa tantum ſunt opera Homeri:quamuis Batrachomyomachiam agnoſcamus:ut quoq; ait Statius:non huius ſed alterius fuit.Qui Homerus Sellius grammaticus dictus eſt.Qui hymnos ſcripſit & luſus: uario carminum genere. ſolutaq; oratione:de perſonis comicis & argumenta comœdiarum Menandri:Herodotus uero.Phocidem: Illiadem minorem.Margetem.Carminum:opuſcula ei tribuit.Hymnos præterea Homeri in deos legimus ex quibus Pauſanias ſæpe teſtimonium capit.Fuit autem ut ſcribit Euſebius aliquorum opinione tempore ænæe.Siluii.qui quartus fuit latinorum:uel ut aliqui: latini Siluii lauiniæ & Melampodis filii:quanta de eo aut apud ueteres diſſonantia fiat: manifeſtum eſſe poterit ex ſequentibus.Quidam ex quibus Crates ante deſcenſum Eraclidarum ponūt fuiſſe.Eratoſthenes poſt troianam captiuitatem.c.annis Ariſtarchus Ionica emigratione ſiue poſt.c.annos.Philocorus emigrationis Ionicæ tempore.Sub Archyppo athenienſium magiſtratu. poſt Captam Troiam annis.c.lxxxx.Apollodorus Athenienſis poſt.cc.xl. annos Captæ Troiæ.Fuerunt aliqui qui medico tempore ante qam Olympiades Inciperent.cccc.

retro ãnis troianæ captiuitatis eum putent fuiſſe.licet Archilochus.xxiii.olympiade:&.y. annum troianæ uerſionis computet.Hæc ille.In latina hiſtoria ad uerbum ſcripta reperimus. Aggrippa apud latinos regnante Homerus ĩ græcia claruit.ut teſtatur Appollodorus grãmaticus.Et Euphoribus hiſtoricus ante urbẽ cõditã anuis.c.xxxiiii.Et ut ait Cor.nep.añ olympiadẽ primã annis.c.Herodotus ſcribit.cccc.annis.ante ſe Homeꝝ fuiſſe.de morte eius Valer.max.& Plutarchus cõueniũt aliq Homeꝝ natu maiorẽ Heſiodo putarunt:alii contra.Sed de hoc Gellius lib.iiii.M.Varro in agricultura nõ eſſe dubiũ inqt quin aliquo tpe eodẽ uixerint & ambos fuiſſe aliquoꝝ iudicio phibet pauloante q̃ Carthago conderet̃.Orpheus:ut ſcribit Lactãtius prio & rõ ipa tpoꝝ docet uetuſtiſſimus poetaꝝ & æqualis ipoꝝ deoꝝ ſi qdẽ tradit inter argonautas cũ Tyndaridis & Hercule nauigaſſe ptogonon deũ dixit:& Phaneta.& Phaetõta.i.primo genitũ.Itẽ apparent & ex Aere immenſo natũ:ut tradit Appollodorus:primus ſcripſit Soteria.i.camina ꝓ ſalute amici pſoluta ϖ ο τερει ν .n.ſeruare eſt hoc gñe carminis apud noſtros uſus Statius:alii a mulieribus ciconũ necatũ dicũt:ꝙ primus pueriles amores ſit faſſus:alii ut ſcribit Pauſanias:ꝙ mortua Euridice uxore ad amnẽ Theſprotidis perierit Diodorus ſcribit.ꝙ cũ monuiſſet Bracchũ inſidias lygurgi theropes:habuit ſpoliato lygurgo thraciæ impiũ a Baccho ex Therope natũ œagrũ a quo fluuius dictus ex hoc Orpheus Oeagrũ ſuiſſe ait ꝓ nepotẽ Atlãtis:Fuit & eiuſdẽ nois poeta in arcadia.& alius Crotonias.qui uixit cũ Piſiſtrato.Sũt q ſex Orpheos putent.Hũc aũt quẽ in pretio hẽmus: & cuius argonautica legũtur.Scribũt Aegyptũ & Lybiã peraſſe:& mercurii trimegiſti imbutũ doctrina q̃q̃ reſte Cic.Ariſt.docet Orpheũ poetã nũq̃ fuiſſe & hoc orpheiũ carmẽ ferũt cuiuſdã fuiſſe Cercõis.

Heſiodus raro aſſurgit in heroicũ:magnaq; pars eius iu nominibus occupata eſt tñ utiles circa præcepta ſẽtẽtiæ.Leuitaſq; uerboꝝ expoſitiõis ꝓbabilis:dat̃ ei palma ĩ illo mediocri gñe dicẽdi actius putauit natu antiqorẽ Homero.Sed Friuolis id ꝓbat argumẽtis.Scribit Gellius uxorẽ habuir Eremenẽ Phygiſci filiã Amphiphanis & Ganetoris ſororẽ. ex qua Steſicorus poeta natus ẽ:dr̃ in ludis amphidamantis in Chalcide de poetica certaſſe.cũ Homero:& poſito certaminis ꝑmio & lectis iudicibus:iuter quos Panides Amphidamãtis frater.& Amphidamantis liberi fuerũt uictoriã Heſiodo ceſſiſſe:unde illud diuulgatũ ẽ Heſiodus muſis heliconiadibus hũc tripodẽ dedicauit hymno cũ uiciſſet in chalcide diuinũ homeꝝ. Periit aũt habita uictoria ꝑdicta cũ iret delphos ad ſciſcitandũ de uita ſua rñdit oraculũ:ut uitaret nemæi Iouis lucũ.quoniã ibi meta uitæ ille aũt fugitãs nemeã peloponeſſi:in œone locridis ab Amphiphane & Ganetore Phygiſei filiis in mare ꝑcipitatur.Iouis aũt nemæi templũ œone dicebat̃ quarto aũt die delphini cadauer ad littus appulere:id loci in œone ſepeliuerũt:cã ãt fuit : ꝙ ii arbitrati ſunt heſiodũ corrupiſſe Etemenem de qua ſteſicorus fuit.

Aratus in ſuoꝝ carminum materia:motu caret:ut ĩ qua nulla uarietas.nullus affectus. nulla perſona:cuiq̃ ſit orõ:ſufficit tamen operi.Cui ſe parem credidit:uel æqualem.

Theocritus.admirabilis in ſuo genere.Sed muſa illa ruſtica: & paſtoralis non forum modo uerum etiam ipſam urbem reformidat.

Callimachus.princeps elegiæ eſt.Secundas cõfeſſione plurimoꝝ philetas obtinet partes.Sed excidit.Duo fuere Callimachi.alter Bati filius:& meſſatinæ.Fuit alter Callimachus q uerſus de inſulis ſcripſit:& poemata in omni genere carminis.ſcripſit in ibi in quem ſequitur: Ouidius : is autem fuit Appollonius rhodius qui ſcripſit argonau.cum impius fuerit in præceptorem Callimachum:fuit & Tertius Callimachus qui autore Vetruuio propter elegantiam artiſq; marmoreæ ſubtilitatem dictus ab athenienſibus cataremos.

Pindarus:nouẽ lyricoꝝ facile princeps.alii legũt longe princeps in Fabio autore.ſpiritus magnificẽtia.Sẽtẽtiis:figuris:beatiſſima reꝝ uerborũq; copia:& uelut quodã eloquentiæ flumine propter quod Horatius eum merito credidit nemini imitabilem.inter lyricos excidere. Alcæus:q in parte operis aureo plectro donatur.Terpiſcorus inuenit angelicũ carmen celeritate nũcis aptũ:ut ſcribit Diomed.qui ſi quoq; tenuiſſet modũ uider̃ æmulari ꝓximus Homeꝝ potuiſſe.Simonides tenuis.ſermone proprio laudãdus. Anachreon laſciuus puerilibus amoribus. Sappho quæ licet fuerit mulier.decima tanquam muſa honoratur ab Auſonio. Prima plectrum repperit. floruit eo quo Steſicorus tempore:& Pitacus.

Sophocles.& Euripides illuſtrauere tragœdiam:quam Heſchilus protulit. Sublimis grauis: grandiloquus:& ſæpe uſq; ad uitium.Sophocles fuit:Euripides uero iis qui ſe ad agendum comparant utilior.grauitas Cothurnus & ſonus Sophoclis uidetur eſſe ſublimior. Obcuius excellentiam:dicimus Sophocleum cothurnum altiloquum:apud Maronem & Martialem exempla recitat Plutar.Heſchilũ ſupatum in certamine tragœdoꝝ a Sophocle.Victumq; Heſchilum diuertiſſe in ſiciliam.præ ira ibiq; mortuum : ꝓpe gelam ſepultum fuiſſe.

Euripides Socratis tragœdiā ſcribere natus ānos duo de uiginti agreſſus eſt Anaxagore phy
ſici auditor:apud Archelaū regē Nacedoniæ reuertens a cœna laceratus a canibus ab Aemulo
miſſis recitauit hyſtoriā Gellius.xv.Huius ſepultura dicit Vetruuius octauo eſt in Macedonia
Inter duos riuos In unū accūbētes uiatores trāſire ſolent pp aquæ bonitatem ad riuū aūt q eſt
ex altera parte monumenti nemo accedit ꝙ mortifera aquā dicitur habere.
Ariſtophanes comœdiæ ueteris autor iu qua Eupolis:& cratinus:præcipui qui ad nos nō p-
uenerunt ꝙ ſciam.Ariſtophanis uulta legimus.
Menander:comicus omnem uitæ imaginem expreſſit Philemon hunc ſecundo loco ſequi-
tur:hic una cum Apollodoro temporibus adactus.
Nō ignoro quos trāſeo:neq; uti in omnibus laboro:ut qui dixerim eſſe in omnibus utilita-
tis aliquid:& autoritatis plurimum habentes recenſeam quos colūt doctorum ingenia.

De Poetices inuentione. Caput. xl.

ALiqui Poeticen a Phœmonoe incepiſſe tradūt. Nāq; (ut ſcribit Plinius) & Euſe
bius in chronicis.Primū carmen heroicum editum eſt ab oraculo pythio. Et ut
idem Euſebius in preparatione euangelica:& ſi phœmonoe oracula Acriſio ced
niſſe dicitur:tamen poſt Phœmonoem.xxvii.ānis Orpheus muſicus. & Linus:
Herculis magiſtri floruerūt.Homerus uero & Heſiodus multo iuniores bello Troiano fuere.
Ante Homerum.Linus Philemon.Thamyris.Amphion:Dimodetus.Phenius:Sybilla. Epi
menides Cretenſis.qui Spartam petiit Ariſtæus pro coneſſus.Abſolens ceutaurus.Iſatis.Eu-
clius.cyprius.Orius:Samius:Pro nethida athenieſis.Strabo libr.x. traces eos fuiſſe a quibus
poetica & muſica uenerit ſiguificat.Nam ſic ait.Manifeſtatur ex locis in quibus cultæ ſunt
muſæ.Nam pieria olympus & pipla: & libetrum. quondam loca fuere thraciæ & montes
quos nunc macedones poſſident.Qui q; muſis helicona cōſecrarunt. Et qui priſcæ muſicæ
curā ſtudiumq; dederūt.Traces fuiſſe prehibet.Ephorus:(ī quo loco male legitur phibētur).
Videlicet Orpheus muſæus & Thamyris:ob id ēt Emulpo.i.cantori optimo nomen indi-
tum eſt.Et paulopoſt.Inſtrumentorum ēt quædam barbarum obtinent uocabulum.Nam-
bla.Sambuca.Barbitos megadeſq;.Alia cōplura athenienſes ſecuti in reliquis rebus hoſpitum
& heſternoꝝ ſtudioſi perſtiterūt.Sicuti in deis.Euſeb.uero oſtēdit ab hebræis deſcēdiſſe poe
ticen.Quos cōſtat longe ante Phœmonoem odas.& carmina ſcripſiſſe.Ioſephus.ii. in antiq
tatibus ait Moſes quem mercurium dixere antiqui carmen examentum condidit & cum lit-
teras quoq; inueniſſe ut diximus ſuo loco.

De Poetica.Et inibi quid eſt quod dicitur nemo ſane mentis compos fores
perpulit poeticas. Caput. xli.

CIcero in teſtimoniū citatus.Sic ait in orōe p archia. At q ſic a ſūmis eruditiſſimiſq;
accepimus cæteraꝝ reꝝ ſtudia & doctrina & pceptis & arte cōſtare. Poetā uero ipa
natura ualere:& mētis uiribus excitari:Et quaſi diuino quodā ſpiritu afflari. Qua
re ſuo iure noſter ille Ennius.Sanctos appellat poetas.ꝙ q̄ſi deoꝝ aliquo donos
atq; muere cōmēdati nobis eē uideāt. Sit igit iudices Sāctū ap uos hoc poetæ nomē.Qd
nūq̄ ulla barbaria uiolauit.ſaxa ſolitudines uoce rñdēt.feræ ſæpe imanes cātu flectūt atq; cō
ſiſtūt:nos inſtituti rebus optimis nō poetaꝝ uoce moueamur?Homeꝝ Colophonii dicūt ci-
uē eē ſuū Chii ſuū uēdicāt.Salaminii repetūt.Smyrnii uero ſuū cōfirmāt. Itaq; ēt delubrum
eius in urbe dedicarūt:p multi alii pterea inter ſe pugnāt atq; cōtēdūt.Et paulopoſt neq; q̄ſq̄
tā auerſus a muſis:q uō mādari uerſibus æternū laboꝝ ſuoꝝ pconiū patiat: Plato in Dialo.
q dr Ion.inducit Socratem dicentem uis diuina poetæ ꝑpat ab Euripide magneti nōnulli
heraclei uocāt.Ita ipa muſa poetas diuino inſtinctu cōcitat poetæ ꝯciti alios furore corripiūt
ex his oibus ſeries ipa cōtexit.Oēs itaq; carminū poetæ inſignes nō artes.Sed diuino afflatu
oia iſta Poemata canūt.Et ut Corybātes nō ſana mēte ſaltāt itaq; neq; cātilenaꝝ modulato-
res egregii ſana mēte hos cātus effingūt.Sed ubi in harmoniā & rhythmū inſurgūt & occu
pati bacchāt.quēadmodū bacchātes fœminæ mēte nō ſana mel & lac ex flūinibus hauriūt.
ſana aūt mēte haurire neq̄unt idq; efficit illoꝝ aius:q cātus effingūt qd ipi referūt & paulo
poſt neq; poeta prius canere pōt q̄ deo plenus & extra ſe ponitur & a mēte alienatus ſit. Nā
q̄ diu mēte qs ualet:neq; fingere carmina neq; dare oracula pōt & mox poetæ nihil alid ſūt
q̄ deoꝝ interptes dū ſūt furore correpti.hæc Socratis.Ex qbus uerbis colligit: Si ueritatis co
lorē ſeqmur & modū qd ſit rñdēdū Carmini Virg.lib.iii.Fuſaq; in obſcœnū ſe uertere uina
cruorē hoc uiſū nulli nō ipi effata ſorori.Dicit qūo ergo ſciuit Virg.rñde qa deo plenus &c.
Quæ iam diximus ex Platone plurima ſunt huic loco ſimilia quale eſt Iouis ſermones in
Cœlo & deorum.Vrbanus grāmaticus dixit Arcana & præter naturam cognoſci & ſciri a

Poeta inuocatiōis beneficio qua reuelantur cuncta unde Horatius præcipue deū nō inuocari
niſi in re ardua & dignior cōmonet. Nec deus Inter ſit niſi dignus uindice nodus inciderit.
Strabo quoq; i.i.ſic.Poetam īquit Heratoſthenes nō quidem docēdi cæterum delectādi gr̄a
cōiecturis aſſequi.Antiqui uero cōtra q̄ poeticam primam quādam philoſophiā eē phibent
q̄ ab ineūte ætate ad uiuēdi rōes adducit:q̄ mores:q̄ affectiōes doceat: q̄ res gerendas cū iucū
ditate pcipiat.poſteriores uero ſolū poetam ipm̄ eē ſapiētem aſſeruerūt.quāobrem græcoꝝ ci
uitates ab ipſo primordio ſuos liberos in poetica erudierūt nō nudæ utiq; uoluptatis : ſed ca
ſtæ moderatiōis gr̄a paulopoſt Home.poetas cantores caſtigatores appellauit . Et paulopoſt
hoc itaq; modo dicēdum erat:ꝙ quiſq; poeta alia ad oblectandum animū ſolū : alia uero ad
erudiēdum pfert & paulo inferius.Nū poetæ uirtutem aliā q̄ q̄ uerbis ad imitandam uiuē
di rōem excitaret?Quintilianus quoq; lib.v.ubi ne exemplis iam ſententiis quidem poetaꝝ
nō Orationes:modo ſunt refertæ . Sed libri etiam philoſophoꝝ:qui quāq̄ inferiora omnia
præceptis ſuis ac litteris credūt:repetere autoritatē d' pluribus uerſibus nō faſtidierūt.Alioq; in
loco ſic ait q̄ plurimum dicit conferre Theophraſtus oratori lectionem poetaꝝ multiq; eius
iudiciū ſequūt̄ neq; imerito nataq; ab iis rebus ſpiritus:& ī uerbis ſublimitas:& in affectibus
motus oīs:& in pſonis decor petit̄ Plato ut Euſebius refert.poetas deoꝝ nepotes appellauit.
Cicero.in Tuſculanarum primo mi uero ne hæc quidē notiora & iam illuſtriora carere in di
uina uidentur:ut ego aut poetam graue plenumq; carmen ſine cœleſti aliquo mētis inſtin
ctum putem fūdere: aut eloquētiā ſine quadam ui maiore fluere abūdātē ſonātibus uerbis.
Cornelius Tacitus.in Libello de Oratoribus ſic ait.Nemora & luci & ſecretum ipſum quod
aper increpabat tantam mihi afferunt uoluptatem : ut inter præcipuos carminum fructus
numerem:ꝙ nec in ſtrepitu nec ſedente ante hoſtium litigatore:nec inter ſordes:& eorum la
chrymas componantur.Sed ſecedit animus in loca pura atq; innocentia fruiturq; ſalibus ſa
cris hæc eloquētiæ primordia.hæc penetralia hoc primum habitu cultuq; commoda morta
libus:& in illa caſta:& in nullis contacta uitiis pectora influxit.Sic oracula loquebantur . Nā
lucroſæ huius & ſanguinantis eloquentiæ uſus recens malis moribus natus : atq; ut dicebas
aper in locum teli repertus.Cæterum fœlix illud & ut more noſtro loquar . Aureum ſæculū
& oratorum:& criminum impos:poetis & uatibus abundat: qui benefacta canerent : non
qui male admiſſa defenderent .

Qui Differat poetica a poemate & poeſi & hoc iñ ab hiſtoria. Caput. xlii.

POetica:ut Diomed.ē fictæ ueræq; narrationis congruenti rhytmo uel pede com
poſita metrica:ſtructura ad uoluptatem utilitatemq; accōmodata : unde Horaſius
aut prodeſſe uolunt aut delectare poetæ.unde latinus Pacatus orator in panagyri
ad Theodoſium:inquit ſcio poetarum fabulas auribus mulcendi reptas . Poeticæ
igitur eſt ars unde delirare patet qui dicunt Poetriam Horatii . nam potius poetria fœmina
dicenda ē.ut pſaltria.Et Perſius in contemptum dixit:Coruos poetas & poetridas picas.Poe
ma pars operis ē:ut Tragœdia.Poeſis ē Contextus totius corporis effecte ut Illias Homeri.
Aeneis Virgilii.Poſſidonius uero in analyticis de dictione dixit poema eſt dictio numeroſa
ſeu metrica ſiue aptiſſima iuncta atq; operoſæ orationis ſpeciem excedens ut maxima tellus:
& Iouis æther:poeſis autem ſignificatiuum eſt poema diuinarum humanarumq; rerum in
uentionem complectens:poeſim dicit Ariſtoteles in poetica opere magis uniuerſalia tractare
hiſtoriam magis ſingularia.

De Poetica Veritate. Caput. xliii.

DIXImus paulo ante differentiam Poetices ab hyſtoria ex Ariſtotele:locus poſcit re
petitionem hyſtoriæ finis:ut docet Srabo:Eſt ueritas : Poeta uero finem ad ueri
tatem habet iunctum cum delectatione.Sed fabulæ ob delectationem ſunt inuen
tæ & placite introductæ ſunt uel immixtæ:Iucunditatis gratia:probat hoc Home
ricum exemplum. Nam Homerus in nauium dinumeratione omnibus obuenientia locis
explicat aliam quidem lapidoſā urbem.aliam uero extremam:hanc columnis refertam . Ilā
maris uiciuam:finis uero diſpoſitionis expreſſio & efficacia:quemadmodum prænitentibus
introducendis fabulæ delectatio & obſtupeſcentia.In hoc igitur erraſſe putatur Eratoſthenes
qui nullam ex Poetis hyſtoriam uoluit eſſe petendam.Huic opinioni aſſentiuntur Strabo &
Polybius in Italicis.Et in latinis probat exemplum Lucani & Sylhi Italici poema qui hyſto
riam quidem ſed interiectis floſculis delectatiouis per fabulamenta expreſſere . Quale illud
præcipue apud Lucanum.Quod Roma apparuerit Cæſari.Et hoc genus . Et apud Home
rū Cū Eolus fingit̄ Rex uētoꝝ:Quod ēt Polybius recte cogitās ait Eolus ī Ipſius freti locis p
curſus & recurſus ē & nauigatiōis aſpitas pfluxus atq; reflexus regrediēdi ſigna præmōſtrat.

Itaq; uentorum cuſtodem atq; regem creditum fuiſſe refert plurima ſunt in Homero exẽpla in quibus enarrandis Strabo luxuriatur. In Marone quoq; alluſiones q̃ plurimas. Cũ ad multa tum ad romanam hyſtoriam ut ex Seruio & Macrobio inoteſcit. Eſt igitur ueritas in poeticis non nuda ſed nimiſi ueſtita quod precipue Homerus & Virgilius principes factitarunt. Fabula enim quæ miton: non habet: Apologus ẽ. non proprie fabula. Et ſi aliquod ſignat æthicum. Diguoſcitur hoc ex apologis Aeſopi ſeu (ut uerius) Heſiodi. Et aliis quas ſulgentius patefecit acuta interꝑtatione mytilogias. Quãdoq; tamẽ poetæ inſerunt fabulas nudæ delectationis gratia ut apud Homerum læſa uenus a Diomeda. apud Maronem Iuturna murata in metiſcum. hoc poeta interſerit delectationis gratia. In hyſtoria uero eſt ſimplex rei enarratio & cognitio quam dixeris ceu uirginem nõ indecẽtibus ueſtibus ornatam quas pa tagia uon uariant. Hæ ueſtes ſunt genus dicendi orationes quale apud Saluſtium & Liuium Nec non uocabula uehemẽtia. leporq; ſermonis. quale eſt apud Thucididem & Herodotum Ille enim cõcitatis hic remiſſis affectibus (Si Fabio credimus) melior: hæc q̃ breuiſſime potui ne remorarer ad ſequentia lectorem.

Quot Poematis genera. Caput xliiii.

Poematis tria ſunt genera. Drãmaticum. i. actiuum a Δρω facio uel mimiticum idest imitatiuum. Alterum exigiticon. i. enarratiuum uel apoligiticon. i. enunciatiuum. Tertium commune quod κοινον uel μικτον. i. mixtum drammaticũ eſt in quo nunq̃ poeta ſed perſonæ introductæ loquuntur: ut in comœdia. Tragœdia: Buccolica. Cuius initiũ Quo te moeri pedes. Huius genera ſunt quattuor apud græcos. Tragica: Comica: Satyrica: mimeca. APud romanos: pretextata: taberuaria: atellana: planipes. Exigiticon ẽ in quo poeta: ſine alicuius introductione perſonæ loquitur: ut tres georgicæ libri: & prima pars quarti. Item Lucretii carmina & cætera iis ſimilia. Huius tres ſpecies. Analetice in qua ſententiæ ſcribũtur ut theognidus liber. Item hyſtorice. qua narrationes. & genealogiæ componũtur: ut Heſiodi theogonia & ſimilia. Didaſcalice: i. magiſtralis eſt: in qua comprehenditur philoſophia ut libri Varronis Empedoclis: & Lucretii. Item aſtrologia: ut Arati liber Manilii. Ciceronis. Georgica Virgilii. κοινον. i. cõmune in quo poeta: & pſonæ loquũtur. introductæ. Illias Odiſſea Homeri. Aeneidos liber. Duæ ſunt ſpecies. Prior heroica: ut Illiados opus: & æneis. Secunda lyrica ut Pindari: & Horatii. Ex Diomede hæc.

Poematos Characteres & inibi de Epos. Caput. xlv.

QVæ dicuntur hic: poetæ ſunt. De proſæ dicendi generibus: uel orationis ſolutæ ultimo agetur libro. Docente Donato ſtilus eſt in uerbis. oratio in ſenſu. Stilus appellatur character: ſeu plaſma: ſeu forma: ab aliquibus hic duobus modis dicitur uenire in opus menſura uerborum: pro neceſſitate loci in opere. Secundo pro totius opis habitu. Qui mẽſura uerborum eſt duplex aut narratione tantum appoſitus: aut dicendo accommodatus. Qui narrationis eſt triplex: breuis: longus: medius: Græce. αδροισχνοσ μεσοσ. i. grandis ſeu robuſtus ſubtilis & medius. grandis datur thucididi ſubtilis Lyſiæ medius Demoſtheni. Qui dicendo accommodatus aut ſimplex: aut duplex. Simplex eſt uber. Gracilis mediocris. Vberi eſt dignitas & amplitudo ut autore Varrone eſt in pacuuio. Cui uitium contrarium eſt tumidus ſermo. In graui ineſt uenuſtas: & ſubtilitas ut in Lucilio. Vitium huius ẽ ſquallidus & ieiunus ſermo. Tertius ẽ medius: qui cõfinis utriq; uel ut Gellius in cõfinio utriuſq; ut Terentius. Si uero duplicem conſideremus: Homeri eloquentia docet. Tria tribus. Magnificum: ſubtile: moderatum. Magnificum quod uber quoq; ẽ: oſtẽdit Homerus In Vlixe. alterum ſubtile quod & cohibitum. fertur in Manelao niter. Tertium mixtũ quod & moderatum in Neſtore homerico: Ex cuius ore dulcior melle fluebat oratio. Qui uero narrationis βραχισ. i. breuis. μακροσ. i. longus. μεσοσ. i. medius. Primi exemplum ẽ in. v. æneidos. ubi ſtrictum fit oratio de Ganymede. uictori clamydem auratam: quam plurima circum purpura meandro duplici meliboea cucurrit. Intextuſq; puer frõdoſa regius ida. Veloces iaculo ceruos. Medius ut in primo huic coniũx Sichæus erat & deinceps. Longa ut in. vii. ubi amœnitatem luci ac fluminis deſcribẽdo facit narrationem. Sic hunc inter fluuio tyberinus amœno. Vorticibus rapidis & multa flauus Inter mare prorumpit. Variæ circumq; ſupraq; aſſuetæ ripis uolucres: & fluminis alueo. ꝑ habitu totius corporis dicitur ſtillus. Sophocleus ueluti Cothurnus. Omnibus iis epos. Et hoc eſt apud nos ut Diome. ſcribit Carmẽ exametrũ in quo diuinarum heroicarum humanarumq; rerum cõprehenſio. Epos latinus primus dignus ſcripſit Liuius is qui po. ro. geſta. xviii. Complexus ẽ libris: qui & annales inſcribuntur. Epos dicitur ab επω dico. ꝓprie enim Epos ẽ metricus ſermo: & hoc intellexit Strabo. Appellanſq; Rhapſodiam: de qua re ſupra Gellius libro. vii. επη carmina quod

ſignificat uerba aut uerſus.non aliũde eſſe dictũ tradunt:ꝗ απὸ τοῦ ἕπεσθαι καὶ ἔπειν Ideſt ab eo qđ ẽ ſequi:& dicere Vnde ait Diomedes conſequẽtiã primus deus uates cõprehẽdit.unde poſtea uerbum & ſolutæ orationis ipſa ſcriptum conſequens ab aliis Epos dictum Rapſodia dicitur ὡ ὀικησεοσ aliqua particula diſcreta atq; diuulſa παρατραχιν.ꝙ uerſus in unum uolumen ueluti conſumantur & cõprehenduntur:uel ꝙ olim partes homerici carminis in theatralibꝫ circulis.Cum bachulo.i.uirga pronuntiabãt: Qui ab eodem Homero dicti ſunt Homeriſtæ.Epos quoq; ſi Tortellio credere licet:dicitᷣ.Carminis cãtus Diomed. ait præcipuæ uero exameter uerſus Epos dicitur. Ariſtoteles uero in poetica dicit alii pro heroicis carminibus quæ ἔπαι uocant tragœdiarum magiſtri. Euſtachius idem in principio Illiadis.Epos quoq; dicitur uerſus accinens:quando duorum minor accinit maiori:& continuo tenore primi uerſus uerſu ſequenti clauditur.Si autem recte iudicemus Epodus dicitur. Terentianus affirmat hoc exemp.Tibia docta præcor tandem mihi dicere uerſus Deſine menalios.Hũc doctũ Archilocũ tradũt genuiſſe:magiſtri.Tu mihi Flacce ſat es: Diffugere niues redeũt iã gramina cãpis Arboribuſq; comæ.q̃ꝗ Acrõ interꝑs Epodõ quo qꝫ ab Epos deducit.

De Speciebus Poematis. Caput. xly

POematum ſpecies oſtendere uidetur Horatius in arte:iis uerſibus.
Res geſtæ:regumq; ducumq; & triſtia bella.
Quo ſcribi poſſent numero:monſtrauit Homerus.
Verſibus impariter iunctis:querimonia primum.
Poſt etiam incluſa eſt:uoti ſententia compos.
Quis tamen exiguos elegos emiſerit autor:
Grammatici certant:& adhuc ſub iudice lis eſt.
Archilocon proprio rabies armauit iambo.
Hunc ſocci fecere pedem:grandeſq; cothurni.
Alternis aptum ſermonibus:& populares.
Vincentem ſtrepitus:& natum rebus agendis.
Muſa:dedit fidibus diuos:puroſq; deorum.
Et pugilem uictorem:& libera uina referre.
Deſcriptas ſeruare uoces operumq; colores.
Interdum tamen & uocem comœdia tollit.
Iratuſq; Cremes timido delitigat ore:
Et tragicus plerumq; dolet.Sermone pedeſtri.

Quid ſit heroicum carmen:exemplo Homeri diſcimus:& apud noſtros Maronis.Illud notetur Eros dicitur ab Erotos.i.amore.i.ſemideus omnes utiq; heroes ex amore deorum in mulieres humanas uel amore uirorum erga deas ſunt geniti uel ab ἐριν dicere.Nam eo ꝙ ſapiẽtes fuerunt rhetores lingua priſca attica.inflexum eſt.Nam heroes rhetores quidam & diſputatores & amatorii eſſe uidẽtur.unde rhetorum ſophiſtarumq; genus heroica proles exiſtit. hæc Pla.in Cratylo.Elegia pentametrum:uerſum dicit Terentiãus. Quis primus finxerit autor:quidam non dubitant dicere Callinoum. παρατονελεγειν τουσ τεθνειωτασ ferte.n.laudes defunctorum comprehendebat.Siue απο τοι ελει .i.a miſeratione:ꝙ tyrrhenus græciq; elegias iſto metro ſcripſerunt paulatim deinde amores.& miſerias prolapſa eſt. unde Horatius neu miſerabiles decantes elegos.Ouidiana Sappho Flendus amor meus eſt. Elegeiia flabile carmen.apud Romãos Nenia. Quod cum lamentatione uſq; ad extremum merito accinitur atq; ultimum.dicitur Nenia quod in cordis extremus neruus.Nete dicitur. Quidam Elegia gr.breui ponunt.Quod Domitius & aliqui.Legant Statiũ in ſecũda ſylua. Quæ eſt Epithalamium ſtellæ & uiolatillæ.Quas inter uultu petulans Elegia propinquat. Et igitur per Synaliphen reſoluitur ut dicatur Elegeia.

Iambicum ab Archiloco:ut Horatius inuentum a παρα τὸ ἰαμβίζειν .i. maledicerẽ.Nam Archilocus ob ſpretam filiam:quæ:ut grammatici tradunt:dicebatur Neobole:a lycambe genero.in ipſum adeo acerbe inuentus eſt.ut laqueo uitam finierit.Hoc genere uſus quoq; Hipponax:apud græcos Sed & claudicante ſyllaba carmine.unde ſcazonta dixerunt ut ſcribit Terentianus.Apud Ro.Lucilius:Catullus:Horatius:Bibaculus:Martialis.

Tragœdia eſt heroicæ fortunæ in aduerſis comprehenſio.Proprium.n.tragœdiæ eſt triſtitia & mœror:unde Euripides petente Archelao rege ut de ſe tragœdiam ſcriberet:abnuit precatus ne archelao aliquid occideret.Tragœdiæ proprium oſtendens aliud nihil eſſe tragœdiã: ꝙ miſeriarum comprehenſionem:dicitur τραγοσ ο ᾄδει .Nam tragus.i. hircus erat ꝑmiũ tragicis poetis:in feſtis Liberi patris.Cui ſacratus eſt hircus:quia rodit uites:ut porcus Cereri:

quia frumenta uaſtat:Horatius non aliam obcauſam Baccho caper omnibus aris ceditur: & ueteres ineunt pſcœnia ludi.alii a Τρυγα .i.fece ungebar.n.ora fecibus ante uſum perſonæ. repet tæ ab Aeſchilo:& pallii. Vnde Horatius dicitur & plauſtris uexiſſe poemata tẽplis: quæ canerent agerentq; perũcti fecibus ora:poſt hunc perſonæ pallæq; repror honeſtæ Aeſchilus. modicis inſtrauit pulpita tignis.alii a trix.i.uino qđ dabatur præmio cantoribus:liberalibus. ut Lucilius dixit.xii.refert Diomedes.Partes trœgediæ inquit ariſtoteles in poetica prologus epiſodium exodus.Chorirum & eius pars una quidem acceſſus:altera uero ſtatius.Epiſodiũ pars totius tragœdiæ:poſtq̃ non eſt chori melos.Chorici acceſſus prima chori dictio. Stari ua autem melos chori:que ſine anapeſto & trochæo.

Comœdia:eſt priuatæ Ciuilisq; materiæ ſeu fortunæ:ſine periculo uitæ comprehenſio. di cta a ϖοτουκωμοιν. Sunt.n.comæ conuenticula ruſticorum:ita iuuentus ut ait Varro attica:Circum uicos ire ſolita eſt:& ſui quæſtus gratia hoc genus carminis pronuntiabat: aut certe a uicis.Nam poſtq̃ ex agris athenas comigratum eſt:fuit autem Theſeus q autore Vale rio Maximo athenienſes uicatim,& diſperſim habitantes more ruſtico: in formam ciuitatis redegit:& ii ludi tunc ſunt conſtituti.Sicut Romanis compitalitii: ad canendum prodibant & urbana a come & ωδη dicta comœdia:uel a ϖοτουκωμον .i.a cõmeſſatione.in qua huiuſmodi fabulæ iuuenum comæ canebantur.Solinus tamen uult in Sicilia primum inuẽ tam eſſe comœdiam:Ariſtot.in poetica inquit Epicharmus & Phorinus primum in Sicilia comœdias inuenerunt:Crates uero apud athenienſes inde primus incœpit omittens ſpeciei iambicæ numeros in totum confingere orationes aut fabulas autor Ariſt.Scripſiſſe uero pri mum comœdias Democritũ dicit Laertius:hoc differt peculariter a tragœdia quia in hac te ges:& heroes in illa priuatæ introducuntur perſonæ:primi comici fuerunt Suſarion.Nullus: & magnes.Hi ueteris diſciplinæ iaculatoria quædam minus ſcite & uenuſte pronuntiabant: in qbus ii uerſus fuerunt. σουσαριον καρταλογικα επιγεινε κεκαλιμοσο οδεμα ι τε.ουτεςι ευριτι ηιαηα .νευτετου. Quorum interpretamentum qui rettulit proferendũ in reliquo ſcriptori.Secunda ætate Ariſtophanes Eupolis:& Cratinus.qui & principum uitia inſectati ſunt acerbiſſimasq; comœdias dixerunt:Vt Ariſtophanes i Socratem:de qbus mox dicetur.Tertia ætas fuit Menandri:Philemonis:Apollodori.Qui acerbitatem comœdiæ miti garunt:atq; multiplicia argumenta græcis erroribus ſecuti ſunt.Ab iis romani Fabulas trãſtu lerunt.Conſtat primum latinos ſermone comœdiam Liuium Andronicum ſcripſiſſe. Sunt qui uelit Epicharmum inchoo inſula exultantem.Primum hoc carmen frequentaſſe: unde & comœdiam dici ante galeris non perſonis utebantur apud latinos: præcipuus hyſtrio uti pſonis primus docuit:& cœpit Roſcius Gallus:quoniã oculis erat obuerſus:nec ſatis decorus. Romanæ fabulæ dicebantur togatæ:a ritu & habitu hominum togatorum.i.romanorum: toga.n.Romana eſt ueſtis.Sicut græcæ fabulæ ab habitu palliatæ dicuntur.Varro autor.To gatæ cũ ſit generale nomen:Specialiter tamen pro tabernariis uſurpantur.Communi errore. Quia Fannius togatas appellat:Sed & poetæ ut Horatius uel qui ptextas uel qui docuere to gatas.Togatarum prima ſpecies: erant prætextatæ:a prætexta ueſte quibus imperatorum ne gocia agebantur.Inducuntur reges:& duces Romani:uel perſonæ:dignitate & perſonæ ſub limitate:tragœdiis ſimiles.Prætexta autem erat ueſtis regia & magiſtratuum.Altera ſpecies ta bernariæ dictæ:humilitate perſonarum:& argumentorum comœdiis pene pares. Introducũ tur.n.perſonæ priuatæ & humiles:q; olim tabulis integerentur tabernariæ dictæ. Tertia ſpe cies dicebantur attellanæ:ab attellæ oppido oſcorum.Similes ſatyricis fabulis.ut in ſatyris Sa tyri introducebantur.uel perſonae ridiculae ſimiles ſatyris graecis:ut Autolicus.Burrus.In at telana uero obſcœnae ut Macchus.Quarta ſpecies dicitur planipes:uel ad eius ſimilitudinem quae apud g.arimus.Ideo planipes:Quia actores planis i.nudis pedibus irent in proſcenium nõ ut tragici cothurnis.Comici ſoccis calciamẽtis:planipedis meminit Actius togatarum ſcri ptor.In comœdiis graeco ritu agebatur.In togatis uero pſonis romanis & ritu. Tabernarias pcipue Affranius & Ennius fecerunt.

Comœdiarum graecarum:Quaedam erant ſatyricae dictae:a ſatyris itroductis:in quibus nõ reges non heroes introducebantur.Sed ſatyri ludendi gratia & iocandi:Simul ut ſpectator in ter res tragicas feriaſq;:Satyrorum iocis delectaretur:unde Horatius carmie qui tragico uelim certauit ob hyrcum:Mox etiam ſatyros agreſtes nudauit: & aſper incolumi grauitate iocum tentauit eo q:Illecebris ſpectator erat:nouitate morandus.Hinc non nulli ſatyram latinam dici uoluerunt.Plura diximus in commentariis Perſii.

Satira dicitur ut ait Diomedes.q ſimiliter in hoc carmine ridiculae pudendaeq; res dicuntur quae uelut a Satyris proferuntur.Siue a ſatyra latina uanis referta multiſq; primitiis in ſacris

piſcordis inferebatur:& a copia & ſaturitate rei ſatira dicebať.Cuius ſatiræ meminit in geor.
Virgil.Lancibus & pandis fumantia reddimus exta Lanceſq; liba feremus. Siue a quodam
genere farciminis:quod multis rebus refertum:Satiram uocat Varro in ſecundo plautinarũ
queſtionum.Satira ubi eſt paſſa polenta & nuclei pinei ex mulſo cõſperſi.Ad hæc alia addũt
de malo punico grana:alii a lege ſatira.Quæ uno rogatu multa comprehẽdit cuius legis me
minit Lucilius in primo.Per ſatiram ædilem factum qui legibus ſoluit.Saluſtius in Iugurta
deinde quaſi per ſatiram ſententiis exquiſitis:in deditionem accipitur Eſt igitur duplex ſaty-
ra græca quæ.y.littera notatur.Latina.quæ i latina nota ſcribenda eſt eo maxime ꝙ latinam
originem poſſe habere uidetur.Qui enim græcis attribuunt omnia:& auferunt maieſtati la
tinæ.Inimici profecto romanæ linguæ putandi ſunt.Quod uero dicunt ſatyram quadratã
grammatici.Ea eſt græca a ſatyris introductis dicta eſt copioſe diximus in commentariis Per
ſii.Ea apud latinos dicta eſt quadrata cum uerſus quadratus in chori ambitione quater ferire
tur dictus quadraſus uerſus ex iambicorum genere cum quarta dipodeã trimetro acceſſerit
ita Diomedes ſignificat apud quem pro trimetro impreſſum eſt trinacrio. Erat autem dipo
dia regio pedis quæ in triſyllabis conſtabat differebatq; a Sizigia quod hæc ꝙ in Epitritis &
pæonibus contrariis furit.Dipodia in paribus.De quadrato quoq; ſic Terentianus in iambi
cis.Vnumq; carmen lege tali protulit.Sed hoc trimetrus quando duplicem pedem a capite
ſummet tunc quadratus dicitur.Iamq; dictus eſt octonarius. Ante ergo uerſum collocabus
iambicum.Hæc ille.Exemplum dat Terẽtianus ex Horatio in carminibus ubi uerſus eſt Ho
ratii Phaſellus ille quem uidens hoſpites. Quadratus iſte talis effici poteſt.Adeſt Celer Pha-
ſellus ille quem uidetis hoſpites.Satyram quadratam ſcriptam a Fãnio ſcribit Acron.eadẽq;
uſũ Petroniũ arbitrũ ex Allegatiõe Herodiani cognoſciť & Varronẽ Et apꝫ nos paucula extãt.
Bucolicum carmen.Satis ſcribente Seruio patet illud addito Daphnim inueniſſe bucolicũ eẽ
carmen ut teſtatur Diodorus.Qui quoniam Bucolos dicebatur.Bucolico carmini eſt indi-
tum nomen: hæc tamen ſententia legitur in ſeruianis codicibus addita. Sicut alia plurima.
Sylua.eſt genus carminis.In quo inſignem laudem apud noſtros Statius Parthenopenſis.
adeptus eſt.Eſt autem ſylua carmen effuſum repentino calore.idq; ſignificat Statius in epi-
ſtola primi libri ſyluarum.Sylua ſic Fabius diuerſum eſt huic eorum uitium. Qui primum
decurrere per materiã ſtilo q̃ uelociſſimo uolũt:& ſequẽtes calorẽ atq; impetũ ex tpe ſcribũt.
Qui ſyluam uocant.repetunt.deinde componunt:quæ effuderant.Sed uerba emendantur.
numeri manent:rebus temere congeſtis.υλη.græc.dicitur Materia unde res perducuntur in
ſylua carmen decurrens per materiam q̃ uelociſſimo ſtilo.

De Rythmo & Metro & Rhythzomeno. Caput. xlvi.

Rythmus.latine(ut Cicero in Bruto)numerus dicitur.Eſt pedum temporumq; iũ-
ctura cum leuitate.ſiue modo.Alii ſic rythmus eſt uerſus imago modulata ſeruans
numerum ſyllabarum:poſitionem ſublationẽ ue continens.Martianus uero Ca-
pella inquit Rythmus eſt compoſitio quædam ex ſenſibilibus collocata tempo-
ribus.ad aliquem habitum ordinemq; connexa:rurſum ſit definitur numerus diuerſorũ ẽ
modorum ordinata connexio:tempori pro ratione modulationis inſeruiens:per id quod ef-
ferẽda uox fuerit aut premẽda.Et q nos a licẽtia modulatiõis ad artẽ,diſciplinãq; cõſtringit.
Rhythxomenon uero eſt materia numerorum.Numerus eſt ut artifex.Metrum eſt compo-
ſitio pedum ordine technico decurrens:modos pōſitiones ſublationesq; continens:& conſer
uans.Clarius Metrum eſt quod certis pedum quantitatibus qualitatibus Rythmiſq; diſcri-
minatur.Diſtat autem Metrum a Rythmo Metrum.Certa quantitate ac numero ſyllabaꝝ
temporumq; finitur certiſq; pedibus aſſiſtit:ac clauditur Rhythmus autem temporum ſylla-
barum pedumq; congruentia in infinitum multiplicatur ac profluit. Intereſt tamen inter
Rhythmum & Rhythzomenon Quippe Rhythzomenõ eſt materia numerorum.Nume-
rus autem uelut quidam artifex ad ſpecies modulationis apponitur Autor Martianus.

De Modis Metrorum & inibi obſeruatum non uulgare. Caput. xlviii.

Metrum tripliciter auditur.Nam Bioticon Metrum eſt. aut Poeticon:commune.
Bioticon metrum eſt eſt quod in uſibus conuerſationis humanæ.Quale eſt car-
men ſæculare Horatii.Poeticon metrum eſt quod a poetis per uerba ac uerſus fi-
guratur.Quod & ipſum intelligitur.modis quatuor.Primo per temporis ſpatiũ:
ut in ſyllaba breui aut longa quoniam μετρον idem eſt quod menſura temporis:quæ cer-
ta corripitur aut producitur.Eſt autem tempus ut docet Martianus In muſica ratione quale
apud geometras punctum apud Arithmetricos unitaſtion Artigraphi meteortemate figura
poetica de qua libro nono tractauimus.Secundo per numerum ſyllabarum: poſitiõe quoq;

Metrum finitur. Q uo pes uel diſſyllabus uel triſyllabus uel duplex inittitur. Tertio per qua
litatem quia certis pedibus uerſibuſq; conficitur. Vnde Dactilica. Spondaica. Ionica metra di
cuntur. Quarto per numerum pedum: quia uerſus. pro menſura ſua quiſq; penthametri: uel
exametri: uel deinceps: intelliguntur. Commune quoq; metrum ueluti muſice rationis: ſiue
diſciplinæ: cuius ſpecies bipartita tñ ad menſuram ſupra memoratæ conuerſationis huma
næ: q̃ ad poeticam tendit. Ex quibus altera duplici collatione colligitur. Ex hac. n. tempora &
interualla trahit· His unq̃ in uſus humãos utimur. Altera ad officium memorati generis poe
matis refertur. Idemtidem & ex hoc ducit tenores numeros quos. g. Rhythmos. & phtõgos
uocant. Sicut in canticis demonſtratur hoc eſt melodiis: in quibus quædam doria que belli
coſa: ut ait Apuleius: non nulla phrygia: quæ religioſa alia lydia: quæ querunt. Eſt etiã ſi tu
Dorion ſimplex ſeu aſiũ uarium meminit Apuleius in floridis: & Capella in muſica & Pli.

De Hiſtoricis. uel ſcritoribus latinis. Quos cõperimus autores. Caput. xlyiiii.

LIuius. Saluſtius. Cæſar. Cato. C. Sempronius. Fabius pictor. Hirtius. Suetonius· Ta
citus· Curtius. Iuſtinius. Valerius Max. Probus Aemilius. Capitolinus. Eutropius.
Amianus. Marcellinus. Sex. Ruffus. L. Floruſ. Oroſius. Helius. Spartainus. Aelius.
Lampridius. Volcatius Gallicanus. Treuellius Pollio. Flauius Vopiſcus. Paulus
Diaconus. Circunfertur opuſculum quod Iulio Agricolæ aſcribunt alii Cornelio nepoti. Io
ſephus de bello iudaico. Itinerarium Antonini pii.

Græci qui habentur hiſtorici autores.

Herodotus. Thucydides. Strabo. Plutarchus. Beroſus. Ioſephus. Herodianus. Pauſanias. Dio
dorus. Siculus. Xenophon. Ephestius. Zoſimus. Dion. Appianus. Alexander. Dionyſius Hali
carnaſeus. Laertius. Helianus. Polybius. Zoſomenus. Heliodorus. Archilocus. Epithetus: Phy
lo. Myrſilus: qui latine ſcripſit licet Leſbius. Methaſtenes Manethon.

Iudicium in Latinis. Caput. .L.

SVnt qui primum in hiſtoria latinorum putent Saluſtium. Eo Martial. uerſu hic
erit ut perhibent doctorum corda uirorum. Primus Romana Chriſpus in hiſto
hiſtoria. Et Quintilianus cui nos accedimus. ii. ait. Velim ut Liuium pueris magis
q̃ Saluſtium legi & hic hiſtoriæ maior eſt autor. Opponit alio in loco Herodoto
Liuium: Thucydidi: Saluſtium. Cæſarem ego in commẽtariis rerum geſtarum primũ locũ
obtinere arbitror. de quo ſic. A. Hirtius. Conſtat. n. illud inter omnes nihil tã operoſæ ab aliis
eſſe perfectum: quod non horum elegantia commentariorum ſuperetur. Q ui ſunt editi ne
ſcientia tantarum rerum ſcriptoribus deſit. atq; ideo ꝓbantur omnium iudicio: ut præcepta
non prebita facultas uideatur ſcriptoribus odio concitatus Cice. Pompeianus. n. erat. Scribit
ad Atticum. xiiii. ut non nunq̃ Cæſar deſiderandus eſſe uideatur facile exiſtimas. Q uæ enim
Cæſar nunq̃ neq; fecit neq; feciſſet ea nunc ex falſis eius commentariis proferuntur. Et con
tra alibi & quod etiam refert Suetonius commentarios ſcripſit ualde quidem probandos
nudi ſunt: recti: & uenuſti omni ornatu orationis tanq̃ ueſte detracta: Sed dum uoluit alios
habere paratam unde ſummerent qui uellent ſcribere hiſtoriam. ineptis gratum fortaſſe fe
cit. qui illa uolunt calamiſtris inurere. ſanos quidem homines a ſcribendo deterruit. Hacte
nus ille ſed falſos ad Atticum dixiſſe credimus quo ad ueritatem hiſtoriæ: quia non erat ami
cus ut libatum eſt & patet ex hyſtoria ſcript. non ſtilo nec modo hiſtorico.

D uo fuerunt: qui Titi Liuii nomine celebrãtur. Alter tragœdiaꝝ ſcriptor olympiade cxlviii.
Qui ob ingenii meritum a Liuio Salinatore: cuius liberos erudiebat libertate Donatus. Alter
patauinus olympiade. clxxx. natus quo tempore Meſſalla quoq; Coruinus orator. Virgilius
ſtudebant tunc Cremonæ: & mortuus Catullus. xxx. ætatis ſuæ anno: qui patauinus floruit
Auguſto principe mortuus anno tiberii quarto. Laudatur in hiſtoria q̃ ſit in narrando miræ
iucunditatis: clariſſimiq; candoris. tum in concionibus ſupra ꝙ enarrari poteſt eloquens. ita
dicuntur omnia cum rebus tum perſonis accommodata. Sed affectus ꝑcipue eos qui ſunt
dulciores ne pciſſime dicam nemo hiſtoricorum commẽdauit magis. Liuii poetæ, meminit
T. Liuius. vii. de bel puni. Saluſtius laudatur. ꝙ imortalẽ illam uelocitatem: diuerſis eſt uirtu
tibus conſecutus: diem ſuum obiit olympiade. clxxxvi. quadriennio ante bellum actiacum
dicitur a Gellio uerborum nouator.

Plinius licet non appoſitus ſit: Et a ratione ꝙ eius hiſtoriæ non habeantur. Tamen non ꝑte
ribo: Q d' dicit Quint. l. x. ſupeſt adhuc & exornat ætatis noſtræ gloriã uir ſæculoꝝ memoria
dignus: q olim noĩabit' id de Pli. intellexerim. Quia de hiſtoria loquẽs. ſubide ait libertas q̃q̃
circũciſis q̃ dixiſſet ei nocuerit. Sed elatũ abũde ſpũ: & audaces ſnias dephẽdas ẽt in iis q̃ ma
ſ ẽt. Sũt q Suetoniũ arbitrẽt' uiderũt ipi alii Cor. tacitũ de quo ſic. Q. Sidonius Appollinaris

filius qua põpa. Tacitus nunq̃ ſine laude loquendus. Helius ſpartianus: Iulius Capitolinus: Aelius Lampridius: Volcatius: Galenus: Trebellius: Pollio: Flauius Vopiſcus: Eutropius: Paulus diacõus: Paulus oroſius: Autorꝫ nũero addũt͛ iudicio meo q͂a ſic romanæ hiſtoriæ ſcriptores ut latinitati q̃ barbariei dicã ꝑiores. Lãprid. amicus fuit Sid. Appollinariſ p quo diximus. Sunt & alii ſcriptores boni ſed nos genera & eos qui habẽtur æuo noſtro libamus bibliothecas tam græcam quam latinam excutimus apparentes.

Criſis de Græcis. Caput. .l i.

Erodotus dicitur a Gellio fabulator. Similiter Diodorus: a Plinio ſignificatur. Hellianicus: Herodotus: Thucidides Olori filius ut tradit Plutar. tribu. Alimuſius fuit in Scapta trhaciæ nico obiit: autor Plutar. In Cimone Hiſtoriæ ſcriptores iiſdem fere temporibus: laude ingenti floruere Hellanicus. Initio belli peloponeſiaci fuiſſe quinq; & ſexaginta natus annos uidetur. Herodotus tres & quinquaginta: Thucidides quadraginta recitat Gellius. De Herodoto & Thucidide. Sic Quintil. hiſtoriam multi ſcripſere ꝑclare. Sed nemo dubitat duos longe cæteris proferendos: Quorum diuerſa uirtus laudẽ pene parem conſecuta eſt. Denſus breuis & ſemper inſtans ſibi Thucidides. Dulcis & candidus & effuſus Herodotus: ille concitatis hic remiſſis affectibus melior: ille concionibus: hic ſermonibus. Ille ui hic uoluntate. Tertius eſt Theopompus. Non legi item Philiſtus Thucydidis imitator Ephorus quoq; & Clitarchus.

Ioſephus Iudæus fuit Macaciæ filius: tpe Veſpaſ. a quo captus eſt ĩ Iotapata ciuitate Galileæ dũ ibi eſſet dux exercitus a Nerone p Titũ uero in triumpho romã ductus patri filioq; obtulit iudaicæ captiuitatis latina lingua clariſſimum opus bibliothecæ Veſpaſiani Cæſaris commẽdatũ liberatus ut legimus & in flauiorꝫ familiã aſcitus ẽ cõpoſuitq; ãtiq̃ratis iudaicæ opuſ Sed græce & ꝯtra Appionem grãmaticũ & alios detrahentes hebræis libros duos. Proinde ſtatua erecta eſt ꝓ celebritate diuini ingenii ſempiterna. nec mireris latine: & græce ſcripſiſſe: ſcripſitq; hebraice: non ignoro Politianũ d͛ bel. Iudaico opus græcum Ruffino interꝓtatum dicere. Sed nolo eũ ut ipſe Dominum liberius nũc inſectari. laruæ. n. cum mortuis luctent͛. In hanc ſententiã adducit me ſtili diuerſitas: quæ in antiquitatibus ẽ: & in bello iudaico ẽ, & doctorum idẽ iudicium. & antiquorꝫ grãmaticorum q in rebus latinis ꝑcipuos inter autores habent quales Herodianus & Papyrianus.

Archilochus. & Epithetus hiſtoricus habet͛ & æquiuoca Xenophõtis & pedia cyri. Hic plures Homeros ſcripſit fuiſſe: ultimũ uero nobiliſſimũ poetarꝫ ille uero octo ſcripſit q fuerunt p ea tpa q̃ cõputant͛ a captiuitate troiæ uſq; ad. xxiii. olympiadẽ. Qui ſunt anni. ccccc. Primus in anãlibus Theuthei regis aſſyricorꝫ q̃ fuit. xxvii. a Nino hic Homerus Smynæus fuit ãno. xx. Demophontis regis atheniẽſiũ: qñ Pyrrhus fuit in tẽplo Appollinis ab Horeſte interꝑtus. Alter Thius medicus ãno. ix. Melãthis regis Atheniẽſiũ. Tertius Cumæus magicus ſub Codro rege Attico. Quartus Salaminius artis inſtitoriæ fuit: ſub Agaſtho rege Athenienſi. Quẽ poſt biẽnio. v. Homerus Colophonius: migratione Ionica pictor & ſculptor Sextus Athenienſis q reuocauit leges abolitas. floruit ſub Archyppo. Septimũ argiui hñt: q muſicus & geometra: ſub Diogeneto athenienſi. Vltimus a Troiæ excidio. ccccc. patria mæon. olympico certamine uictor poetarum princeps. additur Nonus grammaticus qui Selius dictus.

Plutarchus Traiani ꝓceptor: tõi ſcientia nõ incelebris: ꝑter hiſtorias utriq; linguæ utiliſſimas librũ q de philoſophorꝫ placitis inſcribit͛. ꝯpoſuit Quẽ Galenus addita tm̃ ꝑfatiõe ab ſe edi tum publicauit. is eſt liber: q nũc hiſtorice uel de placitis philoſophorꝫ circũfert͛. Q d͛ſane fuit tũ Plinio maiori nõ parꝫ fidei ꝑſtat defendendo. Dũ q̃dã balbutientes: autoritate Galeni tãto ſcriptori detrahũt. adde ꝙ multa ſunt. Quibus Dioſcoridi aduerſat͛ Galenus. Sed illud acrius ꝙ multa ſunt in Galeno medicis necipꝰ nõ mõ nõ approbata. Sed pene irriſa hæc ſatis.

Quid differat Hiſtoria ab Annalibus. Caput. .l ii.

Otum eſt doctis Gellii: & Macrobii uerbis. Super ea re diſcrimen. locus tñ poſcit repetitionem: qua ſit aliquid non uulgare. Gellius arguit illos: qui hiſtoriam & annales idẽ put it. Aliqui dixerunt hiſtoriã eſſe: tẽporũ q̃ uidimus uel uidere potuimus. At in rhetoricis: Cicero. ait eſſe memoriã noſtra remotam. Dicit Gellius annales id ſunt qd͛ hiſtoria: Hiſtoria nõ omnino qd͛ Annales. Eſt unũ itaq; genus alterꝫ ſpecies. Hiſtoria ut iã dictũ ẽ: dr͛ expoſitio. Videt͛ igitur hiſtoriã eſſe ãnaliũ cõpoſitionẽ: uel rerũ geſtarũ: nã deriuatur ab hiſtoreo enarro: qd͛ ex annalibus ſumatur hiſtoria: ꝓbat Liuius. Qui ſæpe ſe ab annalibus accipere: & in annalibus legiſſe dicit Ephemerides uero ſunt: q̃ diaria poſſunt latine dici: libri qui in ſingulos dies acta cõtinent. hiſtoria quo ꝯſilio: qua rõne: res geſtæ ſint: explicat hẽt affectus: auditorẽ ꝯmouet. Annales nudi nihil hñt incitamenti. Ci: de oratore ſecũdo.

Erat hiſtoria ãnalium cõfecti:res omnes ſingulorum annorum mãdabat litteris pone.max i
efferebatq; in album & proponebat tabulã domi:poteſtas ut eſſet populo cognoſcendi.hiq;
annales maximi uocabantur.Hiſtoria uero temporum eſt teſtis.lux ueritatis:iuris memoria:
magiſtra uitæ nuncia ueritatis.Hoc etiam ipſo exemplo patet Saluſtii:qui Catilinarium qđ
in laudem Ciceronis ſibi inimiciſſimi eſt edidit.Et Valerius Maximus qui Pompeianos ſe ıı
quutus Pompeii tamen exprobat ingratitudinem:in Carbonem.

De Hiſtoriæ generibus inuentione rationeq; eius. Caput. .l iii.

DVplex eſt genus hiſtoriæ:priuatum:publicum.publicum eſt qđ temporũ cõtinet
uarietatem:ut Liuius exẽplo eſt.Priuatum qđ nulla tpis uarietate: titulo gaudet.
ut Iugurta:& Catilina.Saluſtii.Priuati:Quidam etiam duplicem modum poſuere
Graphicum:& interſectitium:quale eſt illud Suetonii.Cõtinuum quale illud Plu
tarchi per ſingula uirorũ geſta.Item Appiani:Qui libicum:Qui parthicum: Qui Mithridati
ticũ compoſuit:Bellaq; Ciuilia.Cadmus Mileſius Primus ſcripſit ut refert Plinius hiſtoriam
Diogenes uero Laertius ſcibit Xenophontem Socratis diſcipulũ primum philoſophorum
ſcripſiſſe hiſtoriam.Quintil.inquit hiſtoria eſt ꝓxima poetis:& quodã moddo carmen ſolu
tum eſt.Scribuntur hiſtoriæ ut idem ait non ad probandum:totũ opusq; non ad intuitum
rei pugnamq; preſentem.Sed ad memoriam poſteritatis:& ingenii famam ꝯponitur.Scribit
Cic.in oratore.Quis neſcit primam eſſe hiſtoriæ legem ne quid falſi dicere audeat deinde ne
quid ueri tacere audeat:ne q̃ ſuſpitio gratiæ ſit in ſcribendo.&c.Cuius ueritatis ſignum eſt ut
Euſeb.lib.x.cum de iiſdem rebus eadem omnes conſcribant licet apud græcos ut etiam Io
ſephus illi ſe ueraces uiſum iri putarunt:ſi unus quiſq; aliter q̃ cæteri conſcripſiſſet.

De Oratoribus Rhetoribuſq; in latinis titulo autorum. Caput. liiii.

Cicero.Quintilianus.Seneca.Plinius.Latinus.Pacatus.Mamertinus.

Græci qui habentur.

Demoſthenes:Aſchines:Iſocrates:Rhetores:Ariſtides:Lucianus:Libanuius.Nicetes:Nicepho:
Aphtonius:Sineſius:Hermagoras.

Iudicium in Latinis. Caput. lv.

DE Cicerone uita eſt Plutarchi multa congeſta a Politiano. Nos ad rem ex Fabio
Sic.M.Tul.Cum ſe totum ad imitationem græcorum contuliſſet:effinxiſſe mihi
uidetur uim Demoſthenis.Copiam Platonis.Iucũditatẽ Iſocratis: nec uero qđ in
quoq; optimũ fuit.Studio cõſecutus ẽ tm̃.Sed pluribus potius omnes ex ſe ip̃o uirtutes extu
lit.Immortalii ingenii.beatiſſima ubertas:non.n.pluuias(ut ait Pindarus)aquas pluuias col
ligit.Sed uiuo gurgite exundat:dono quodam ꝓuidentiæ genitus: in quo tota uirtutes ſuas
experiret eloquẽtia.Sed ne oia recenſeamus:apud poſteros id eſt ꝯſecutus:ut Cic. iã nõ nois
nomen.Sed eloquẽtiæ hẽatur.Hũc igitur ſpectamus hoc ꝓpoſitũ nobis ſit exemplũ.Ille ſe ꝓ
feciſſe ſciat:cui Cic.ualde placebit.Compoſuit p̃ter uulgata opera librũ de cõſiliis ſuis ut reci
tat Seuerinus.Dicit Diomed.Cic.nulla re glorioſior ẽ.q̃ ad ſũmã iſtius artis laudẽ mira diſſi
mulatione peruenit poſt Cicerone Cæſarem dixerim qm̃ Cic.ad Brutũ oratores enumerans
negat ſe uidere cui Cæſar debeat cedere.atq; eum elegantem ſplendidam quoq; ac etiã ma
gnificam ac generoſam quodam modorõnem dicendi tenorem & ad Cor.nepotem de eo
dem ita ſcripſit.quid oratorum quem huic antepones eorum qui nihil aliud egerit. quis ſen
tentiis aut acutior,aut crebrior quis uerbis aut ornatior aut elegantior &cet.

Fabius Quintilianus ſic a Martiale Quintiliane uagæ moderator ſummæ iuuentæ : gloria
Romanæ Quitiliane togæ.Errare putatum eſt qđ finem oratoris uoluit eſſe benedicere: qa
rhetorice ſit benedicendi ſcientia non aduertẽs oratori benedicẽdum:ut perſuadeat: & ſi hoc
non ſemper nec medicus ſemper curat.eſt.n.finis in ſciẽtia ultimum ſeu extremũ ad qđ ten
dunt oia q̃ dicũtur:& tractantur in ea ſciẽtia.Põt Quintil.cõuenire Ariſt. & Cic.hoc modo.
Cũ ip̃e Fab.eſſet Rhetor.Rhetorice finis eſt:benedicere ut docet ẽt Fortunarianus.Orator ue
ro perſuadet ſi ergo ad artis p̃cepta quæ tractatur in ſcholis reſpicimus cum ea tractet Quiti.
recte uidetur dicere.p̃ceptorũ autem finis eſt perſuaſio:Hoc Ariſt.& re uera in ſcholis aiaduerti
tur ſi quis benedixerit ẽt ſi non perſuaſerit.Et cõtra in foro ſi quis perſuaſerit p̃ſtat ẽt ſe non
benedixerit.Et hac ratione patet Fabium.Melius inſtituiſſe oratorẽ q̃ ip̃e executus ut cũ Phi
ladpho ſentẽtiã declamationes eius quidem elegantes ſunt.Sed nihil aut parum mouent ani
mum quod oratoris eſt:ut Cicero ipſe affirmat & ipſe Fabius inſtituendo non agendo ſer
uauit.Fuit & alter Quintilianus græcus mathematicus.

Senecam:alii oratorẽ putãt fuiſſe.poetã aliq.Critici nõ oratorẽ.Sed rhetorẽ:atq; philoſophũ
malũt dicere.eam opinionẽ Franc.Petrarc.in quadã ſua epiſtola ꝯfirmat.Et qm̃ ait Quint.

Nam & orationes eius & poemata & epiſtolæ & dialogi efferuntur. Ideo quidā cōmentato
res errare eo duce uoluerunt. Quod ad Quintil. uerba attinet: Potes intelligere poemata qui
dem compoſita ab illo priore Seneca. Sed non extare. Argumento eſt qđ nec etiam extant
orationes eius: legimus ex tacito. Senecam feciſſe orationes recitatas a Nerone. Quod uero car
minibus operam dederit in naturalibus ſignificat queſtionibus ait. n. liberalibus me ſtudiis
tradidi q̄q̄ paupertas alias inuaderet & ingenium obduceret. ubi præſens ſtudii precium eſt.
Ad gratuita carmina deflexi: & ad ſalutare philoſophiæ ſtudium contuli uerſus adhuc legūť
ab eo paulo ante q̄ moreretur in balneo compoſiti. Qui pro epitaphio ſuit paſſim legunť.
Non fuiſſe amicum Quintiliano Senecam eo argumento reor. Quod Fabius de eo ait in
philoſophia parum diligens: id autem uidetur præ ſeferre: qđ de Polybio dictum legimus:
nam cum aliquando Polybius alios carpat: rōnem ſuæ reprehenſionis tacet. At dicet quiſpiā
non ne tibi ſatis Quintiliani autoritas? immo maxime. Quintiliani autoritas apud me: poſt
Ciceronem primum obtinet locum. Si de eloquentia diſputandus: Cū uero de philoſophia
locus cedit rōni: & ueritati autoritas. Si. n. in philoſophiæ ſtudiis rōnem ueritatemq; contem
plemur (ne omnia repetam) Platonem Ariſtot. taxare non erubuit. oēſq; philoſophos quos
erraſſe demonſtrat. Quid q́ Fabius ipſe rōne ſua in ipſa arte ab Ariſtot. & Cicerone diſſentit.
Quod uero dicit Fabius uelles eum ſuo ingenio dixiſſe: non alieno iudicio. nam ꝑdixit in elo
quendo pleraq; corrupta: atq; eo pernicioſiſſima. Quod abundaut dulcibus uitiis. Ad artificiū
eloquentiæ referendum. licet alibi a copia laudet Fabius Senecam. Nam eloqui ac dicere pro
prium oratoris: ut in ſuperioribus libatum. Non aūt de latinitate ſenſit. Vnde illos errare pu
to: qui a latinitate abhorrent tanti uiri: ſermone & uocabulis: nunq̄ pudeat grāmaticum uti
illius: nec me pœniteat erraſſe tanto duce. Quod uero Gellius effudit illis iudicandum relin
quo: qui legerint Columellam longe excellentiorem autorem Gellio. Ait. n. Columella. Se
neca uir excellentis ingenii atq; doctrinæ: ut aliquibus placet uixit ānis ſupra. cxiiii. addūť iis.
Pacatus & Mamertinus: Elegantes Iuniores dixerim: quoꝝ facundia cū ꝑpior ſit antiq̄ nō ē
ſeducenda e numero antiquoꝝ.

Criſis de Græcis. Caput. lvi.

DEmoſthenem priuſq̄ Cic. diſcendum putat Fabius. Cic. in inuentione denſior. De
moſthenes copioſior. Ille concludit aſtrictius. Demoſthenes latius. pugnat. Ille Acu
mine ſemper. Hic frequentior & pondere. Illi nihil detrahi poteſt. Huic nihil adiici.
Curæ plus in illo. in hoc naturæ. Salibus certe & cōmiſeratiōe. Tres. Lucianos præ
cipuos. Primum legimus inimiciſſimum chriſtianæ ueritati cuius opera plurima leguntur
inter quæ illud de aſino quod æmulatus eſt apud noſtros Apuleius a quo multa accipiēs opi
ficio uerborum gloriam meritus eſt illumq; ita ſuperaſſe creditur: ut Heſiodum Maro. Alter
ſanctiſſimus fuit qui reuelauit temporibus Honorii & Theodoſii Auguſti locum ſepulchri &
reliquiarum. S. Stephani: quam reuelationem. g. ſcripſit. Tertius Antiochenus præſbyter eccle
ſiæ tantum in ſtudio ſcripturarum laborauit ut uſq; nunc exemplaria ſcripturarum luciana
nuncupentur feruntur eius de fide libelli & breues nonnullæ eius epiſtolæ paſſus eſt marty
rium (ut more loquar Hieronymi) Nycomediæ.

De Oratore & Rhetorice & Inuētoribus in ea reꝝ. & inibi notatu digna. Cap. lvii.

ELeganter & uere Cic. iii. de oratore dixit omnis loquendi elegantia q̄q̄ expollitur
ſcientia litterarum tamen augetur legendis oratoribus & poetis. Orator is eſt: ut
ſcribit Tacitus: qui de omni queſtione & ornate & ad perſuadendum apte dicit: ꝑ
dignitate rerum ad utilitatem temporum. Cum uoluptate audiētium poſſit. Elo
quens. g. dicitur Rhetor: ut. Cic. is autem eſt eloquens: qui humilia ſummiſſe & magna gra
uiter & mediocria temperate poteſt dicere. M. Antonius: Cui primas in eloquentia partes
Patrum noſtrorum tribuebat ætas. uir natura peracutus. Et prudens in eo libro quem unū
reliquit: diſertos ait ſe uidiſſe multos. Eloquentem uero neminem. meminit Cice. Extremis
L. Craſſi tēmporibus: ut īdem refert quoq; Quintilianus: meminit Suetonius: L. Plotius
Gallus puero Cicerone: & refert Euſebius Olympiade. clxxiii. primus latine docere cœpit.
Doctores artis: ait Quintilianus. Sero iam & circa Thiſiam: & coraca primum repertos. Ora
tionemq; ante artem fuiſſe eoq; artem nō eſſe hæc ille: Dixerat ante Cic. i primo de oratore.
Fuerunt autem corax & thiſias ſiculi. Corax omnium primus. compendioſam artem de ꝓhe
miis. Contentione narratione: ac concluſione compoſuit. eamq; mille dragmis dare cœpit. ad
eam igitur diſcendam thiſias ſe contulit. hoc pacto poſtq̄ in foro cauſam uiciſſet mercedem
ſolueret. Cum uero artem perdidiciſſet. atq; in doctorē. eſſet ingratus in ius uocatus eſt apud
iudices corax hoc dilēmate uſus eſt: ſi uinces bone o Thiſia. Omnino mihi ex conuentione
debebis. Si ſuperatus ex condemnatione debebis. Thiſias uero ſic reflexit immouero ſi uicero:

bonus magiſter nihil tibi ex abſolutione debebo. Si uictus fuero omnino ex conuentiõe me
nihil tibi ſoluere oportebit (hoc genus queſtionis & argumentationis diximus ſupra ex Gel
lio. Antiſtrophonta uocari) tunc iudices exclamarunt κακου κορακοσ κακου ωον hoc ẽ
mali corui malum ouum. Eſt enim corax apud. g. coruus. Ac ſi dixiſſent acuti doctoris acutuſ
diſcipulus. Ariſtoteles in ſophiſta primum empodoclem oratoriæ inuentorem ait Zenonẽq;
dialecticæ. Numeros in proſa ponendi princeps inuentorq; fuit thraſimacus. ut Cicero ait. Pri
mus autem poſt eos quos poetæ tradiderunt mouiſſe aliqua circa rhetoricen: Emphedocles
dicitur. Huius diſcipulus fuit Gorgias leontinus: qui fuit æmulus Coraci & Thiſiæ: quos iam
dixiſſe patet: id autem fuit longiſſimæ ætatis beneficio. Nam centum & nouem uixit annis
& ultra Socratem uſq; durauit Antiphon primus omnium orationem ſcripſit. & nihilomi-
nus artem & ipſe compoſuit. Cicero in Bruto negat ante Periclem ſcriptum quicquam: qđ
ornatum oratorium habeat. Gorgiam Leontinum audiuit: Iſocrates: qui & ipſe nonageſimũ
compleuit ãnum Pomeridianis ſcholis Ariſtoteles præcipere artem cœpit. Cuius Theophra
ſtus diſcipulus fuit: poſtea Hermagoras ueluti propriam artem cœpit: quã plurimi ſecuti ſũt:
cui æmulus parq; Atheneus fuiſſe uidetur. Tres ponit Fabius latinorum. M. Catonem. M. An
tonium cenſorium. M. q; Ciceronem. poſt quem dicit nihil ſcribendum fuiſſe niſi & rhetori
cõs ſuos ipſe adoleſcenti ſibi elapſos Cicer. diceret: & hæc in oratoriis minora quæ plerịq; de
ſiderant ſciens omiſiſſet.

Ambiguo titulo autores latini. Caput. lviii.

Plinius: Columella: Varro: Vetruuius: Cato: Higinius: Petronius Fauſtus. Frontinus: Solinus
Gellius: Macrobius: Palladius: Vegetius: Martianus: Apuleiius. Si aliquos Petrarcha. Bocca-
tius: Fulgentius.

Græci eodem genere.

Arthemidorus. Iuſtinianus Diogenianus Caliſtratus Aphricanus Apoſtolus Dion.

Iudicium in Latinis. Caput. lviiii.

VArro Lælii diſcipulus ut docet Gellius. Quintiliani iudicio romanorum eruditiſſi-
mus fuit: Auguſtinus quoq; ait Varro in omni genere diſciplinaꝶ par græcis & la
tinis: plus tamen quam eloquẽtiæ præſtat doctrinæ. Fuit & Varro rubrius orator
qui ut ait Cicero a ſenatu hoſtis cum: C. Mario iudicatus eſt fuit & Varro attaci-
nus ab attace uico dictus ſatyrographus meminit Horatius. Fuitq; & Varro tratonus ut com
mentaria ſignant Seruii ſed uereor ne pro Attacinus tratonus lege libro decimo æneidorũ.
Vetruuius architecturam ſcripſit egregie clarus autor imitatione pliniana: carpitur haud recte
cũ in aliquibus tum ꝙ exiſtimat rationem ex hiſtoriis non inueniri quid aut quare Telamo
nes ſtatuæ dicũt Atlantes quod grammatici uidentur ſciuiſſe: Sed uere dixit Vetruuius. Si ac
cipiatur inquit Seruius. iiii. æneі. iis uerbis atlas. i. Telamon dicitur ſicut nilus melon. Sed Ve
truuius ait. vi. lib. cap. ix. Item ſi qua uirili figura mutulos aut coronas ſubſtinent noſtri Tela
mones appellarunt cuius rationes quid ita aut quare dicantur ex hiſtoriis non inueniũtur. g.
uero eos atlantes uocitant. Atlas enim hiſtoria formatur ſuſtinens mundum ideo quod is
primum curſum ſolis & lunæ ſyderumq; omnium uerſationum rationes: uigore animi atq;
ſolertia curauit hominibus tradendas eaq; res a pictoribus & ſtatuariis deformatur pro eo be
neficio ſubſtinens mundum: hæc ille. Quid eſt hic quod ignoret a Vetruuio? & ſciatur a grã
maticis. Nam ꝙ forma ſit ſubſtinentis a forma atlantis ſubſtinentis cœlum fabuloſum eſt
& non hiſtoria ꝙ uero inuenerit aſtrologiam ut Plinius quoq; & Augu. & Diod. qui ſcribit
eũ primũ đ ſphæra diſputaſſe hiſtoriæ ẽ ex qua allegoria ex allegoria uero forma. Ergo recte
a fabula forma atlãtis deducit ab hiſtoria uero oblique & affectata mimiſi & ſic Vetruuius.
non allucinat dixiſſe debuerãt quo iure telamon a latinis cum ſit græca uox ſicut melon. diſ
putatio igitur apud Vetruuium eſt quo iure telamones dicantur a noſtris: aut qua hiſtoria
dixit quiſpiam atlas. g. dicitur ab atlas informatum littertarum inuerſione eſt telamon. Ego
niſi adducas maiorem autorem non habeo fidem. Nã & atlantis rationem habet quoq; Ve
tru. quod fabula eſt non hiſtoria. Certe telamon græca uox eſt ut pluribus locis oſtendit Ho
merus pro uiri nomine dixerim ego. multa quidem eſſe latina quæ græca origine ſũt ut ago
ego. ita talemones a. g. licet uoce: ſed non a proprio uiri. Sed ab eo quod E telamon dicũr (ut
docet Plato i Cratylo) promptum & expoſitum & libens ad quod petit quiſq; exhibendum
ita ſtatuas & mutulos dici non prohibet ratio qui prompti uidentur & expoſiti ad onus im
poſitum ferendum. Inde etiam antiqui uoluerunt Latonam appellatam. Et ſic uere ex hiſto
ria non concipitur telamones. Sic etiam Mars dicitur nam ares. Maſculus dicitur unde lati-
nis mars docet Plato in Cratylo.

Plinii duo fuerunt: alter orator: qui poſterius uixit nepos ex matre: alterius Plinii: quem alii
falſo Nouocomenſem: doctiores Veronenſem iactant nepotem uero Nouocomenſem: qui

reliquit epiſtolas de uiris illu.q̄q̄ alii Tranquillo id tribuunt:& Panagiricon ad Traianum: quæ nunc omnia habent̃.Alter cuius extat naturalis hiſtoria.nonnulla grāmaticæ fragmēta quod opus ipſe de dubii ſermonis libris.viii.diuiſos quatuor dimidiati reperiuntur:Cum pauculis quinti.Vir ſæculorum memoria dignus laceratus ab hoie alioquin nō indiſerto noſtri temporis.ſiue is fuerit ſolus:an plutes autores eius libri:iā editi:dicamus mutē obſtrigilare elephanto:refelluntur illius dicta ab alio non indiſerto.Naturalem hiſtoriam Tito Veſpaſiano dicauit.Quod probauimus certis rationibus in eo libro qui dictus eſt noctium romanorum.&In ꝯmēto nr̄o i e.i epiſt.nat.hiſt.alii Traiano:alii Domitiano dicatum uolunt falſo.
Gellius.ſub Adriano noctibus atticis elegātiſſime ſcriptis floruit.in iis grāmaticæ oratoriæq; artis & pædiæ monumenta plurima complexus eſt.Macrobio æmulatione fuit poſteriori.
Gellius eloquentia illuſtrior.Macrobius omnium ſcientiarum perſpicuitate clarior:& maxime platonico dogmate exſurgit excellentior.ſenſiſq; uirgilianis omnibus non modo Gellio Sed omnibus exigiticis certe enarrandis acutior atq; inueſtigandis arte laborioſior.
Franciſcum Petrar.inter autores pleriq; nominant:& cum ueneratione adducunt:deinde ēt Boccatiū:Danthēq; quos ego inter(Si latina euoluimus ſcribentium ingenia)nō autores ab humanitatis & litteraturæ profeſſoribus uideo numerari.Sed inter Eruditos.Ludouicus catbo ꝑceptor noſter aiebat Danthē ueneraculum Scottū.i.obſcuꝝ:iter deſertores latinitatis numerandū.Non ignoro tamen ſcripſiſſe Monarchiæ libellum in quo multa de potentia papæ.ſcripſit & qūo donatio a Cōſtātino eccleſiæ non ualeat taxatus mirifice a Guido Vern.ariminēſi.ord.ꝑdicat.At ꝯtra ꝓbatus ab Alberico de roſato Iuriſperitiſſimo.ff.de of.præ.urbis.
Fulgentium uero pluris multo faciendum:qui uti ætate ita doctrina antecellit utriq;.
Boccatius uel exigiticis plus profuiſſe creditur:q̄ methodice.paucis ſi erroribus quoq; pōdere abeſt autoritatis titulo.Sūma tn̄ ingenii laude inter eruditos numerādus.autoritati tn̄ ꝓpior.uernaculis & ipe miris inuētiōib9 delectabilis uernaculiſq; iocis primarius autor orōe ſoluta.

Autores Sacri. Caput. lx.

Lactantius Firm.Cyprianus.Tertulianus.Hieronymus.Auguſtinus.Hylarius.Ambroſius.
Gaudentius:Ruffinus:Sidonius:Paulus:Gregor.Seuerinus.Claud. Græci.
Paulus.Euſebius.Seuerinus.Baſilius.Cognomēto Magnus.Theodoritius.Origenes.Celſus.
Chriſoſtomus.

Iudicium Caput. lxi

NOn ſine pudore Triuialis pædagogi conuiciis diſtraxi huc Higinium.uolebat.n.ille fuiſſe chriſtianum.licet non ignorem etiam aliquos chriſtianos:hoc noie fuiſſe C.Iulius Higinius:aliqui legunt Higinus cognomento Polihyſtor.Grammaticus habitus illuſtris ut ſcribit Euſebius.olymp.cxcii.Hic poſtea ſcripſit plura opera:ut Columella Plinio Seruioq; accipimus.Sed deſiderant̃.ꝑter aſtronomicon qđ ē in manib9.
Lactantius.dicit̃ a Hieronymo fluuius ciceronianæ eloquentiæ diſcipulus Arnobii temere meo iudicio atq; doctorum.Carpitur a Laurentio & ſequacibus.Fuit extrema ſenectute magiſter Cæſaris Criſpii filij Conſtantini in Gallia.
Cyprianum.ita eloquentiæ ſtudioſum Lactantius ſignificat.ut preter id placere non queat.
Auguſtini ingenio nullos in relligione noſtra comparari poſſe uideo.Si plus doctrinæ querimus q̄ eloquentiæ:omnes ſe didiciſſe ait per ſe ſcientias excepta dialetica.
Hieronymus chriſtianoꝝ eloquentiſſimus:Gregorii Nazanzenii ut ipſemet ait diſcipulus.dicitur Ceſus in ſomnis ꝙ Ciceronianis foret.Valla id ueriſſime negat.Contra eos q dānant eloquentiam:Eſto uerberatus ſit non eloquentia.ſed philoſophia Ciceroniana id actū ē.Nā Ruffino obiiciēte hoc ſomnium deridet Hierony.hominem planeq; fatet̃ ſe lectitare opera gentilium:& lectitare debere:maxime in ea epiſtola:quam ad magnum oratorem ſcribit:& in multis aliis locis.quorum lectione patet refelli eos:qui eloquentiam damnant chriſtianā.
Paulus quoq; a Laurentio ſcribentium Critico.ita laudatur ut nulla alia re eminere uideat̃ q̄ eloquentia in qua re laudandus eſt uir:dum recte ſentit:irridendus:dū alio in loco ait:nulla.n.littera eſt noui teſtamenti latina.Cum ipſemet alibi in.iii.elegātiarum.ubi recenſet illud ſermonem quem audiſtis non eſt meus:ait ipſe Laurentius interpres noſter transferens maluit latine.q̄ grammatice loqui.Sidonius Apollinaris Gelliani ut reor filius.Sub Zenone imperatore floruit uir ſane eloquentium titulo aſcribendus:ſed in ipſo deprehenditur quædam (ſic dixerim)fratritas.qualia ſunt cū abtahæ dixit Grammaticalis & plura quib9 philoſophaſtri hodie utūtur ut illud dn̄e papa.Sed hæc fex ſi eximatur:oleum ꝑſtat nitidiſſimum.uerſibus tamen poetam non indecorum habeo.carpitur quod ſyſtema altera breui dixerit.cum u ſcribantur græce.id potuiſſe facere:cum tempus erit oſtendemus.

De Theologia. Caput. lxii.

Doctrinarum tria genera ſunt infuſum:uel inſpiratum:inuentum.uel excogitatum:& tertio mixtum.In primo genere theologia.In ſecundo mater artiū philoſophia.In tertio diuinatio theologia deum ſpeculatur. Eloquentiæ pene ſcedas excutimus.per genera decurrentis: ſciẽtiarum modos omittimus.in quibus uiri q̄ plurimi diuino ingenio extiterunt.(ne omnes recenſeam)Thomas Aquinas.Albertus ille Magnus.Hi enim in dicẽdi genere ab omni eloquẽtia remoti philoſophiam atq; ueritatem.nudam ſecuti ſunt:quorum ſimiles.dicas Bartolum & leguleos.Sūt & plurimi ī ſuo genere aſymboli.q nec græci.Sec Chaldei Hebræi & Arabes.

Philoſophi Autores Latini. Caput. lxiii.

Lucretius:Seneca:Cenſorinus:Apuleius:Boetius:Capella.

Græci Philoſophi Autores.

Ariſtoteles:Plato:Xenophon:Theophraſtus:Themiſtius:Simplicius.Abamnon:Heraclitus:Porphirius:Proclus:Iamblicus:Atticus:Doxippus:Philippo:Maximus:Tyrius:Alexander:Sextus:Philoponus:Antanus:Nicephorus:Thimeus:Samius.

Mathematici.

Latini per genera antedicta diſperſi.Græci Ptholomæus:Theon:Nicephorus:Euclides:Hypſicles:Gregoras:Ariſtarchus:Samius:Achilles:Heron:Cleomides:Quintilianus:Ariſtides: adde Latinis Iulium Firmicum.Germanicum:Manilium:Higinium.

Iudicium. Caput. lxiiii.

LVcretius olympiade.clxxi.Sic ait Euſeb.naſcitur:qui poſtea amatorio;poculo in furorem uerſus tamen aliquos libros cum per interualla inſaniæ ſcripſiſſet:quos poſtea emendauit Ci.ppria ſe manu interfecit.āno ætati.xliii.Iulius uero Firmicus dixit de Sylla.Lucretius iā priuatus occidit Donatus ait Virgilius.xvii.agens annum uirilẽ togam ſumpſit:quo die Lucret.deceſſit Cn.Pōpeio mag.Craſſo:Licinio Coſſ. Quint. ait Macer & Lucre.legendi.ſed non ut phraſim.i.corpus eloquẽtiæ faciāt.elegās in ſua utraq; materia.Sed alter humilis.alter difficilis.Papinius quoq; ait Et docti furor arduus Lucreti. Ouid.carmina diuini.tunc ſunt peritura Lucreti.exitio terras cum dabit una dies.

Apuleius platonicus.patriam habuit Madauram : de quo ſic Auguſtinus. Apuleius aph et honeſto patriæ ſuæ loco natus:& liberaliter educatus:magna præditus eloquentia.Sidonius Appollinaris.Eloquentia Apuleii uelunt fulminantem præconio uirtutis extollit. meminit Lactantius.De huius eloquentia:& magia quod ſentio dicam:niſi opifex uerborum ſuorum fuiſſet:locuturas fuiſſẽ muſas ore Apuleiano.

De Philoſophia. Caput. lxv.

PHiloſophia ut Cicero.i.Tuſcula. omnium mater artium. Quid eſt aliud niſi ut Plato ait donum ut ego.inuentum deorum.Hæc nos primum ad illorum cultū: deinde ad ius hominum quod ſuum eſt in generis humani:ſocietate tum ad modeſtiam magnitudinemq; animi erudiuit.Eodemq; ab animo tanq̄ ab oculis calliginem diſpulit ut omnia.Supera infera prima ultima uideremus. Pythagoras ſic definiuit φιλοσοφια εστι γνωσισ τον ὀντων ηοντα εστι .i.philoſophia ē cognitio exiſtẽtiū quatenus exiſtẽtia ſunt Plato diuerſimode uel circūſcripſit uel definiuit alibi dixit philoſophia ē cognitio diuinaꝶ & hūanaꝶ reꝶ: alibi & hoc ē in phedone pheniū dicit eē ſimilitudinẽ deo ſcdm q̄ feri pr̄ hoi alibi idẽ autor inqt philoſophia ē meditatio mortis qđ ſectatus Perſius iqt uiue memor leti Ariſt.uero dixit philoſophia ars artiū & ſciaꝶ:aliam defiuitionẽ Pytha. quoq; fecit cū dixit philoſophiā ſtudiū ſapiẽ:Plato ēt dixit pħiā maximā eē muſicā ut ī muſicis ꝯcordes nerui reddūt ueꝶ & ſuanẽ tenorẽ auribus in uirtutes aīæ coaptatas ueꝶ pħum faciūt hic pone qđ ē in lectiōibꝫ epiſtolæ Plinianæ ni is iā impſſis de pħiæ generibꝫ.Philoſophiæ inuẽtio ab aliqbus tribuit̃ pſis in qbus erāt magi ſic lingua coꝶ dicti ſapientes: alii indis:apud quos gymnoſophiſtæ.alii Celtis ſeu gallis.Apud quos druidæ:& qui ſemnothei appellati ſunt:alii ægyptiis.nam Plato & alii multi in ægyptū nauigarunt.ut Thales Mileſius Lucretius deo philoſophiæ tribuit inuentionem:Plato philoſophiā in tres diuiſit partes qđ Cic.ſecutus.Ethicam:Phiſicam:Logicam:qđ ēt tectat Euſeb.dixitq; primum eſſe de natura uniuerſi negociū.Alterum de hominibus.Tertiū de ratione.putauitq; nos res humanas non poſſe perſpicere:niſi prius diuinas intellexerimus philoſophiæ nomen:& philoſophum dictum ſupra ab ipſo Pythagora emanaſſe.Cum antea ſophi dicerentur ideſt ſapientes quoꝶ Thales mileſius.Apud græcos primus:utq; ait Apuleius geometriæ primus repertor.Et naturæ rerum certiſſimus explorator.Maximas res paruis lineis repperit.Temporum ambitus Ventorum flatus:ſtellarum meatus:tonitruum ſonora miracula:ſiderum obliqua curricula: ſolis annua reuerticula.Idẽ lunæ naſcentis incremẽta:uel ſeneſcentis diſpendia: uel delinquẽtis

obſtacula.primus appellatus eſt Phiſicus:quē audiuit Anaximander.(Seriē omnem pulchrū eſt ſcire) Anaximandrum Anaximenes.Hunc Anaxagoras Clazomenius.Quē audiuerūt Pericles:Archelaus:& Euripides.Archelaus Anaxagoræ ſcholam ſuſcepit:apud Lampſacum deinde Athenas profectus.Socratem & multos alios auditores habuit.Anaxagoræ uero temporibus:Xenophanes & Pythagoras fuerunt.Pythagoræ ſucceſſit Theano uxor:Theanges:& Menexarchas filii.Theangē Empedocles audiuit.Quando Heraclitus tenebroſus florebat.Xenophani Parmenides ſucceſſit.Parmenidi Meliſſus.Meliſſo Zenon Eleates:q expuit linguā in faciem tyranni:hunc audiuit Leucippus.Leucippum Democritus.Democritum Pythagoras.temporibus Socratis Plato:Socratem audiuit.Floruit autem Plato circa finem regni Perſarum.Pauloante Alexandrum Macedonem.cccc.annis ante Auguſtum Cæſarem . Platonem Ariſtoteles audiuit:quem poſt ſe reliquit illum ut docti uolunt longo ſpatio adeoq; omnes ante philoſophos ſuperauit ut monſtrum uideatur iudicio Neotericorū i natura. unde ſic ait Cicero in Bruto.Sed quis omnium doctior:quis acutior:quis in rebus uel inueniēdis uel iudicandis acrior Ariſtotele fuit? Vnde nec in hoc aſſentior Philelpho : Qui Platonē principem dixit.In qua opinione iā fuerat poſtea mutatus Theodorus Gaza : De operibus Ariſtotelis illud dignum memoria uidetur.Neleus ſcepſius a Scepſi loco oriundus bibliothecæ Ariſto.& Theoph.ſucceſſor in patriam utriuſq; libros deportauit.ubi metu hoſtium libri infoſſi terræ diu latuerunt.poſt ab Apellicone Teio.Magna empti mercede dicuntur: ſed carie ſeraq; teredine pene corroſi multis exeſi locis. Ille uero emendare addereq; multa ne libri dimidiati uiderentur:Studuit idq; pro libito fecit unde nonnullos putant errores apparuiſſe Hi tamen peruenere ad Syllæ tempora ut narrat Plutarch.in Sylla.Deliteſcebant athenis in bibliotheca Aeppellicōis.quam.L:Sylla poſtea repertam curauit Romam transferre.Andronicus Rhodius negat perihermenias eſſe Ariſtotel.libros quod uero Seneca epiſtola.xcv. deprēhendiſſe errorem & mendacium eius qui ſcribit fœminas non calueſcere cū id cradat Ariſto . ſectione.viii.problematum.Arguti quidam tradunt eſſe Appelliconis adiectiuum:aut Tyrannionis grammatici aſſeuerant:Alii ſoluunt:quia inquit Seneca uictam eſſe naturam . Illum uero locum in ordinaria naturæ potentia.Tertio alii ſiderum reuolutioni quorum uis morbos complexioneſq; uitiat:attribuunt.unde fit aute q̄ naſcerentur Androgyni uere diceretur non naſci Androgyuos.Et ante quam mulier uitulum pareret uerum erat dicere mulier non peperit uitulum.Hoc Ioſephus narrat hieroſolymis eueniſſe.Sic id erat uerum Hyppocratis & Ariſtotelis æuo dici fœminas non calueſcere non eſt igitur error:Quid q; Semen cœti ſeu balenæ cum cognitum non eſſet non ne erat uerum dicere?ſperma non eſt odoriferum. Itē de eo qđ pharmacopolæ dicunt muſcum:nullum ulcus ferre carnem odoriferam.aut animal fecem odoriferam.Ratio igitur manifeſta utrumq; ſaluat in ſua maieſtate.

Plato Ariſtone patre & matre perictione ſcientia eloquentiaq; diuinus dictus Ariſcodes prius ex aui nomine dictus ut tradit in ſucceſſionibus Alexāder Plato inde ab egregio corporis habitu.uel ut Neāches ſcribit ob orationis ubertatem & miram latitudinem:ſiue q; ampla fuerit fronte.Aliqui Ariſtochum in infantia dictum putaru t.Quidam ut alias dictum Ariſtodem.alii Ariſtoclem dixere.Iuit in ægyptum ut Euſebius ſcribit:cum euripide ut Laertius ad prophetas & ſacerdotes:plurima eius opera interpretatus Marſilius Ficinus Florentinus .

De Socrate dicitur a Ci.philoſophiā.primū in terras deuocaſſe.Intellige moralē.Oeconomica.i.diſpēſatiua.Cuius pars ē Iuriſciuilis ſciētia.Rōalis aut narrat:aut iudicat. aut demōſtrat: aut ſuadet:aut oblectat.unde grāmatica hiſtorice:dialetice:poetice:rhetorice.Emerſerūt. phiſica dicitur ab aliqbus ſpeculatiua uel naturalis.Conſiderat res materiæ prorſus implicitas: uel ut ait Thomas.Ens mobile unde. Vnde errant qui methaphiſicā uolūt eſſe partē phiſicæ.Cū ſit ipſa principium uel ut ita loquar)mater philoſophiæ:huius altiorq; ſcientia.quæ deū mēteſq; corpore ſeiunctas:ac multiplicia doctrinarum omnium principia:uel proloquia . quæ uocamus docente Gellio.axiomata ſed naturæ ueſtigiis indagat .

Mathematicæ.quoq; ſeu doctriales q̄ttuor.Arithmetica:Muſica:Geometria:Sphærica:cū ſuis (ut ita loqr)pediſeqs:Calculatoriā:Geodeſia:Canonica:Aſtrologia duplex:Optica:& Mœcanica.Ex iis natæ ſūt ſubphiſticæ.Aſtrologiā:ſi Pli.credimus atlas inuenit Anaximāder Mileſius obliqtatē ſigniferi prius apuit.Signa deīn in eo Cleoſtratus.Martianus ſiderale diſciplinā a Ioue Belo iuēta ſcribit Diodo.vi.Hypionē unū ex & Titanibus:unde titania aſtra dicta q; tāq; pr̄ ſydera ſis creditus iuētiōe ſuæ obſeruatiōis:aliq Moſen q Mercurius quoq; fuiſſe dr aſtrologiā ciuſq; rōes cōpiſſe uel excogitaſſe opinati ſūt.Archimedes i geometrice clariſſimus:ac machinali ſcia omnium pſtāriſſimus artifex.teſtes Liui.Pli.Plutar.Sylius Ital.Marcellus Archimedem geometram briareum appellare ſolebat.tanquam centimanos gigantes ſuperaret.

Bellicorũ tormentoꝝ multitudine:quorũ fuit eximius machinator.Hic tanto cacumie ingenii ꝓditus fuit:Hieroni gloriabundus iactaret.Se hanc terram tranſlaturũ:ad alterũ terræ globũ.Si quẽ nactus foret.Hic uelun deus terrenus.Mechanico artificio ſpheram uitream fecit in qua mira conuerſione diſſimillimi motus.Circulorum uiſebantur de qua ſic Claudianus.

Iura poli:rerumq; fidem:legemq; deorum.
Ecce ſyracuſis tranſtulit arte ſenex.
Percurrit proprium meatus ſignifer annum.
Et ſimulata nouo cynthia menſe redit.

De hoc ſic ait Liuius In narratione Syracuſana Archimedem memoriæ proditum eſt in tanto tumultu q̃tum captæ urbis in diſcurſum diripientium militum Ciere poterant intentũ formis quas in puluere reſcripſerat ab ignaro milite quis eſſet interfectum ægreq; id Marcellum tuliſſe ſepulturæq; curam habitam & propinquis eius inquiſitis Honori ꝓſidioq; nomen eius ac memoriam fuiſſe hæc ille.

Autores Medici Latini:& Græci. Caput. lvi

Celſus apud nos habetur:Galienus:Paulus:Dioſcorides:Hyppocrates: Rhazes: Alexander. Aphrodiſeus.

De Medicina. Caput. lvii.

Medicina phiſice alumna eſt autore Theophilo.In Theoricem.Practicenq; diuidit. Theorice rurſus in naturæ cauſaꝝ rões Hoc ẽ phiſiloogicon Aethiologicõ. Simioticon.Phiſiologicon qđ in elementa humores. Cõplexus particulas ptãtes officia Aethiologicon in cauſas ꝓuertẽtes.ꝓuias.ↄtinẽtes.q̃ Protartica Progumena.Symetica uocat.Simioticõ i ꝓñtiũ diſcerniculũ.Futuroꝝ ꝓſagiũ. memoriã ptõꝝ &.Practicen uero ſalubriũ dicit eẽ:& eoꝝ q̃ curã deſiderent.Alteꝝ higiinon.Alteꝝ therapẽticõ appellãt.qđ qm̃ uictu medicamẽtis manuq; ſit:nũc pharmaceuticon.nũc chirurgicon uocat.Q.đ ãt uictu curat:id aut ſenectutẽ gubernat.geromicon aut defectos reficit:analepticon aut noxam præcauet prophilaricon dr̃.Hæc ex Martiano Capella & Plinio:aliter ex Auſonio recitatum eſt

De Scriptoribus primis medicinæ. Caput. lviii.

Hyppocrates.primus ut Celſus ſcribit.Plinius lib.xxvi.de arte medicinæ ſcripſit primusq; clariſſime medẽda ꝓcepta cõdidit.Miror aliquos auſos carpere Hyppocratẽ quos medicinæ rõ & falſitas errori congruit.Sed tñ cõiectatiõibus aſſecuti ſũt.Hyppocrates eunuchos nõ fieri qdẽ in amphoriſmis ſcribit podagricos.& caluos mulierem non podagra ↄfici ſi meſtrua non deferunt in ea.Si pẽſitent & intelligant hæc uerba:facile reſoluit argumẽtatio inanis.Inquiet ille.Licet non dixerit in ſua caſtigatione.Vtor autore Seneca:ergo alio ingenio laude nanciſci putamus?Dabit ueniam Seneca:haud non intellexit aut intelligere noluit.Non ne cum ait meſtrua cũ defecerunt Hyppocrates ſignauit modum:qđ uero Galenus dicat eunucho podagricos uiſos:Ratio eſt aſſignata in Ariſt.mentione: tẽpoꝝ Vel ea ratio firmiſſima eſt.ꝙ medicina uerſatur circa q̃ plurimũ eueniunt.non quæ rariſſime nam de his non habet ſcientia:ut quõ mulier uitulum pariat.Nam cõſtat medicorum dogmate læſo cerebro mortis ſignum.tamen uidimus aliquos curatos:& multa alia:quæ diuino nutu:quæ ab horoſcopo ueniant fieri licet in excogitata a naturæ ſcriptoribus. Secũdus ætate & phama excutit Diocles cariſtius.Item Praxagoras:& Chryſippus.deide Ereſiſtratus.Erophilus quoq; clarus medicina ſubtilioris ſectæ conditor fuit.Deinde Aeſclepiades ætate Pompeii magni.Cum rhetoricæ magiſter parum luciſaceret.Vir ſagacis ingenii:ad medicinam ſe conuertit.Quinq; res maxime cõmunium auxiliorum profeſſus.Abſtinentiã cibi:alias uini. Fricationem corporis.Ambulationem. Guſtationes. Et quoniam cauſas morborum prior. Scrutari.Herophilus inſtituerat uini rationẽ illuſtrarat.Cleophantus apud Priſcos ipa ut phama ſua celebris foret.Inſtituit aquã frigidam.damnauitq; uomitiones.

Qui Iuriſconſulti dicuntur probati ab eloquentiæ ſtudioſis: Caput. lviiii.

Sulpitius: Pomponius:Sceuola:Labeo:Paulus:Celſus:Mutius:Caius:Pedius: Marcus:Iulius: Aniceritius:Terentius:Marcellus:Iulianus:Iabolenus:Proculus:Aurelius Herennius: Iabolus:Caliſtratus:Tertulianus:Modeſtinus:Triphõianus:Martianus Papinianus:Hermogenes:Vlpiãus:Florentius:Paxianus:Hiburnus.Alphenus: Lucinius:Triphimus:Neratius:Furius:Amianus:Venuleiius. Aphricanus: Ticinius : Ruffinus: Atq; hoc genus:ueri autores habendi ſunt.

De Legum inuentoribus:& inibi notatu digna Caput. lxx.

Qui leges primus inuenerit non eadem eſt omniũ opinio Hebræi Moſen prædicant Qui autore Euſebio a mundi creatione Ter Mille Sexcentis: quinquaginta annis exactis floruit. Athenienſes Cecropa:qui eadem fuit ætate. Argiui phoroneum

arbitrantur inuentorem:a cuius nomine forum:dictum nonminus cōmode uolunt:q̄ ꝙ eo lites controuerſiæqꝫ feruntur. Cretenſes minorē atqꝫ Rhadamantum:lacedæmonii ligurgū. qui ab eis acceperat:extollunt Aegyptii Meucuriū Nyli filium:cui Vulcanus ſucceſſit in regnū Perſæ Zoroaſtem prædicant.qui magicæ quoqꝫ repertor. Nino æqualis fuit. Pleriqꝫ Cererē unde poetæ legiferam dicunt. Quod ea ratione ſcriptores refellunt:q uerum ſequunturqꝫ a mundi initio fuerit annis tribus millibus. Septingentis octoginta præteritis. Memoratur etiā Draco philoſophus:qui leges Athenienſibus tulit. quæ q̄m ligneis axibus erant ſcriptæ axōes appellatæ Solonem alii autumant: qui olympiade.lvi.ut plurimi.xl.leges athenienſibus tulit. Piſiſtrato Athenis regnante. Sed hæc de origine iuris inania uidentur ea ratione ꝙ Homerus nunq̄ uſus eſt nomine legis & fuit aute iſtos omnes etiam Homerum Moſes ut ex ipſis græcis apparet docente Euſebio & Ioſepho. Sed ad rem. Eius Solonis leges Romani per legatos decem athenas miſſos accipere.decem tabulis eburneis ſcriptas: allatasqꝫ Romam ꝓ roſtris poſuerent omnibus eſſet pro uoto inſpiciundi copia. Addiderunt quoqꝫ duas tabulas quæ poſt hermodoro Epheſio autore in annū proximum ex.p:poteſtatē poſitæ. quoniam in tanta ciuitate pluribus eſſet opus legibus unde leges duodecim tabularum dictæ. Secundum ꝗ inde eſt ius ciuile.utff.de origine iuris. Legis actiones. Ius ælianum. plebiſcita inde Senatuſcō ſulta prolata ſunt:deinceps opportūe dicta ꝑtorum.a quorum honore dictum eſt ius honorarium: Hinc uoluntates principum ſancitæ ſunt:atqꝫ priuilegia. Item de conſularibus dtcere eſt. De tribunitiis de ſancita legē. De lege militari. De iure gentium: De iure Quiritum. De conſtitutionibus. De prudentum reſponſis. Nulla profecto eſt:neqꝫ legis:neqꝫ æquitatis pars: quam Romani liquerint intactam. Similiter & iuris Coruncanos:Brutos:Scæuolas:Paulos Labeones:Pomponios:Trebanios:Tullios:atqꝫ alios numeremus. quorum ſectatores(ut arbitror)omnia quoniam uirorum titulo decorata ſunt accepere. Ante uero legum inuentionem apud gentes (præter hebræas ut ſcribit Ioſephus in libris contra Appionem grammaticum in definitis ſententiis & regum præceptionibus populus regebatur. etiam multo tempore per manſere tantum moribus utentes:& non ſcripto & multa horum ſecundum euentum caſuum ſemper permiſiſſe. Inde ut leges cœpere aliqui ad cantum publicum proferebāt ut ſcribit Ariſtoteles ut.ſ.omnes eas uiderent:probarentqꝫ. Inde nata ſunt diatagmata. quæ ut dixit Plutarchus latini dixere edicta.

De Grammaticis quorum opera leguntur a doctis. Et qui uice funguntur autorum. Caput. lxx.

ASconius Pedianus·Porphirio·Seruius·Probus·Donatus·Acron·Victorinus·Fulgētius·Caper·Pompeius ſeſt. Marcellus atqꝫ ii quidem exigitici·Methodici uero Palemon·Chariſius·Plinius·Probus·Diomedes·Papirianus·Herodianus·Donatus·Seruius·Priſcianus·Sergius·Caper·Phocas·Aſper·Agretius·Terentianus·Fortunatianus·Terentianus·utriſqꝫ lumen Varro habitus. Græci·

Euſtathius Homeri interpres: Pollux de uocabulis rerum ad commodum imperatorem: Hepheſtion: Sudas: Nita: Maximus: Appollodorus: Doxipater: Lucilius Thureus: Sophocleus: Theca: Appollonii iuterpres: Platonicus. Iudicium Caput. lxxi.

PEdianum: Plinium: Porphirionē: Chariſium: Cuius orationes Fab.x.refert paucula extant fragmenta: Autoris titulo hēmus inſignes: licet grammatici officium ſecuti ſint. Victorinus fuit rhetor & ſi qd̄ grammatice ſcripſit dicitur Exigiticus natione afer Romæ ſub Cōſtantio principe docuit rhetoricen: Pictauienſis. Alter Victorinus græce doctor q ꝓ fide multa edidit opera: Martyrum eſt in numero: Fuit & rhetor maſillienſis. Alius ſub Theodoſio. Fuit alius ab hoc aquitanicus calculator qui compoſuit Paſcalem curſum inuitatus a.S.Hylario. Donatus præceptor Hieronymi.cclxxxiiii. olympiade hiti iſignes ambo e qbus Victorinus ēt ſtatuā i foro Traiani meruit:ut Hieronymus tradit. Notatu haud indignum ꝙ dicunt Suidam & Euſtachium. Nam Sudas uocum interpres fuit. Suidas uero hiſtoricus ſcripſit res theſalicas in quibus tradit multa fabuloſa ad gratiam locutus meminit Strab. Similiter qui interpres eſt Homeri dicitur Euſtathius. At qui ſcripſit hiſtoriam Euſtachius: ut comperio: dicitur de hoc iudicium poſteriore relinquo opinaturis qualis iam Politianus. Item de pauſania qui grammaticus & hiſtoricus. Item de Herodiano fuit hiſtoricus. cuius recentior hiſtoria donata eſt latinitati a Politiano. Qui uero grāmaticus latinus ante Gellium elegantiſſime ſcripſit dimidiatus tamen reperitur. Qui græce ſcripſit de grammatica a nobis non eſt uiſus.

Fuerunt æuo noſtro litteratiſſimi: qui ſi maieſtatis antiquæ amœna umbra gauderent: lōge antiquis grammaticis in utraqꝫ litteraturæ parte: non indigne præſtaturum fuiſſe arbitror.

Neoterici: quorum opera non indecora leguntur ætate Neotericorum quæ noſtra eſt & Poeticis numeris. Oratoria facundia. Litteraturæ meteorimatis. Linguarum Interpretamentis. Caput. lxxii.

LAurentius Valla. Theodorus Caza. Fráciſcus Philelphus. Leonardus Aretinus. Gregorius Thiphernas. Omnibonus Vicentinus. Varinus Veronenſis. Blondus Foroliuienſis. Tortellius. Trapezontius Græcie alumnus. Hermolaus Barbarus. Aenæas Syluius. Qui cognomento Pius dictus: Dominicus qui & Dominius Calderinus Veronenſis. Angelus Politianus Superbiloquus. Georgius Alexandrinus qui merula. Philippus Beroaldus Bononienſis. Baptiſta Varini prædicti filius: ſeu ut ipſe ait Guarini. Marſillius Ficinus Florentinus interpretamento Platonico memorandus. Publitius Florentinus. Sabellicus: Martinus Philetius. Nicolaus Perotus. Ludouicus Carbo Ferrariē. Thadeus Vgoletus Parmenſis Egregius Plautinarum comœdiarum concinator corrector & interpres. Marius Grapaldus commodarum uocum enarrator inſignis. Cum quo & Georgius Anſelmus. Epiphillides. Antonius urceus Herbérienſis cognomento codrus. Baptiſta pius Bononienſis acutus inueſtigator. Zarotus quidam. & Ioannes Parrhaſius antiquitatam mouumētis decorus. Cataneus qui epiſtolas: & panegyricou Plinii. Pomponius Fortunatus. Petrus Marſus. Antoniut Volſcus. Paulus Marſus. Chriſtophorus Landinus. Bōuſaccurſius Piſanus q græcas uoces interp̄tatus. Bartholomeus Fōtius. Britanicus Brixiē. Pamphilus Saſſus & uernaculis petrarcheis clarus. Aldus & ipe multis calcograph. utiliss. Vbertinus Clericus. Mancinellus. Pogius Florētinus. Georgius Valla Placentinus. Sunt & alii laudabuntur quorum nomina audiuimus: opera non uidimus: nec legimus. Licet & horum fama ſit lectione uel diſputatiōe uel gratia principum nullis tamen operibus ſint excelſi fumoſo tantum nomine duraturi. Ego allis memorandos relinquo. Calepinum. Candidum ſuggeſſit Lappumq; cum Sulpitio repetita memoria. Fraucíſcum Maturantium Peruſinum. cū Galeoto Narnienſi. Calphurnioq; & Pontano Celeberrimo. Diomede Guidalotto Bononiēſi. Sub eſt Ioannes antonius Viterbienſis Almi ordinis predicatorum qui curioſus multa ex piſcatus ob ſoli paterni amorem in Catonis originibus. nonnulliſq; antiquis qualis Myrſilus. Fabins pictor. Manethon. ſempronius qui multa antiquitatum monumenta rettulerunt.

CVR. LANCILOTTI PASII FERRARIENSIS LAVREATI. IN LIBRVM Tertium. De Inſtitutione Grammatica non Vulgari.

Ratio de Grammaticæ artis Initiis Cur non eodem modo ſeruata ab omnibus Grāmaticis & inibi pulchra ſcitu digna. Caput. primum.

GRAMMATICI Veteres: qui Methodicen ſcripſere. Alii ab oratione: ut Diomedes. Alii a partibus orationis: ut Probus. Alii ab arte ut Plinius: & Chariſius inceperunt. Deniq; alios modos. Secuta eſt ætas poſterior. Alii quod Donatus in prima editione quam in manibus habemus a uoce quod Secutus Priſcianus acutiorem expiſcatus ē modū. a uoce lrās poſuit e lrīs ſyllabas inde effinxit Deinde compoſuit e ſyllabis dictiones artificioſe. Deide orationē e dictionibus confinxit. Horum ergo Varronis aureum dictum: adnotauimus: de Analogia ſecundo. Ita incipias: ut quod ſit prius oſtendas. Itaq; illi: qui ſi de natura diſputant: atq; ideo uocantur phiſici: tamen ex iis ab uniuerſa natura profecti: raro quæ eſſent principia mundi oſtenderunt. Oratio cum ex litteris conſtat: Tā ēt Grāmatici de lrīs oñdūt. Quare in demōſtrādo qm̄ ꝑfeciſſe de lrīs oñdunt: oportet ab qđ aptius ē: ꝗ ab eo qđ prius ē incipere: Et potius ꝗ ab interrupto pricipio: ab natura reꝝ ꝗ ab libidine hoium. Hactenus Varro. Ser. uero in Cōmēto Donati: Sic ait. Pleriq; artē ſcribentes a lrīs tractatū inchoarūt. Pleriq; a uoce pleriq; a definitiōe artis grāmaticæ. Sed oēs uidētur errāſſe. Nō.n. rem ꝓpriā ſui officii tractarūt. Sed cōmunē oratoribꝫ: & philoſophis. Nam de litteris tractare Orator poteſt: de uoce nemo magis ꝗ philoſophi tractant. definitio Ariſtotelicorum eſt. Vnde proprie Donatus ab octo partibus orationis inchoauit. Quæ ſpecialiter ad Grammaticos pertinent. Hæc Seruii Narratio uidetur inanis Cum nō uiderit editionē primā donati & cū libellus de partibus oratōis dicatur editio ſecunda. Tum nonne Dialecticus de oratione tractat? & de ea tamen Grāmaticus. Arguunt idem aliqui. Nam a litteris ꝓprium eē conſtat. Quia Grammtica inde nomen accipiat: autontaſq; Quintiliani uidetur reſpondere & Plinii in Grammatica. Nos ex diui aquinatis dogmate pro ueritate: non phraſi. Sic contēplemur. In reſolutione totius materiæ compoſitæ: Conſtat totum prius eſſe partibus: quod exemplo ut apertius dicatur oſtendimus: Domum imaginare: ſi uelis eius partes ſingulas exciperenecessum habeas affirmare prius domum eſſe ideſt totum ipum: quam partes in diſſolutione facienda: Sic pannus prior eſt partibus dum ueſtem paras efficere: Si compoſitum uero aiaduertamus: anteꝗ ædes ꝯpōi incipiēt: habēdæ erūt partes ut calx: lateres: trabes: ferramēta: & reliꝗ hoc gn̄s neceſſaria: Ante igit̄ ꝗ domus ſit effecta: uel incœpta: eius partiū hēnda ē rō: atq; ideo pres hac rōe priores toto: Oratio igit̄ prior ē ptibus rōis reſolutiōe: & pres ꝯtra cōpoſitiōis rōe priores: Et qm̄ orō arte pficit̄: & natura: ut ait Quint. Iccirco aliꝗ naturā imitati: Quæ ē a uoce incœperūt: De grāmatice dicētes: alii ab arte ipſa: alii a ptibus: Quæ ſūmæ ſunt totius: initiū fecere: At qm̄ ꝯpoſitiōis rōe antecedūt partes totū: Sic lræ priores: ex qbus ſyllabæ, ex ſyllabis dictiōes: ex qbus inde & ipa orō cōficit̄: hoc ſequutus ē. Priſcia. Donatus in æmulatione ex ſuperās: Cū natura ꝗ ē a uoce poſita definitiōe: an ſane deuiauit a uera philoſophiæ rōe: Nā Ariſt. ab eo qđ ē gn̄ale ſeu uniuerſale magis inchoādū cēſuit. ut docet in primo phiſicoꝝ: ea rōe ꝗ gn̄alia magis nota ſunt rōe ꝯfuſa. Hoc intelligēs Diomed. initiū fecit ab orōne Deniq; ſuos imitatores ſua quæq; hēt rō. Nos uero haud uulgaria polliciti cū ſcœnā facimus intraturis corolam ex autorum uiridario pactam: inductarum rerum ordine ꝓferimus.

De Laudibus muſices: & inibi qūo grāmatices cōuenit ſtudiis muſica. accepta harmonia litteris: atq; aliis cauſis ex antiquoꝝ monumētis nō ab oibus obſeruatis. Caput. ii.

OLim fuerūt iudicati idē muſici & uates & ſapiētes exēplo ſunt Linus: Orpheus. Significat quoq; Strabo in prio. Et autore Thimagine oium ſtudioꝝ in lris antiqſſima fuit muſice. ꝓbat̄ ꝙ inter regalia ꝯuiuia apud poetas laudes deoꝝ atq; heroum ad cytharā canebāt̄. Exēplū accipimus ab Iopa Virgiliāo. grāmaticis neceſſaria. pp hymnos: metraq;. Quibus accedit lrāꝝ ex mutatiōe. & ꝓlatiōe iucunda genus. licet ſit relicta a lraturæ profeſſoribus. Nos tamen in libro de Figuris qui nonus eſt in hoc opere eluculenter ſpero inſinuabimus. Et qui pediæ profeſſor non ignorabit. non enim eloquentia poteſt ſine hac eſſe perfecta. Huius originem ut ait Macrobius ex Platonico dogmate. Qui Pythagoram in nonnullis imitatus, Accipimus ex cœlorum cōcentu: & harmonia quā imitata ē lyra: &

Plinius ſecundo na.hi.Pythagorica ſentētia. Diapaſſon fieri inter ſeptem ſidera dixit.Harmo
niam.i.uniuerſitatem concentus:in ea Saturnum dorio moueri.Mercuriū phtongo . Iouem
phrygio.Et in reliquis ſimilia iucunda.Senex iam Socrates non erubuit doceri fidibus : & ti
biis.Lacedæmonios ipſos pretereamus qui exercitus tibiis muſiciſq; incendebāt modis.ut do
cet Quintilianus:& Gellius primo libro capite.xi.Cretes(ut Capella ait)Ad Cytharam dimi
cabant Lacedæmonii ad tibias:neq; aggrediebantur factum præliorum priuſq̄ illis continge
ret litare muſis.Quid Amazones?non ne ad calamos arma tractabant . Quarum una quæ
concipiendi ſtudio uenerat:Cum Alexandrum ſalutaret:donata tibia:ut magno muneregra
tulata diſceſſit.In Italia tibicines ſibaritas ad ꝓlia præire:quis neſciat?Quid pacis munia? nō
ne cāticis celebrata?Græcarum quippe urbium multæ ad lyram leges ait:docuit quoq; Ariſt.
decretaq; publica recitabant.Harmonia quoq; dea poſt hæc apud Martianum dicit ſe Sym
phonia phreneticos reſanaſſe.Aſclepiades ſeditionem furentis populi.Compeſcuit:Arte ſym
phoniæ Dammon muſicus.Ebrios iuuenes grauitate modulorum perdomuit.Spondæum
canere iubens tibicinem qua in re Boetius ſcribit a Pythagora ebrium adoleſcentem tauro
minitanum ebrium phrygii ſoni modo excitatum ſpondeo ſuccinente mitiorem ſuiq; cō
potem factum.Curabant febrem:uulneraq; ueteres cantione. Aſclepiades. Item tuba ſurdis
medebatur:ad affectiones animi tibias.Theophraſtus adhibebat. Iſchiades q neſciat expelli
aulica ſuauitate.Xenocrates organicis modulis:lymphaticos liberabat.Tales cretenſis:cytha
ræ ſuauitate peſtilentiam fugauit.Hierophilus:ægrorum uenas rhythmorum allatione pen
ſabat Hiſmenias Thebanus Beoetiorum pluribus quos ſciatici doloris tormenta uocabant
modis cinctas fertur abſtuliſſe moleſtias. Empedocles etiam cum eius hoſpitem quidam gla
dio furibundus inuaderet.ꝙ eius ille patrem accuſatione dānaſſet:interdixiſſe modum dicit
canem itaq; adoleſcentis iracundiam temperaſſe.Quid ꝙ cerui fiſtulis capiūtur:piſces in ſta
gno alexādriæ Crepita detinentur.Cygnos Hyperboreos:cytharæ cantus adducit. Elephan
tes Indicos organica permulſos detineri uoce:Compertum fiſtulis aues alliciuntur.Fides del
phinis hominum amicitiam perſuaſit.Quis non miretur:& a Varrone quoq; prædicatum
uiſas a ſe nympharum inſulas: in lydia quæ in medium ſtagnum:a continenti procedētes
tibiarum cantu primo in circulum motæ.de hinc ad littora reuertuntur.In attico littore ma
re cytharam ſonat:megaris ſaxum ad ictum cuiuſcūq; pulſus fidicinat.Sed quid hæc ex Seue
ritio & Multiſcio Capellæ?Ciuili quoq; iure Plato arbitratus eſt muſicen nō indecoram ani
mamq; quibuſdam numeris de muſicis corpori coniunctam Democritus tradidit Hippocra
ti.Sed quid multa?Architas & ariſtoxenus ſubiectam grammaticen:muſice putauerunt. So
phron teſtimōio Platonis clarus mimorum ſcriptor.(traditur.n.Plato.Cum moreretur ha
buiſſe libros eius capiti ſuppoſitos)id oſtendit.Deinde Eupolis:apud quē prodomus:& mu
ſicen & litteras docet.Et maritus qui eſt hyperbolicus:nihil ex ſe muſicis ſcire niſi litteras Cō
fitetur.Ariſtophanes ſi & Menander:pueros muſicæ eruditi ſolitos oſtendunt. Vnde mos in
conuiuiis ut poſt cœnam circunferatur lyra.Temiſtocles Cum faſſus eſſet lyræ imperitum:
ut ait Cicero.& Quintilianus quoq; refert habitus eſt indoctior.Illum quoq; morem fuiſſe
apud Romanos:autoremq; numam accepimus.Quid ꝙ in prouerbio eſt indoctos a muſis
atq; gratiis abeſſe.Muſica numeros habet duplices.In uocibus & in corpore.utriuſq;.n.aptus
quidam modus deſideratur.Ariſtoxenus muſicus uocis ratiōem.Diuidit in rhythmos: & me
los:quis metron quorum alterum modulatione & canore.alterum tenore ac ſonis conſtat .
Ex iis plura ſunt grammatico neceſſaria dum conſulit aures:quodam ordine ac iudicio: rerũ
prolatarum uoce.Quid ꝙ & litterarum:pro aliis acceptarum iucūditas.Sonuſq; auribus ue
luti harmonia quadam accipitur.ad quam uerborum mutatio.Synthaxis facit concentum ī
diſcrimine quo oratio iucundius ſonet.hinc hiſtoricorum oratorum uatūq; characteres.Ta
ceo quod Ci.Valerius Max.& Quintilianus:& Gellius de.C.Graccho exemplum.n.eſt ora
torum.Cui concionati a tergo.Conſiſtens muſicus:fiſtula quam tonation uocant modos q
bus deberet intendi miniſtrabat.librum eximium accipiamus illū Ciceroīs:cui titulus ē Bru
tus:erit uidere.Quid conferat concentus litterarum dictionumq;:Quæ maxime res a Grā
matico contemplantur:probant hæc metra:quæ ſiue uocibus litteralibus eſſe nequeūt.Pro
bat idq; tenor oratori ad perſuaſionem exoptatus.Qui ſine litteris accipi nequit.Quid ꝙ ſi re
cte intueamur:per numiſim harmoniæ uocalibus:qua litteræ naturalibus efficiuntur inſtru
mentis:effictus muſarum numerus nouem.i.ter triplex teſte.n.fulgētio.Spiritus harmoniæ
pater ad humanam uocem uenit per quattuor anteriores dentes quorum ſi quis deſit:ſibilus
& non uox ore prouenit.Item duo labia.Septima lingua eſt octauum palatum quod græc.
ουρανον dicunt:Quoniam ſit ad formam cœli quod ουρανοσ dicitur unde muſa q̄

cœli motus ſcrutatur & aſtra. Nonum eſt gutturis profunditas per quam ſpiritus egreditur.

De Voce & inibi quid uideatur ignoraſſe Priſcianus. Caput. .iii.

VOx (ut ait Diomedes) ex Stoicorum ſententia eſt ſpiritus tenuis aud tui ſenſibilis quantum in ipſo eſt. Priſcianus uero. Vox eſt aer tenuiſſimus ictus uel ſuum ſenſibile aurium. i. quod proprie auribus accidit. Prior definitio fit a ſubſtantia altera a notione quam .g. αινοιαν uocaut. Hoc eſt ab accidentibus ut obiter uideatur illis quorum deus Priſcianus. Quo modo oſtenderit ſcire. Quid definitio a notione. Quid Notio Quid Ennia apte notauimus uerba Ciceronis in topi. Quæ Ioannes commentator obſeruare debuerat. Sic Cicero genus & formam definiunt hoc modo. Genus eſt Notio ad plures differentias pertinens. Forma eſt notionis differentia. ad caput generis & quaſi fontem referri poteſt. Notionem appello quod .g. ενοιαν. tum προλιψιν. uocant eſt inſita & inde percepta cuiuſq; formæ cognitio enodationis indigens. hæc ille. Et primo tuſc. quoq; ait rerum inſitas & quaſi conſignatas in animis notiones quas ενοιασ uocant & Boetius in côment. top. inquit notio eſt intellectus quidam & ſimplex mentis conceptio quæ ad res plures pertineat a ſe inuicem differentes. Notio igitur intelligentia eſt ſimilium. in rebus uero ſimilibus neceſſaria eſt differentiatum diſcretio. ut animal intelectum ex notione pertinet ad plures differẽtias: Notio ſi Horiſticen ſequimur. aliquando pro cognitione capitur Cic ꝓ A. Lecina. Quid deniq; ad ius ciuile aut ad autoris notionem & animaduerſionem aies? exigiticus uero ſuperiorẽ accipiet rationem ſicut in illo cum pro. p ſeſtio ait intercedi licere Cenſorium iudicium ac notionem & illum morem ſeueriſſimum magiſtratuum. Gellius in .v. ait Stoicos dicere uocem eſſe aerem ictum. Quod Seneca Naturalium. ii. etiam ſcribit dicens. Cum uox nihil aliud ſit q̃ ictus aer. Plato uero uocem non eſſe corpus dixit. Sed plaga ipſa atq; percuſſio aeris uox eſt. Nam digitus quoq; aerem percutit. Non tamen facit uocem. Democritus ac deinde epicurus ex indiuiſibilibus corporibus conſtare dixerunt. Quæ græci ατομουσ uocant. Ariſtoteles ſecundo de aia. Vox eſt repercuſſio aeris reſpirati ad Artariam uocalem cum imaginatione ad ſignum. Lactantius dicit uocem non aboriri. Sed ab intimo pulmone. Et ideo ſpiritum ſtipatum cum fuerit obſtãtia faucium: illi ſuum uocis ſonum exprimere. ueluti cum in patentem cicutam labroq; ſubiectam dimittimus ſpiritum: & is cicutæ concauo repercuſſus ac reuolutus a fundo deſcendentem ſuo occurſu reddit ad exitum nitens ſonum gignit & in uocale ſpiritum reſiliens per ſe uentus animatur: probare uidetur rationem prædictam illud & conuenire cum propoſito a nobis Fulgẽtio: quod ore clauſo & naribus emittitur ſonus qualis poteſt. Prætera ſpiritu quo hanelamus uox non efficitur: Hinc ratio colligitur qua mutos uidemus. Archelaus (ut Diogenes opinatur) primus deffiniit uocem eſſe aerem percuſſum quod Socrates quoq; dixit. Vetruuius dixit uocem Spiritum fluentem aeris & qui eſt ictu ſenſibilis auditu.

De Vocis Diuiſione: & inibi uota Priſciani. Caput. iiii.

OMnis uox aut articulata: aut inarticulata. Litterata aut Illiterata. Articulata eſt quæ coarctata ideſt copulata cum aliquo ſenſu mentis eius qui loquitur: profertur inarticulata eſt contraria quæ a nullo affectu proficiſcitur mẽtis. Sic Priſcianus. Litterata eſt quæ ſcribi poteſt. Illitterata quæ ſcribi non poteſt. In hac uerborum ambage miror tantum uirum: qui dixerat quanto iuniores tanto perſpicaciores. dum antiquã ſemitam fugit: in cæcitatem barbaram prolapſum. Quis enim inter ſcriptores probatos nomina participiis ſimilia ut Galeatus criſtatus loricatus fimbriatus: uel dicas participia abuſiua dixit hanc expoſitionem? Galeatus pro eo qui poteſt galeari uel galeis armari. Criſtatum pro eo qui poſſit criſtis inſigniri? & ſimilia. Quis inquam articulatus pro eo qui poſſit articulari uel habere articulos? Litteratus qui poſſit habere litteras. an hominem litteratum dicimus quod litteras ſcire & habere poſſit? dicemus? Et contra illitteratum qui non poſſit habere litteras. Certe nullus autorum dicit. Immo Martianus Capella ait litteratum quem docuero .i. doctum: uidetur igitur Priſcianus huius expoſitionis opifex. Seu quicunq; grammaticorum utitur hoc logo. Verioris igitur latinitatis profeſſores Plinius: Papyrianus: Diomedes: dixerũt Omnis uox aut articulata aut confuſa. Articulata eſt rationalis hominum loquelis explicata Eadem uel litteralis: uel ſcriptilis appellatur: quia litteris ſcribi poteſt & comprehendi. Confuſa quæ & inſcriptilis eſt Irrationalis ſimplicis uocis ſono animalium effecta: quæ ſcribi non poteſt. ut equi hinitus. Tauri mugitus. Ouium ballatus: Porci grunitus. Quidam etiam modulatam uocem addiderunt. ut Tibiæ uel Organi: quæ quãuis ſcribi nequeat: tamen modulata aliquam habet diſtinctionem.

De Vocis Officiis. Caput. v.

VOcis officioſa ſunt tria: Eloquium: Tinnitus: Sonus: Eloquium eſt humanæ pronunciationis expreſſa ſignificatio facilem mentis exprimens intellectum. Tinnitus ex fabricare materiæ colliſio tenui ſono auditionem augens. Sonus eſt corporalis colliſio repentinum auribus inferens fragorem. Hoc Diomedes Ariſtoteles .ii. de aia. Sonus inquit cauſatur ex colliſione corporum aerem fortiter frãgentium. Quid ꝙ ueteres: omnes uoces ſonos dixere. Virgilius Fractaſq; ad littora uoces.

De Littera. Caput. vi.

LIttera eſt minima pars uocis articulatæ .i. compoſitæ (dicit Priſcianus) Diomedes uero addit ab elemento incipiẽs una figura notabilis. Scaurus ſic eam definit. Littera eſt uocis eius quæ ſcribi poteſt forma. Priſcianus Littera a uox quæ ſcribi poteſt indiuidua. Sumptum ab Appollonio: qui dixit litteras eſſe primam materiã uocis humanæ indiuiduam. Illud non prætereamus litteras dici ab autoribus ſciẽtiam & ſtudia non mœchanica. Vnde ignarum litterarum dicimus .i. doctrinæ expertem. Quæ Significatio ponitur præcipue a Cicerone. is. n. in oratione pro reditu ſuo ait. Cum uero litteris ſtudere cœpit. Et elluo imaurs: cum græculis philoſophorum eſt epicureus & alibi ſæpe.

De Litterarum inuentione. Caput. vii.

LIttẽras ſemper arbitror dicit Plinius in .vii. aſſyrias fuiſſe. Si Catonis origines contemplemur: hoc ideo dixit quia litteræ latine diuerſæ a græcis & ethruſis ethruſcæ contra opinionem græcorum a Iano non a lacedæmoniis. Ianus uero patria ogygius phœnix: unde ob id Ianigenæ litteræ atq; diſciplinæ ethruſcæ dictæ. phœnices uero & aſſyrias eaſdem eſſe docet. Euſebius. Quid ꝙ: ethruſci ut inquit Cato: horruerunt græcas uſq; neq; latinas uoluerunt ſuſcipere uſq; ad cecinam uolturrenum anno ſecundo olimpiadis. C. xxiiii. urbis. Alii apud Aegyptios a mercurio ut Gellius: alii apud tyros repertas uolunt. Namq; in græciã aiunt attuliſſe e phœnice cadmũ. xyi. a. b. c. d. e. g. i. l. m. n. o. p. r. s. t. u ut apparet ex tabula quam reor Plinio fuiſſe autorem in qua cadmi placita. quæ quoniam e delphico templo portata eſt: dicta eſt delphica Antiqui erat æris in palatio dicata mineruæ ut autore Palemone grammatico ſcribit Papirianus: in qua ſic erat ſcriptum inter alia ναυσινοσ τησ . τισαμενου ζοηνει οσ αενηοι μεν Poſtea cum edax rerum omnium uetuſtas: tũ lõgabarda barbaries mutauit litterarum formas. illa præſertim apuod græcos apud quos linguarum quoq; magna uarietas eſt. Hoc etiam apud latinos. in quibus hodie & cerdones nonnulli formas: ut lubet: effingunt. ex eodem Plinio eſt Troiano bello. Palamedẽ adiecisse prædictis quattuor. φ. η. χ. quartum hac figura y totidem poſt Simonem medicum Quarum omnium uis recognoſcitur in noſtris. Ariſtoteles credit. xviii. fuiſſe. α. β. γ. δ. ε. κ. ι. λ. μ. ν. ξ. ο ϖ. ρ. σ. τ. φ. ψ. & duas ab epicharmo additas. θ. χ. Quattuor a palamede Nauplio. Anticlides in ægypto inueniſſe quemdam nomine Mennona tradit. xy. annis ante phoroneum antiquiſſimum græciæ regem epigenes ſeptingentorum. xx. annorum obſeruatiões ſiderum coctilibus laterculis in ſcriptas docet. Grauis autor in primis qui non minimũ Beroſius & critodemus quadringentorum octoginta annorum ex quo apparet æternus litterum uſus. i latinum attulerunt eas pelaſgi. hæc Plinius Cornelius uero Tacitus ſcribit. primi per figuras animalium ægyptii ſenſus mentis effingebant: & antiquiſſima monumenta memoriæ humanæ impreſſa ſaxis cernuntur: & litterarum ſemet inuentores perhibẽt. inde phœnicas qꝫ mari prepollebant intuliſſe græciæ gloriamq; adeptos tanq̃ reppererint quæ acceperãt. Quippe fama eſt Cadmum claſſe phœnicum uectum rudibꝫ adhuc græcorum populis artis eius autorem fuiſſe. Quidam Cecropem athenieñſem uel Linum thebanum: & temporibus Troianis Palameden argiuum memorant. xy. litterarum formas mox alio & præcipuum Simonidem cæteras reppeniſſe. At in Italia & ethruſci ab Corinthio Demarato aborigines Arcade Eueandro: Hæc ille. Sachoniaton uero Thaauto. Quem ægyptii Thoyt. Alexãdrẽſes Thoth. Græci Mercurium uocant: litterarum inuentionem aſcribit: a quo non diſcordat ualde Philon Biblius in phœnicum theologia. Niſi ꝙ Thaauti patrem Myſorem phænicem fuiſſe ſcribit. Sidon uero: ut tradit Ioſephus: ædificata eſt a Sichen filio Thaauti. Sic non erit abſurdũ a phœnicibus ad græcos litteras perueniſſe: phœnices uero ægyptios. Et qui Syri ſint. Oſtendit quoq; Euſeb. in preparatione ſyros hebræos fuiſſe Diodorus quoq; Mercurium affirmat litterarum inuentorem. Eupolemuſq; Moſen eſſe dicit quem græci Hermen dicant propter litterarum inuentionem. Hermes autem Mercurius dicitur: unde pro Hermen interpres poſuit in Euſebii. ix. Mercurium Ioſephus quoq; in antiquitatibus. iii. Moſen aſſerit litterarum inuentorem. Sic conſtat a iudæis phœnices qui & ſyri a phœnicibus græcos accepiſſe litteras Latinos uero duce natura uſos ꝓbabimus harmonia litteraꝝ. Sed qm̃ Cadmi facta eſt mẽtio

Plinio & Tacito autoribus.Dignũ eſt referre.Q uid Xenophon in æquiuocis dixerit.Quiq;
fuerunt Cadmi ante Cadmum mileſium proſe inuẽtorem.Primus fuit frater phœnicis pau
lopoſt conditionem troiæ.Q ui ambo apud ſidona regnarunt:a phœnice dicta regio phœ
nicia:quæ eſt a ſydone ad'iamineum portum paulopoſt.Alter Cadmus argiuus qui Boetias
thebas condidit.Tertius fuit qui in eadem urbe tyrannidem mollitus:propulſatus a Lino &
Zetho.quartus ſparthis bellum geſſit.Q nintus paulo ante ruinas troianas harmonia ſamo
thracũ inclytus.Qui cum a priſca uxore ob harmoniam certamen paſſus eſſet:rediens phœ
nicia detulit in græciam primus.xyi.numero litteras tudes non phœnicas. Sed Gallatarum
& Mæonum perſimiles caracteribus.Reſiduas paulopoſt Palamedes & Simonides medicus
Vltimus qui docuit ſcribere oratione ſoluta.cum ante litteras aduectas atq; poſt uernaculo
ſolum carmine uterentur.Hæc ille.Carmentem dicunt aliqui ſcriptores:quæ dicta eſt Nico
ſtrata Euandri mater.Q uæ demum Fauno ſe coniunxit.xyiii.litteras:inueniſſe.diligentiores
in Latium attuliſſe.unde carpitur apud Gellium ille qui oblitteratis & oſoletis utens uerbis
loqui uideretur cum matre Euandri.Deinde aiunt Siluiuum ludi magiſtrum diuo Auguſto
rege litteram x quæ pro cſ ponitur addidiſſe Z quæ pro duplici ſſ ponitur eo quoq; tempo
re inuẽtam mutuatoſq; ea latinos a græcis rem narrat Papyrianus alii inuentam a Cæſ.Clau
dio prodiderunt:Cor tamen Tacitus dixit Claudius tres litteras adiecit: quæ uſu imperante
eo poſtea oblitteratæ.aſpiciuntur nunc in ære publicandis plebiſcitis per fora ac tẽpora fixo.

Q uæ Differentia Litteræ ab Elemento. Caput. yiii.

Littera & Elementum hoc differunt:ꝙ elementum eſt uis ipſa litteræ ſcriptæ & i
diuiſibilis materia uocis articulatæ.Eſt.n.proprie elementum uniuſcuiuſq; rei ini
tium a quo ſummitur incrementum.& in quod reſoluitur. Figura elementi eſt
ipſa littera ſeu nota.Ad ſimilitudinẽ elementorum mundi ſunt uocata elemẽta.
Sicut.n.illa coeuntia omne corpus efficiunt.Sic hæ iunctæ:litteralem uocem quaſi corpus ali
quod ꝯponunt:Abuſiue elementa pro litteris:lĩæ ꝓ elementis ponũtur.ut Priſc.quoq; docet.

Vnde Littera Caput. .yiiii.

Littera dicitur quaſi legittera.ꝙ legendi iter prebeat:uel qđ in ceratis tabulis ſcri
berent inde delerẽt antiqui.Sic littera a lituris Martialis:Eſſe putas ceras licet hæc
mẽbrana uocetur delebis quotiens ſcripta nouare uoles.unde oblitterare dele.Cic.
p.c:beneficii mei memora priuatam offenſionem oblitterauit. Nec te moueat ꝙ
litura prima breui fit.ut Ouid.lachrimæ fecere lituras.Sic.i.addita ut ſella a ſedeo:refero ret
tulit.a relinquo reliquiæ:& a repello repuli.& a religo relligio.Quid ꝙ etiã in aliqnibus ſub
trahitur ut ab offa ofella:uel dic litteram dictam ꝙ legendo iteretur Diomedes notat.

De Accidentibus litterarum & inibi reſponſio ad grammatiſtas.
& contra Priſcianum de litteræ poteſtate. Caput. x.

Tria accidunt litteræ.Nomen:Figura:Poteſtas.Nomen quod eſt in pronuntiatiõe
ut a.Figura in ſcripto eſt.Poteſtas uis ipſa eſt pronunciationis.dicunt Grammati
ſtæ.Si poteſtas eſt in ipſa: & elementum eſt ipſa uis.Quomodo ponitur inter acci
dentia.Nam ex aſſignata differentia patet elementum eſſe ipſius litteræ eſſentiam
ſeu uim & poteſtatem ut etiam affirmat Diomedes.Reſpondendum eſt. ꝙ uis in litteris ca
pitur uel ſigillatim:uel compoſito:Elementa conſiderata ſigillatim non ſunt numerauda in
ter accidentia.Q uia per ſe uim ſuam ſeruant ut ignis aer aqua terra:ita a b c d. Si autem cõ
ſiderentur in compoſito:dicetur poteſtas accidens exemplum rei dat corpus quod ex elemen
tis compoſitis eſt calidum uel frigidum:qđ accidens reſultat ex compoſito:ita hoc modo.uis
iſta eſt accidens in litteris ratione compoſitionis ut t n quæ ſingulæ elementum ſunt nõ ha
bent tamen poteſtatem uimq; in eadem ſyllaba.Similiter.m.t.unde cauſa eſt cur emptum:
ꝓmptum comptum:ab emo ꝓmo demo.p.acceperint docet Priſcianus.x.Item b d.præpo
ſita non eſt.& econtrario in alienis dictiõibus:ut bdelium gũmigenus ut Pli. & Dioſcorides
medicique docent unde patet error Priſciani qui putauit lapidem.Similiter.l.p.anteepoſita non
poſſunt eſſe in eadem ſyllaba.Similiter x p unde errat uulgus q̃ ſcribit xp̃s pro chriſtus.Itẽq;
s præpoſita t:& hæc ratio eſt quare uerbalia in ſor careant fœminino in ſrix.ut curſor curſrix.
dicitur unde ab hac poteſtate coacta eſt euphonia ut a tonſor tonſtrix:& tonſtrina fiet.Ab ex
pulſor expultrix ab aſſeſſor aſſeſtrix.pro aſſeſrix.Expulſrix.tonſrix.Hoc colligitur ex Cleoni
de harmonico.hinc Priſcianus ductus eſt.Qui putauit:Nupſi.ſcripſi.Ideo b non ſeruaſſe cũ
prima poſitio ſit a b ut nubo ſcribo.quia.bſ.in principio ſyllabæ non ſit.Sed refellit illud qđ
abſolon uiri ꝓprium legitur & abſyrtus frater Medeæ meminit Strabo Euripides & Sopho
cles apud græcos:eoq; modo dicitur in litterarum compoſitione quo leſbos.Verius eſt igitur

quod antiqui dixerunt.p.b.affinitate gauiſas unde apud Ennium inquit Papyrianus nupo
ſcripo & contra rebo.Sed hodie nubo ſcribo repo:labor lapſus:ſic ſupplico ex ſub & plico:&
ſupplanto & ſuppeto & ſimilia.Grammaticus antiquus dixit:ut principio molliorem q̄ de'
cear faciunt uocem:ſic in fine aſperam ut ſcrobs arabs:celebs dicere igitur quoq; erit mollitiei
fugiendæ cauſa.p.poſitum:quæ robuſtiorem littera uocem reddit. Hac ratione cum aſuenio
diceretur prima lectione in ſecunda aduenio dicitur : contra .ſb. mollitiem græcam facit ut
leſbos.Quod dicitur referente Priſciano:ordinem eſſe poteſtatis:non probatur: quia ſequere
tur idem eſſe accidens & idem ſubſtantiam in eodem.quod eſt falſum.Rectius igitur Dio"
med.cum ait.Poteſtatem eſſe accidens ratione metrica.i.cum ad proprietatem ſuam a reliq̄s
ſegregatur.Nam conſtat ſingulas uocales denos habere fonos:uel plures: ut ex Chariſio dixit
Priſcianus:ut puta:a breuis quattuor habet ſoni differentias.Cum habet aſpirationem acui'
tur:uel grauatur.ut habeo habemus.abeo abimus. Longa uero ſex modis ſonat cum habet
aſpirationem acuitur:uel grauatur:ue circunflectitur:ut hamis:hamorum.hamos.& rurſum.
Cum ſine aſpiratione acuitur:uel grauatur.uel circunflectitur.ut aræ ararũ ara: Similiter aliæ
uocales poſſunt proferri iſta ergo poteſtas dicitur accidens a Diomede Nam ab hoc acciden
te aliud eſt quod dicitur elementum.

De Harmoniæ modo in litterarum formatione : & inibi laus latinæ linguæ
& aliqua de hebræis notis digna. Capit. xi.

HArmoniæ latinæ ratio in formandis litteris.Cum poſterior fuerit latina lingua Si
bi naturæ motu laudem ueram exponit Græcos.n.cõſtat ut docuit uel praecipue.
Nigidius:uel technice feciſſe:uel ab aliis accepiſſe gentibus litteras.Latini uero: nõ
graecorum more.Sed primum natura freti ſunt.Ideo damnandi qui latinis detra
hunt.Si enim harmoniam litterarum latinarum contemplaberis:natura eſt. Si graecam uel
imitatio:uel techna.& licet a graeca lingua ratio latina pendere uideatur:tamen id totum eſt:
Succurrente natura artem quoq; opitulari.Sic Papyrianus latini ſecuti naturam affluentiam
ex technis non ſunt adepti.Romani ingenio fecerunt impena Graeci arte dixerunt. Roma'
ni exempla fecere.Quae ſcripſerant arte graeci:uel praeceperant.Haec illae.Quaerunt gramma
tiſtae ſi uocales(ut patet)ſunt digniores:Cur primo loco non ponuntur : ſed interſeruntur'
haec ratio non poſſit autoritatem.Quia ſicut ex interpoſitione firmiorum q̄ infirmiora ſunt
ſunt auxilio perſtant ita uocales interpoſitae funguntur officio firmiorum uel ratio eſt natu
ralis pronunciationis qua eſt lingua latina.Didicimus hanc ex quadam annotatione Alberti
Mag.Hunc modo in ueritatis officio ſectari par eſt.quãdo nõ phraſis petitur.Et eo magis ꝗ
approbationem habere uidetur ex multiſcio Capella.Addita obſeruatione uerborum Teren
tiani.Qui licet ordinem nõ ſecutus ſit naturalem tamẽ poſuit modum Similiter ex Papyria
ni fragmentis quibuſdam colligimus.Ex quo ordine naturali ex prioribus ſcriptoribus excer
pto.Reſpõdere eſt illis qui petũt curioſe quare ſi circularis forma teſte Ariſtotele omniũ perfe
ctiſſima eſt.nõ praeponitur o quae circularis eſt:aliis litteris.Sic Albertus.Primum.A.pronun
tiãdo aperitur os in quo aperiendo.licet hebraei graeciq; conuenire uideantur . aliis tamẽ eſt
ſpiritus meatus in aperiẽdo igitur latino ſic quoq; Terẽtianus .A. prima locum littera ſic ab
ore ſummit.Immunia rictu patulo tenere labra linguamq; neceſſe eſt ita pẽdulam reduci ut
nexus illam ualeat ſubire uocis.nec partibus ullis aliquos terire dentes.Hæc ille. Deinde Al"
bertus comprimẽdo apertiuſculo ſtatim ore fit.B.be.Et haerẽtiuſcula lingua. C.ce . Ad haec
os aperiendo paruo linguae motu fit.d.de:poſt hos actus puta uox ſubit:eadeo uocalis.haec
Albertus.De hac littera ſic Terẽtianus.E.qui ſequitur uocula diſſona eſt priori quia deprimit
altum modico tenore rictum & lingua temocos premit hic & hinc molares:Haec ille.Subdit
Albertus.Deinde comprimẽdo labrum inferius fit.f.nec tamen fixis labiis pronũcianda quo
modo.ph.φ.Vnde ſifilus dictus quod inde ſibilus:eleuata uero labra ſuperius & inferius pau
cula linguae haerẽtia fit.Gẽ.g.Porrigẽdo acutam fit libera uox.i.cum pauco attractiõis quo
quia pura uox ad quam proferẽdam nullus accidit motus uel intercedat uocalis eſt.Sic enim
dicitur uocalis.ſ.labra uoce ſonãs.Haec ille.Sic Terẽtianus.i. porrigit ictum geminos prope
ad ipſos minimumq; tendet ſupero tenus labello:inquit Albertus.Et quoniam nulla ſemiuo
calis expers eſt uocis quam dixi purae ideo addita.L.in modo porrigendi facit moueri liguam
accipiẽs modulum primarium a ratiõe e ſequitur ſecũdus motus moduſq; labiorum qui fa
cit ſonum nulla nõ parte expeditum.M.Interior uero motus.Secũdus linguae facit.N. dum
linguae tãgit palatum ut ſcripſit Nigidius in grammatica.Et quia hos motus:& modus ſeq
tur hons totius formam quae eſt apertio in orbem fit o :a quo aliqui ideo uolunt dictum
eſſe os:Haec ille. Terẽtianus uero cum demonſtrauit noſtram o ſatisfacere p graeca o : & ω

ſubdit igitur ſonitum cum redere uoles minori retrorſus adactam modice teneto linguam: rictu neq; magno ſat erit poterit patere labia. A lõgior alto tragicum ſub oris antro molita ro tũdis acuit ſonum labellis. Proſequitur Albertus. hoc actus claudẽdi os cum pauco motu uel effli ctu poſita eſt p ſcriptiõe & ordine cui cõtrarius motus facit q unde nata eſt cõſuetudo ut ita ſcribatur poſt hũc motum lingua hærẽs palato facit. R. huic motui ſuperueniẽs ſpiritus facit ſibilum. ſ. in labris emittitur ſtãte muro dẽtium. Cum uero non inferius tantum: ſed ad hæſiõe dẽtium & linguæ fit. Sonat. T. labioꝝ ultimus motus i lõgum porrectiõe adueniẽte quali ſpiritu. V. ſonat ideo hæc mera uox ultima eſt quia ſuus ex quinq; modis hic eſt qui no uiſſime fit. Hæc ille. Vñ Terẽtia. ait. hãc edere uocẽ quotiẽs paramus ore nitamur ut V: dicere ſic citer ortus ꝓductius añ coeũtibus labellis: naturã ſoni proſſior altius meabit. Hæc aũt a no bis recitata affirmabũt autoritate uiri autoris nõ mediocris Capellæ Martia. Cuius hi uerſus.

Namq;. A. ſub hiatu oris congruo ſolo ſpiritu memoramus.

B. labiis per ſpiritus impetum recuſus edicimus:

C. ſuper molaribus linguæ extrema appulſis exprimitur

D appulſu linguæ circa ſuperiores dentes innaſcitur.

E. ſpiritus facit lingua paululum preſſiore

F: dentes labrum inferius ddprimentes lingua palataq; dulceſcit.

G. ſpiritus cum palato

H cõtractus paululũ faucibus uentus exhalat.

I. ſpiritus prope dentibus preſſis.

K. faucibus palatoq; formatur.

L: lingua palatoq; dulceſcit.

M. labris imprimitur.

N. lingua dentibus appulſa collidit.

O. rotundi oris ſpiritu comparatur.

P labris ſpiritus erumpit.

Q. appulſu palati ore reſtricto.

R. ſpiritum lingua Criſpanti.

S. ſibilum facit dentibus uerberatis.

T. appulſu linguæ dentibus ipulſus excutit.

V. ore conſtructio labriſq; ꝓmulis exhibetur.

X. quicquid cſ. formatur exſibilat.

y. a preſſis labris ſpirituq; procedit.

Hactenus Martianus formauit litteras Ita ut aliquas quæ ſuperfluæ habitæ: ſine ſubſtãtia uo cis ſignaret. ſicut h unde aſpirationis nota iure capitur. Aliquas formam ſimplicẽ habere uel minimam ut. R. &. q. Aliquas manifeſte ſuperioribus per ſucceſſionem ex arte cohærere adeo ut natura potius aſpirare uideatur ut. x. y. quæ ſane non naturales latiæ linguæ ſed adiectitiæ uel artis quæ tamen indiſcriminatione latine cogitationis eſt: Vnde ait Quintilianus de. hac littera tam carere potuimus q̃ ſi nõ queſiſſemus. Sed quia aliter græci & aliæ linguæ ſeruarũt modum. hinc diuerſitas conſecuta eſt. Conſtat. n. linguarum genera diuerſa diuerſos motus effingere in aliquibus tamen natura concedente cõuenire: exemplo tum græca tum hæbrea eſt docet Euſebius libro decimo præparationis. Alef. hebræi. Græci: alpha. Latini. A. Quia aper tio oris ex ipſa generali natura eſt hebræi. beth. græci: uita. latini: be ex ipſius labiorum moti bus. hebræi tertio loco. Gaud. græci pariter Gamma. in illo uero guttur eſt & conatus naturæ in hoc remiſſor in illa, aſperior in illis duabus linguis e quinta eſt quia liberius natura princi pio ferebatur ultima lingua latina eſt. quid ꝙ zain dicunt hæbrei: inde græci Zita: Ioth illi hi Iota thet: illi græci uero theta Perſius ſi potis hic nigrum uitio præfigere theta. Cab dicit hebræus. Cappa græcus. labd ille hic labda. hebræus Men. græcus mi. Ille phe græcus phi. he bræus ris græcus ro. ſen hebræi græci ſigma. Mitior græca ut pote iam molieſcens te (ut te di cam) natura a conatu gutturis barbari abhorruerit licet. tamen a barbaris accepta eſſe ſignifi cat & mollitiei ſuae ſeruandae nonnulla arte addidit. Itaq; ſi recte comtemplemur hebraeas phoenices eſſe a quibus graeci primum natura quidem ſunt elementorum ſed arte deuiarũt. latini uero natura freti duce litteris naturalibus ꝯtenti fuerunt. Quod uero ab hebraeis phoe nices a phoenicibus graeci acceperint: docet Euſebius. Quia ſingulae litterarum hebraearum ſignificatiua ſunt elementa quod aliae linguae inde non habuerũt. Aleph. prima eſt hebraeo rum & dicitur diſciplina ſecunda beth domus dicitur. tertia gimel uocis pleuitudinem ſigni ficat. quarta deleth librorum dici poteſt. Quinta beth complexio eſt diſciplina domus pleni tudo librorum. Referũt Euſeb. & Hieronymus he, iſta uau: haec Hieronymus ad paulam Vr bicam ut uero Euſeb. in ipſa dici poteſt. Deinde Zain. i. uiuit ab hoc uerbo docti putant fieri quod apud graecos eſt Zoi uita. Keth uita ut Euſeb. exponit in ipſa uita uiues. Hieronymus uero iſta & haec uita. Nonum theth dicitur. i. bonum Et ita uterq; Hieronymus & Euſebius exponunt. Hinc aliqui. g. o. mortis eſſe dicunt quod eſſet aliquorum placitis. Decimum Ioth. i. principium quae ſimul poſita dixit Euſebius bonum principium ſignificant undecima eſt Caph. latinae tamen. Duodecima lambd. quod interpretatur auxilium. male notatur ab im preſſore Euſeb. ſanu. pro lamec. ut ſignificat Hieronymus. Eſt autem totum ſimul. tam totũ

di'ce.Hieronymus caph manum dicit.Lamech diſciplinæ:men ex ipſis nterq; affirmat': Nũ ſempiternum.A in fons uel oculus.Samech adiutorium.hoc omiſit interpres Euſebii.phe os ab ore non abeſſe ſignificat Hierony.& Euſebius non diſcrepat.Sicut in ſade.i.iuſtiria. Simul e't ſenſus omnium elementorum eſt.Hic eſt diſciplina domus plenitudo librorum hæc ipſa uiuit uiuens bonum principium.tamen diſce ex ipſis ſempiternum auxilium. fons auté oculus atq; os inſtitiæ uocatio capitis & dentium ſigna.Elementorum igitur ſignificationes aliæ gentes non habent.Ordo autem litterarum Hebræarum hic eſt.

Aleph'Beth'Gimel'Deleth'Vau'Zai'Eth'Teth'Ioth'Caph'Lamech'Men'Nun'Samec'Ain: Phe'Sade'Coph'Ris.Sen: Tau.

De Numero ſecundum Technicos litterarum latinarum ordineq; earum didaſcalico Caput .xii.

Ittere latinæ quibus utimur (Si Diomedẽ ſequimur) tres & . xx.Si uero Plinii grãmaticen Papyrianumq; intueamur octo ſunt additis decẽ.Quoniam ipſe aſt.y.z. ſunt græce'k'q'ſuperfluae h non littera'Sed aſpirationis nota.Alii.h.remota faciũt xxii.Priſc.xvi.antiquiſſimoq; exemplo.de quo iá dictum eſt.deinde additas duas uidelicet.f.x.quod dicunt a Claudio & Auguſto.Diomedes uſu communi locutus eſt.

A b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y z

Vtimur iis figuris pro litteris.Sed tamen in græcis dictionibus y Ita eſt ut nulla teſte Seculo dictio latina ẽ quæ eam accipere queat. Z.uero.& ſi a græcis mutuati in latinis tamen (ut ait Papyrianus) dictionibus poſitam inuenimus & admiſſam nam betizare pro languere dixit Auguſtus.quod & affirmat Suetonius & cytharizare & pluria ab autoribus.

Nomina litterarum diſtinctio. Caput. xiii.

A.be.ce.de.e.f.ga.h.i.ca.l.m.n.o.pi.cu.ro.ſima:ut græculi eſima:ut latini:qui ſemiuocalem'te u.x.ypſilon.uulgo:docti ia.

Litterarum quædam naturales:quædam adiectæ. Naturales.i.quæ primo natura linguæ latinæ pronuntiationis excogitauit.Sunt.xvi.de quibus iam.Adiectarum aliæ ſunt figuræ.i. figura tantum habitæ hæ ſunt.k.q.his æqua eſt.c.una eſt aſpirationis nota.h.quædam excogitatæ quæ uim & formam ſeruant hæ ſunt tres f z x una quæ ob græcas dictiones y ab inuentore Palamedæa dicta & pythagorica q; ea uſus ſit pythagoras:ut mox dicetur.

H'proprie dicitur nota aſpirationis.i.uocis augentis uim pronuntiationis ut ora hora.ſic etiã oh cum eiulantis:& plorantis q; augeatur ip uim o uocando docet Papyrianus ex illo Plautino captiuo'oh'oh:eiulatione haud oPus eſt:unde Gellius libro ſecundo ſpiritum magis q̃ litteram dici oportere ſcribit:antiqui.n.inſerebant pleriſq; uocibus uerborum formandis roborandiſq; ut ſonus earum eſſet uiridior uegetiorq; exemplo linguæ atticæ ι χουμρον .i. piſcem pauperem:multa deinde alia cum morem gentium græciae caeterarum inſpirantis primae litteræ dixiſſe ut lachrymæ:ſepulchrum ahenum:uehementis icchoare helluari hallucinari:honero:honeſtum:quæ ea dictione aſpirationis nata quaſi quibuſdam neruis additis intendi uidentur.ex illo apparet Virgilii luce coeruſcus ahena:hæc ſententia Gellii uidetur aduerſari Priſciano:qui uoluit q; h uocalibus ut minimum ſonarent addita eſſet'ego magis accedo Gellio & Papyriano:iccirco q; uocalibus addita multum uegetat excitatq; uocem languidam.ut herennius'ahena uehemens'addi uero conſonantibus ut plurimum ſonet augeatq; uocem ut pulcher.lachrymae'de qua ui reſpondemus ex Papyri . illis qui uolunt h eſſe litteram eo uerſu terga fatigamus haſta'Hoc exemplo Bedas ſacerdos in libro de metrica ratione atq; adducit alium uerſum uox humilis mœſto deiecti lumine terram & uim mors fera pro hominem miſerum ſibi ſubdidit orbem ſed haec carmina poſtoriora non ſunt ueri poetæ ad Virgilianum igitur Papyrianus ait autoritate Palemonis. Virgilium rationem potentiæ litterarum ſeruaſſe nam ſibilo addita aſpiratio ſonus uberior elatus qui ſignatur per aſpirationem uidetur ſyllabam breuem augere ita augere ut breuitatem excedat.In eo igitur Maro ſicut in plurimis obſeruationem ſpiritus oſtendit in tenorem:Sic etiam in tertio libro ſi pereo manibus hominum periiſſe iuuabit.dicet pinguis ille doctor.ea dixit figura qua ſteteruntq; comæ dictum.Aliqui acriores putarunt eſſe litteram eo uerſu Virgilii.poſt hac ita coiiſſe ſamo hic illius arma o & enim abiiceretur niſi h non eſſet littera . non aduertentes'o' aliquando etiam non abiici.ut penelope ouidiana . O utinam tunc cum lacedemona claſſe petebat.Et in primo Geor.Ter ſunt Conati componere pellio. oſſae & alibi ſub Illio alto & alibi clama:ſent ut littus hyla hyla uẽtus omne ſonaret.Quid q; & aliæ quandoq; litteræ ut inſulæ ionio in magno & illud uale uale inquit Iola'& Martianus Corpore noſtro equiuaraſſe iouem quid reſpondebitur uerſu Virgiliano Dum trepidant it aſta taho per tempus

utrumq; & Catuliano Iam ueniet uirgo iam dicetur himenæus: præterea nomen litteræ eſſe
acca: quod & ſi uaneſcit in pronunciatione dicunt ui tamen remanet: Iccirca accha dici quia
ab ecco ideſt uoce repercuſſo aere reddita in quibuſdam locis dicitur. Sed nota Grillum qui
dem litteram flatilem dixiſſe ad Virgilium: & ſine nomine niſi abutamur græcanica fictiõe.
Non eſt igitur nomen naturale quod expetit latia lingua: ſed abuſiõis græcae æmulatio qua
dicitur eccho uox aſſonans. de qua ſic Auſonius Aeris & linguæ ſum filia mater inanis iudi
cii uocem quæ ſiue mente gero. Extremos pereunte modos a fine reducens ludificata ſequor
uerba aliena meis. Auribus in ueſtris habito penetrabilis Eccho. Et dixit Martianus ut iam di
ctum eſt de h. faucibus uentus exhalat: Probant quoq; litteram ꝙ muretur in alias litteras: ut
in iis traho traxi: ueho uexi: & compoſita & cum dicitur heſper pro ueſper. Sed poſteriorem
rationem Papyria. refellit traxi uexi dicta ab antiquis Cum ſcriberent ueſo: traſo: non eſt igi
tur h ſed f. uerſa. Id Vergilianum it uerbum dicendum eſt it proiuit. quidam affirmant ge
minata ii Virgilium ſcripſiſſe atq; iit longam ut dii. Exemplum uero Catulli excuſari Enee
meri de qua Terentianus. Sicut multa alia pentimemeri. heptimemeriq;. Parciſſime uero in
quit Fabius: uſi hac nota ueteres cum diceretur edos ircos diu teſeruatum eſt ne in conſonan
tibus applicaretur ut in græcis triumpis dicebatur. olim choronæ chenturiones. præcones ad
huc inſcriptionibus quibuſdam maneant: qua de re Catulli nobile epigrammata. Hæc ille. Id
autem Epigramma eſt de Ario: quod quoniam a uiris doctis palatum eſt: uitium dicemus
& finem chommoda dicebat. Si quando commoda uellet: dicere & inſidias arrius inſidias.
Finis uero eſt ionios fluctus poſtꝙ illuc arrius iſſet iam non hionios eſſet ſed ionios. Irridet
Catullus. Illum dediſſe aſpirationem inutilem dictioni: Cum antea parciſſime abſtinerent
niſi ubi eſſet firmare & roborare uocem ut Gellio autore quoq; diximus. Miror Pultianum
enarraſſe rationẽ epigrãmatis: nõ ut ex Gellio propoſuimus. Et ante illum Herodianus Ni
gidius: & Didimus. Eadem ratione: ut idem aſſeuerat. Cum priſci pauperes exilitati indulge
rent: remota h dicebant triumpus a poſterioribus ut ſonus uegetior fieret & uehementior
ut res poſſit omnium ſumma conueniret actu ſummos: addita eſt aſpiratio h. Re uera trium
phus a triumuo ideſt libero patre (Sic dixerim) inflexum eſt autor Varro. Priſcianus dicit trãſ
poſitam aſpirationem. Sicut apud græcos κυθρα pro χυτρα ενθαυτα. pro ενταυθα Sic
a triumphus triumpho: ſicut uelum uelo uelas: a rex regno regnas. profiteor (ut Plinii uerbis
utar) me mirari Priſcianum tribuiſſe græco uerbo æolico θριαμβευω. Et quod magis eſt
non aduertiſſe ex Papyriano b f ſibi inuicem interim fuiſſe mutuatas unde ſibilus ſifilus
ſifilare pro ſibilare. B uero a græco β uenire in harmoniam. Etiam b in p: ut nubo nupſi:
ut alias diximus: redeo ad Fabium & dicentem. Durat ad nos uſq; conſuetudo loquendi ue
hementer. Cõprehẽdere mi pro mihi nunc uero centuriones præcones uehementer compræ
hendere mihi. quod ut ait Papyrianus addito ſpiritu efferatur non ratione elementi ſicut ni
hil. in uſum. receptum eſt. Aſpiratio in media dictione cum c poſita eſt tantum ſi Seruio
credimus: in tribus dictionibus pulcher deinde ſepulchrum orchus. Hoc in patrio caſu or
chi & dandi orcho. & deinde orchum orche fieri docuit: niſi dicamus abiici ut interim in græ
cis ad nos uenientibus abiici ſunt chere: cere urbs olim Agillina: In quo tamen eſt contentio.
Proſeuchi. Cũ ꝓ orõe ẽ ch: pro loco in quo mẽdici. c. ſimplex Iuuenal. i qua te q̃ro ꝓſeuca.
Sic etiam apud nos bara: ara: hamo: amo. ripei montes archadiæ: Riphei montes in ſcythia.
Seruius docet. auris ab haurio: dignoſcatur ut a ſecunda perſona uerbi docet Papyrianus. Sic
autor amiſiſſe αυθεντειν dicere poſſumus: licet quidam economi aliter ſentiant. Charus qui
dam ignarus c ſimplex ſcripſit. non carus a carendo loquor.

Nota aſpirationis nunquam ponitur in fine dictionis latinæ niſi interiectionibus quod eſt
prabante Priſciano per apocopen nam perfecte ſunt uaha: ahb: abſiſſa eſt uocalis remanſit
tamen aſpiratio. propter (ut antiqui tradunt) tenoris adminiculum: pendens uocali. Quia
ſuum interiectionis eſt uoce implicita proferri & pene latenti. Quidam Ieſus per aſpiratio
nem ſcribunt uulgo quoniam apud græcos. ιησους Ieſus ea uero litteræ apud græcos di
citur ita quæ apud nos uertitur in e longum ut Calliopi callipe. Grammatici grammaticæ
phreniſis phreneſis chriſtus. ch. aſpiratio docti ſcribunt at uulgus xpus per x p q; latinas lit
teras. Eo errore ꝙ x apud græcos ſcripta dicitur chi apud nos aliter ut alibi dictum eſt lin
gua latina non admittit eadem ſyllaba h obſeruatum quoq; eſt h ante n conſonantem
ſimiliter ante i conſonantem poſitam. unde hiulcus deprehenditur eſſe triſyllabon. Cum h
habeat ante i. nam tunc eſt uocalis obſeruatio igitur notæ non ratio. Nam ratio cur h ſcri
batur hiulcus eſt primitiui hio hias: docet Papyrianus ab hio igitur hiulcus inflexum eſt.
Quod uero dicit Priſcianus Iccirco a græcis. θ. pro ph. χ. pro ch. ideo poni quia c p t: iun

guntur cum aſpiratione:ut bacchus:theophilus:chriſtus:dicat Priſcianus uel alius pro eo quid
cauſæ eſt q ſi r.quoq; aſpiratur ut Pyrrhus non non rhi litteram quæ rh.ſonet fecerint græ-
ci:recurrerer ad accentus. quid nitidem in ſuperioribus.Inſtabit nõ natura ſed artificium eſt.
Sunt quædam litteræ mediæ,quæ nec penitus carent aſpiratione nec eam plenam poſſident
b g d.D.autem ſæpe litteræ cauſa decoris apponitur docente.Macrobio. ut teditur redibet
redintegratur rediuiuus ſimiliaq; Dianam & quaſi ianam appoſitum d :cauſa tenoris.
G. non niſi apocopatis finem dictionis habere poteſt ut ueſparug. Quod erat In pului-
nari ſolis iuxta ædem Quirini. Veſperuginem accipimus dicit. Quintilianus quare autem
id fiat lege libro octauo.eiuſdem.

I. Plerumq; ſibi inſidet ut Fabius.exemplo eſt conlicio.Sed in maiia & alio uerbo ut conſo-
nans eſt poſita i pro u: optumus Primum a Caio. Cæſare. Deinde etiam Martianus
nos optimus iis uerbis ſibi inſider ab is.Plinio ſcribente meminit Priſcianus.ratione differen
tiæ a uoce recti:ſimiliter diis ut differat a dis præpoſitione iis uerbum geminata ii notare.
Priſcian. ſed excidit in ſecunda lectione. In prima quoq; lectione ſolebant antiqui quando
i ponebatur inter duas uocales uim ſuam ſeruantes duplicare ut eiius pro eius. Pompeiius
ulteriius Caiius aiio: Queſitum a pleriſq;.Cum notatur.iii.Significetur ne tertio uel tertium
Et utrum ex figuræ ſint litteræ an docti modus. Reſpondero Autore Gellio. id antiquum
eſſe & laudandum ſed non eſſe litteras.Sed quaſdam lineolas.Quia (ita reor) non funguntur
officio litterarum. Nam teſte Quintiliano.Litteræ hunc uſum habent ut cuſtodiant uoces &
uelut depoſitum reddant legentibus:idq; exprimere debent:quod dicturi ſumus non ſignifi
care patet multa enim ſignificant quæ nou exprimunt.nec ad rem ueniunt. Quæ per no-
tam eſt. Gellius cum dixiſſet autore Cicerone ſcribendum Ter: pro tertio:uel tertium quod
aduerbium eſt.ut ea uox uel dictio uerbi ambigua lateret. Quia aliqui dicebant tertium:ali-
qui aduerbialiter tertio.ut ſi dicam tertio conſul uel tertium.i. Ter ſic ait. Id autem quod
Varro & Tyro dixerunt:in eodem nunc theatro nou eſt.Ita ſcriptum.Nam cum multis an-
nis poſt ſcœna quæ prociderat refecta eſſet numerus tertii conſulatus non uti initio priori-
bus litteris Ter.Sed tribus tãtum lineolis.iii. inciſis ſignificatus eſt.Haec Gellius lineolas non
litteras dicit ita igitur numerorum figuræ non litteræ ſunt dicendæ. niſi ut homo pictus &
qui uiuit uitam.

K. Vt ait Fabius quorundam nominum nota eſt ex iis uerbis putant quidam kalendas ſcri-
bendum.Alii uero Calendas. licet id legatur in quodam opuſculo quod aiunt eſſe Probi
Grammatici.Sed non eſſe Probi contenderim. Noui & uidi religioſum uirum: qui multa
Romæ & Neapoli uiderat litterarũ monumẽta exciſa marmoribus ſe iactare quod congere
ret in opuſculum. Vnde uereor ne clanculari factus.(ut ita loquar) liber ille ſit k ſola ponẽ-
da eſt.ut Quintilianus k quidem in nullis uerbis utendum puto niſi quæ ſignant. etiam ut
ſola ponatur Hoc eo non omiſi:quo quidem eam quotiens a ſequatur neceſſarium credide-
runt. Cum ſit.c.littera quæ ad omnes uocales uim ſuam perferat:Hæc ille.Et alibi. ex iis eſt.
C.quæ ſcribuntur aliter quam enuntiantur plerumq; ut.C.pro Caius Gaius profertur. Si-
militer.Cn.pro Gneus:eodem docente.K.Similis eſt.q.effectus ſpecieq; niſi q paulum a no
ſtris obliquatur ut aqua:quis:quattuor:& hanc ratione Priſcianus dicit. Q.non eſſe propter
aliud niſi propter u litteram ut oſtendatur ſequens.u.alteram uocalem in eadem ſyllaba po
ſitum perdere uim litteræ in metro.Sed ut ait Rhemnis Palemon.ſi Papyriano credimuſq;
eſt aſpiratio uehementior u litteræ.Nam ſi addimus.c.& ſequatur uocalis non efficietur cõ
ſonans ut cui modo quo dicimus qui. Illud notetur quod Cato in Criginibus dixit ſabini
Ethruſci.A. caruerunt.Q.littera unde curin & curinum dicebant quod nos quirin & quiri-
num.Non nulli.Cum ſi præpoſitio eſt.C.ſcribitur ſi aduerbium .q. dupliciq; u. At Fabius
ſignificat inter in ipſas ineptias euanuiſſe.

L.dixit Plinius:habet triplicem ſonum.Exilem quando geminatur.Secundo poſita loco il-
le Metellus pleno ſono eſt quando finit nomina uel ſyllabas & quando habet ante ſe aliquã
conſonantem: ut ſol: ſylua: flauus. clarus:medium autem ſonum habet in aliis uel lectus
lecta lectum.

M.obſcura eſt in fine.N.In principio & fine plenior:ut nomen ſtamen. exilior eſt In mediis
ut animus:amnis:damnum ita in ſe conueniunt.m.n.ut eadem ſyllaba præponi non poſſit
n.ſed.m.ut Mneſteus omnis.quod uero Priſcianus dicit.n.liquidam eo uerſu Ouidi.piſco-
ſam q; gnidon grauidamq; amathunta metallis:non poteſt uerum eſſe a ratione ſyllabæ qa
ſequeretur q principium ſequentis dictionis haberet nam præcedentem dictionem lege me-

trıca uerbi gratia uerſus eſt Virgilıi confixi a ſotiis nec te tua plurima panthu tua ratione ſyllabæ ſequeutis ob liquidam eſſet communis quod eſt falſum namq; a latino caſu recto finita ſemper breuia.Stari.ii.Theb.Sudor ibi arcano florentes igne ſmaragdos. gne communis eſſet ea lege:quod inauditum eſt·Sic detegitur alter error:Cum ait illud Horatii linquimus inſani redentes ſcriuia ſcribæ.ubi a communem putauit ideo error dicitur quia caret exemplo nullus ſcribentium quales Terentianus & Ruffinus Diomeſque id ratificant. Et illud Chariſii & Herodiani quod nominatur decimo uolumine quotienſcumq; regula caret exemplo eſt iure improbata.Et uerſus Virgilianus probat Errorem ſexto Aenæidos ait Aduentante dea procul:o p culeſte pfani ſi uera eſſet ratio Priſciani.a.eſſet ob liquidam cōmunie in .vi. caſu quod eſt falſum.nam ſemper longa eſt.Similiter eſte profani ·e. fieret communis quod nuſquam legitur.Non ignoramus accentūs interim biſſyllabi a ſequentibus capi. Sed aliud opus eſt. At dicet quæ coniunctio ratione ſequentium Lege illa communis habetur ut lappæq; tribuliq; Virgilius:& alibi tribulaq; trah.æq; & myſtica uannus Iacchi. Sed non eſt mirum nam alibi. Steteruntq; comæ. Et indecores co.contra naturam.Dicta. quæ apud alios parcius habentur.

Be.dicendum.Sic Martialis ad Codrum dicas me beta togatorum. quia dixerat alpha penulatorum.Sic Iuuenalis poſt alpha & beta puellæ.Illic beta Martialis pro ſecundo accipit a litteræ ordine antiqui belena pro Helena bruges pro fruges autor Papyrianus.

De.ſimiliter quia illi delta.

Ga.Item quia illi Gamma.Sed quia hæc littera non ſine aſpiratione eſt.quidam a græcis abeſſe uolentes.alio modo pronuntiant.Plato in Cratylo inquit labentem linguam g.remoratur.inde labentem litteram labd interpoſuit formauitq; gliſcron.i.lubricum. glyci dulci.gliodes uiſcoſum luculentum.

Pi.d cendi græca:arte:aliqui ut latiniores uiderentur e addiderunt.

S.Ciceronis temporibus ut Fabius docet paulumq; infra fere.quotiens media uocalium longarum uel ſubiecta longis eſſet geminabatur:ut Cauſſæ Cauſſus diuiſſiones: modo & ipſum Virgilium quoq; ſcripſiſſe manus eorum docent. Ab antiquis interim habitam pro duplici ex eodem accepimus·Exemplo eſt Horatius.i. Serm. Indormis inhians & tanquam parcere ſacris. Virgilius quarto Aenæidos pectoribus inhians ſpirantia conſulit exta.xi.oratis equidem & uiuis concedere uellem.Quod ideo factum a Virgilio putant ꝙ priſci in fine dictionsi.ſſ.plerumq; notarent:ut Coſſ.pro couſules.Item eo uerſu tertio Aenæidos.Si pereo manibus hominum periiſſe iuuabit.Sed aſpiratione id factum eſſe oſtendimus. Aliquando.ss uim flatilis habuiſſe conſtat. Virgilius Antiquitatum memor abiiciendum propoſuit eo uerſu Inter ſe couiſſe uiros & decernere ferro.Sic Ennius referente Papyriano Egregie cordatus homo.Catus Hælius ſextus.Catullus affixus roſtris tu dabis ſupplicium:In eo loco Maronis & aut ouium fœtus aut ueteres culta capellas. Victorinus quoq; in commentario adducit uerſum Lucretii·Nam fierent ſubito iuuenes ex infantibus paruis.Sic habetur quaſi eēt Infantibu paruis ſubtracta.ſ.littera.Et Ennius(ſubdit ipſe uictorinus)uim illa dignus locoq; quaſi dixerit dignu locoq;:Smiliter Lucilius cum lateralis dolor certiſſimus nuntius mortis.Pro laterali dolor certiſſimi nuntiu mortis.Hæc ideo recenſui ut illi qui uolunt.ſ.ſequētis abiici Priſciani errorem connotent:& Donatus in arte prima ait.s.litteræ ſuæ poteſtatis eſt quæ in metro uim ple umq; conſonantis amitat.Et Beda inquit linqueſcere quādo ſubſequitur altera s.ergo prius eſt liquida;.

T.aliqui ta.aliqui te.utrumq; græcienſe eſſe uidetur.Sed natura eſt latina:ut te.Non eſt inter uulgaria quod dicitur.St.Nota ſilentii·Terentius in phor.non is oſecro ē quem te ſemper dicti.St.quid has motuis foras:Plautus in pſeu .St. tace tace meus hic homo ē in oēs dii atq; homines deſerant nouo conſilio mihi opus eſt Idem in penulo. St. tace quideſt foras fecerunt magnum flagitium modo.

Zeta:dicendum ut aliqui quod græc.zoi. ait Sonus non conuenit non noſtra ſſ geminatum ſignat.Damnatum ab Appio Claudio deteſtante:ut docet Martianus quod dētes mortui dum exprimitur imitatur.Claudius Caeſar addiderat antiſigma litteris quæ erat.p præpoſita.ſ:quæ græce dicitur pſi. Scribebatq; hoc modo X. Sed nullo approbante auſi ſunt mutare priſcam ſcriptionem.Nam arabs pelops celebs princeps:omnes ſcribunt.

X: pro cſ pronunciatur & pro iis litteris. Ponitur pro gſ dicit Plinius gregs unde gregis uenit aliquando pro ſſ duplici:ut Vlixes Vliſſes:græc. οδυσευσ animaduertit errorem Cæſar Auguſtus eius qui ixi pro ipſi ſcripſerat.Claudius id conatus ſeruare non potuit.

Hia a peritis dicitur quod uulgares & plebei phia: Semidocti graeci ipſilon: hia dici docet Ouidius Fabula iacinti pueri libro decimo. Et ſane uocem gemitus ſuſpirii dictam legimus quod conenit narrationi fabulae: inde hunc ſenſum accipio Plinius uigeſimo dicentem Hiacintum Comitatur Fabula duplex: luctum praeſeferentis eius quem Apollo dilexerat: aut ex aiacis cruore diſcurrentibus ita uenis editis ut graecarum litterarum figura legatur inſcripta graecae antem litterae ſunt y a non (ut rudes) ph. non enim eſt p in eo flore & littera neq; h apud Graecos eſt littera ſola: Noſtre opinioni accedit Seruius: & Vrbanus Grammaticus. Cum dicit y litteram lugubrem exiſtimatã. yacinti fabula. Naturali quoq; exclamatiõe qua ululatus fit. Si acuitur. Si uero grauior fit. u. unde ululatus. Cõuenıũt quae mox dicẽtur de u lra.

Quod Ordo Litterarum ſic ſe habeat ut propoſitus eſt: Ex conlectura eorum quae ab Autoribus accipiuntur: oſtenditur. Et qui primus notas Commentus ſit apud Latinos. Caput. xiiii.

ORdinem Litterarum eo quo praelibatus eſt modo: ita eſſe ex conlectura probamus. praeter aſſignatam naturae rationem. Ex autoribus repete prouerbia Senecae quae litterarum diſpoſita ſunt ordine. Deinde obſerua quae Suetonius in. C. Caeſare uerba. Extant ad Ciceronem & familiares domeſticis De rebus litterae. in quibus ſi qua occultius proferenda erant per notas ſcripſit: id eſt ita ſcripto litterarum ordine ut nullum uerbum effici poſſit: quae ſi quis inueſtigare & perſequi uellet: quartam elementorum litteram ea eſt d pro a: & per inde reliquas commuret. Quintilianus. xii. Significat quoq; hunc ordinem. Ibi enim ſextam dicit litteram. F. & nos eo loco poſuimus ubi caput eſt de litteris. Quae faciunt orationem latinam non dulcem. Et primo dixit x ultimam litterarum noſtrarum: & hac ratione. Cum per notam ſcriberet Auguſtus: ponebat loco x a a. duplex ut ad principium recurreretur ad illam ſignificandum. Cum aliis elementariis ſignificandis. Secundam uſurparet pro antecedente. Primus ut ſcribit Euſebius. Notas litterarum commentus eſt Tyro Cicer. libertus. Quod ſi eſt: Significatur litteras fuiſſe: Sed ordine & forma uariis piſca aetate. Poſterius uero non litterarum formam: ſed ordinem a natura ſeruatum: praecipiente ut e ſcriptoribus antiquis accepimus Romulo grammatico.

De Pictura probata Litterarum: Caput. xv.

IN Litteris (ut docet Capella) Quaeſtio gemina diuerſatur. Naturales. n. ſunt & effictae. Naturales ſunt quae inſinuante natura Nomina in loquendi ſubſtantiam procreatae ſunt. Effictae ſunt quae artificioſae In lineas deſignatae: ita ut ex ea parte qua ſia pronunciatio: ſeu elementum uocis: naturales: ex ea parte qua ſcribuntur effictae uocantur. De effictarum igitur lineolis uidetur locus dicendi appellaturq; apud Plato. Pictura. Conſtat enim uel docente Didimo: ut refert Papyrianus: harmoniam litteralẽ eſſe uim litterarum quae auribus inſpicetur. picturam litterariam eſſe ſcriptionem: quae duae artes cum magis altera auribus altera oculis ſatisfaciant ad oblectamentum merito a grammatico qui eſt limen humanitatis uel ianitor obſeruantur. Haec ille. Soliti ſunt aegyptii in obeliſcis formarum in numeras notas per effigies ſcribere quae hieroglyphiticae litterae appellantur. Meminerunt Amianus Marcellinus & Plinius. Apud nos uero nota dicitur forma uel effigies litterae unde notare ſcribere. Et notarii qui ad ſcribendum. Si quid celeriter notandum eſſet inſtituti: unde Martialis Currant uerba licet manus eſt uelocior illis nondum lingua ſuũ dextra peregit opus. Inuenti autem a Cicerone ut Plutarchus docet. Illud tamen ſerua Scribi per notam eſt quando ſingulae litterae ſpecialiter ſignant uim rei. Gellius enim libro. xvi. dicit in epiſtolis. C. Caeſaris inueniuntur litterae ſingulariae ſine coagmentis ſyllabarum ex quibus uerba confici nulla poſſunt. Probus grammaticus Commentarium ſatis curioſum fecit de occulta epiſtolarum ſignificatione Commẽta. Caeſaris Suetonius ſcribit & Auguſtus ut proxime dictum eſt. ait Suetonius quotiens per notam ſcriberet. i. Zipharam.

A. Littera ſcriptum marmoribus uel excuſum perantiquis Romae. A. ut ſaepius uidimus Põponius fortunatus & ego: & uera feram inibi plura graeca quoq; ſic notata. Et interim. A. in tantum. α. quae ſi contẽplem: in obſeruatio eſt naturae: illud notatu dignũ iudices in ciſtã tabellas conicere ſolitos q̃ haberet litteras innotatas abſolutoriae ſiue condẽnationis. A. ponere qđ eſt ſignum abſolutoriae tabellae. C. condemnatoriae. Ignotoriae uero. i. quae inter abſolutoriam & damnatoriam. Signum erat. N L. quod ſignificabat non liquere: legitur ex pediano.

B.ita affirmat Herodianus:Et uidetur ab eo quod græce eſt·B·huius notæ duplicem formã
ponit Papyria.alteram dicens negocioſioris b quiſuelocius ſcriptionem procurat.
C.ſcribitur·figuram hanc dixere grammatici ſemicirculum. Inuenitur alicubi. Qui
uero æmulati græcos .κ. Sed inter uanos habit·.
D.ſcribitur·& inuentum ubi dictum eſt quod imitatur deltam.i.triangularem græce litteræ
formam unde deltoton aſtronomi ponunt ut Higinius Aratuſq; & alii docent unde locus
Nili delta.Si uero latine ſcribere uelimus:docet Priapeium carmen hoc diſticho.E.D. ſi ſcri·
bas temonemq; in ſuperaddas qui medium uult D ſcindere pictus erit. nõ ignoro plero aſ·
firmare ſic legẽdum quæ :.ε b.ſi ſcribas.& in altero qui mediũ uult b ſcindere pictus erit. nõ
eſt locus de fide chriſti.ſuum opinaturis relinquimus iudicium.
E.ſuperiore patet autoritate alicubi eſt uidere.E.aliis quoq; modis uitio ætatis fiunt.
E.in æolico digammate enarrabitur.Hæc in marmoribus antiquis uerſa hoc modo ligitur.ᴲ
ᴲ.iſti enim duobus modis digamma notatum.
G. Primum eſt ut uideatur imitati Codeæ formam.Alterum quoniam .C.quãdoq; mu
tuo eſt ut Curgulio Gurgulio:C.Caius probare uidetur Terentianus ut infra dicetur in har
monia quia prius C ſcripta cuius ſonum ſonat G quia addita uidetur: igitur ſcribitur linea
oppoſita ut uideantur duo G docuit etiam Palemon i lucubratiõe referente Papyriano qui
etiam dixit Codeæ formam imitari:unde Codearis nota ex placitis Meſſallæ dicta penitus
eſt muta ut nulla in eam dictio deſinat perfecte.quod aliis datum mutis & tamen ineſt aſpi·
ratio.Placet tamen Plinio ingenium latinum:ut contraria forma cognoſceretur eſſe græcæ
litteræ ideſt gamma quæ ita notatur L:Sicut ut contra in L quam græci cadenti ſimilem fn.
giunt hoc modo .λ. latina duas rectas habet lineas ut breuis ſtrata ſit altera eleuata in rectũ
hoc modo L.Et antiquiſſimis codicibus habetur:tertio quoq; modo ſæpiſſime uidemus: ra·
tio eſt platonica.nam Plato in Cratylo.In labda proferendo lingua prolabitur. Iccirco per
hoc uelut ex ſimilitudine quadam nominauit lia ideſt lenia oliſthenin ideſt labi: & collodes
luquidum:lippatoo:pinguæ:cæteraq; huiuſmodi:technica igitur eſt ratio græcorum cur ita
id quoq; ſcripſerint.Sed qui oculis oblectamen parant alios modos inuenerunt:apud Illyri·
cos & Dalmatas dicitur glia.ſcribuntq; alter utra harum.
H.ita ſcribendum Didimus notam patibularem appellauit exilem ideo notata eſt hac forma
a contrario nam patibuli pena uim aſpirationis tollit Gryllus ad Virgiliũ quod refert quoq;
Priſc.flatilem uocat.i.flatu aſpirationem.Herodianus iugalem notam quoniam romano iu·
go ſimilis quod fiebat duabus haſtis in terram fixis altera ꝓlimata ut H diciq; appellari ſpm̃
ꝙ uitam non mortem ſignaret:qui enim iugum ſubibant morte mulctari ꝓhibebãtur.
I.iota nota forma in latio·Cecilius referente Papyri.Nanum ſeu Pumilionem iota quod ra
tione platonica acceptum eſt.Nam Plato in Gratyllo iota ad tenuiaq; quæq; per omnia ma
xime penetrantia eſt.Iccirco iene ideſt ire progrediq; per i litteram imitatur dicta olim iacula
ris tam forma:q̃ ui:inde eo autore latini naturæ:Imitatores in dixerũt:Maiores a quibꝫ Idio
ma latinitatis:acceptum eſt hanc ratione præterita actiuorum prima & altera perſona ideſt
gaudere dixerunt multa alia quæ litteræ natura ſignant ut imperfecta & pluſq̃ perfecta mu
tam prima capiunt.Si penſiculetur uis litteræ Romulus aſpicio non aſpecio recte iuſſit dici:
contra auris ſpecimen non ſpicimem probant.Et contra me te ſe.littera paſſiua ſignata.Vat·
ronis hæc ſunt indagamenta & Nigidii.Hæc ille.
M.in hoc quoq; latinitas eluceſcit.Nam græci teſte Herodiano duabus lineis quarum prior
ſub notatur pingunt μ hoc modo dicunt mi:latini uero tribus æqualiter poſitis ut m mu
tiſonam notarunt:apicibus ita interim infere ut M interim ſuperne innctis ut m ꝙ una nõ
triplex littera uidetur alicubi uidere eſt.M.per hanc litteram longitudinẽ ſignari: docet Plato
in Cra.ꝑta mici.i.longitudine quoniã magni litteræ ſunt.Ita Megalon magnũ macra longa.
N.uere ſcribitur aliquando.n.prioris formæ ratio eſt:qa ubi ſigna dabanẽ libertatis iugi
uirga media uel haſta declinabatẽ id ſignificabat nõ ſeruitus dabatur ideo N litteram ſic Tyro
notauit rettulit Papyrianus.Secundæ notæ rationem dixit ut eſſet ꝯtraria græce notæ quæ
ſit interim ν Si ni ſubuertas eſt.Λ.Sed apex non eſt mucronarus in latinis:quia latina ꝓnun
ciatio in hac littera ex aperto tendit & in fine muteſcit & obtuſa eſt:græci uero gni dicunt cu
ius ſonus apud eos ut dicit Plato in Cra.In imo gutture detinetur:unde endo & entos ideſt
quod intus eſt dicitur ut res per litteras repſentaret:meminimus in præfatione pliniana.
O forma ẽ nota.Quidã ãtiquoꝝ ãnularẽ qdã orbicularẽ dixere ꝙ rotũda ſit uelut ãnulus ab
hac ouare lr̃a dictũ putãt a uoce militũ.Q ď tñ alĩ diximus i lectõibꝫ Plin.Ser.iqr nullũ uer·
bũ latinũ ẽ qď ante o finalẽ o habeat excepto inchoo:qď tũ antiq noſtri ſcribebant inchoo.

Feſtus tamen origine græca dicit. Sed eſt & in nominibus Virgilius primo ſurgobat eoo.

P Q q R r Eſt in marmoribus aliquibus Romæ & alibi R canina littera a latinis dicitur. Perſius Sonat hic nare canina de littera quia canes irati uel inſtigati uidentur eum ſonum facere r quoq; ita notatur a latinis: actus uero dicitur ringere. Clara eſt hiſtoria Demoſthenis qui cum r litteram non poſſet proferre: calculo in hos accepto: ita rerorizo pronuntiauit omnes ut expreſſiõe illius litteræ ſuperatit: Meminit Gellius. De hac Plato in Cratylo ſcribens ait Elementum ipſum r utiq; oportunum motibus inſtrumentum r paſſim ad motus expreſſionem utimur. In primo quidem ipſo rhin: & thoe. i. fluere fluxuq; per litteram r latiorem imitatur: deinde in chtomo. i. tremore: trachi aſpero item in uerbis huiuſmodi. Critin percurrere: uulnerare: erycin trahere: triptin frangere eneruare. Cermancin incidere: rhembin uacillare: irritare & circumuerſare. Hæc omnia ut plurimus per r ad ſimilitudinem motionis effingit: mitto. n. q lingua in hac littera pronuncianda minime immoratur: quin potius ꝯcitatur qua circa iſtorum expreſſionem potiſſimum uſus uidetur. Hæc Plato. Ex quibus cauſa poteſt accipi quid heroicum ſignet præcipue tenorem: quidq; mors dicto concipiat ut mox in u littera notabimus.

S. ſ. iſtis duobus modis uidi notatum obſeruantiq; rationes e ſcriptoribus. S. eſt uox & nota ſibili ꝓpria inter motiua anguibus & ſerpentibus quod ſignificat Maro ſibila lambebant linguis uibrantibus ora. ideo notata eſt hæc littera dupliciter: ut propoſitum Dictaq; anguinea a Meſalla in li. de. s. littera rettulit Papyrianus. Actius in doloreſte referēte Plinios hic natus modo tectus obſtippo capite modo ſinuoſus litteram anguineam facit corpori addit uocem. Illyrici & dalmatæ habent ſcia & ſchia pro iis notis. ut etiam ille tradidit doctus Vnde Hieronymianis & Cyrillianis utuntur litteris. Anguis interim alte capite paulum obſtippo ita ſ facit interim ſinuoſus ſic S facit. Addam ex Papyri. hac re Z pro ſſ duplici ponitur Mucronaris angulis. Et ne ullus ſcribentibus error obueniat obuerſam S litterae formam ſequitur hic modus Z licet alicui uiſum ſit. ſ hoc modo ʒʒ & aliquando z quia græca littera. Sic notetur: quam uidetur ſono Imitari latina defecta iucunditate.

T. crucius formam imitatur. g. Tau.

V. ſcribitur uero & antiquo more quia apud græcos ου facit u uocalem accepta. Secunda nota literam effinximus non ſeruata pronuntiatione u: quoq; ſcribitur & recepta figura qa utroq; labio uidemur eam effingere ut interiore parte uideatur iuncta anguſtius notat Papyrianus. Quod uero ex didymi de hanc littera ſe ſumpſiſſe lib. x. dicat Operæ pretium eſt accipere quod nec Priſcianus nec Tortellius uiderunt fortaſſe (opinor) codicum dimidiatorum culpa. inania uideri potuiſſent fortaſſe hæc illis qui non legerunt Platonicum Cratyllum: quem dialogum. Si quis leget: conicere poterit quo iure Didimus ſcripſerit. Et nos r litterā cum diceremus ſignificauimus. & alibi ex Platone non indigna recitantes. Illud eo autore pater res per litteras repræſentari: Vnde non pœniret quæ legimus de u littera recitare. Sic Papy. u. qm̄ extremus labiorꝫ motus eſt: ultimaq; uocalis. i. ex notis elemētaribꝫ ꝓ natura primigeniæ linguæ latinæ. Romulus ille ipſius literaturæ noiator uerius inſtitutor deduxit miro artificio in græcae uotæ aeqparātā o hn̄t græci q̄ ideo funeſta accipit̄: qa circularē ꝑfectā formā angēs interſerat & linea: uel aliqbus aſſeuerātibus qa θανατος mors dr̄ hac nota hoc artificio ē multaq; ꝯferunt̄ ut θρηνεω lamētor θρηνος lamētio latinitas a natura ultimā uocis meræ accipiēs ſignauit actū ꝯtraria obſeruatiōe mortuus dixit ſubtrahēs. i. additq;. u. Si. n. diſpiciamus: uitā qa æ breuis eſt mors ſurripit. Eſtq; extremū huc multa haec græcis ad ſuam: uenenum ue priuari ſiguamentum. Mauors non maioris in figuram accipit latinitas: Quia funeſtū ſit belliū uoro. uorax: uerto: uanus: mutus: mugitus: ululatus: Hoc eſſe uerꝫ argumēto patet. Quia. v. lugubris eſt littera: ut exēplū hyacinti notat in u uertitur interim ut ſylla ſulla. & alia multa aliquis ſubilla pro ſybilla: unde Soranus Valerius de ſubillae uerſu ſcīēter. Et apud Catonem & antiquiſſimos turreni pro tyrrheni cupreſſus a cypariſſo: Et ſicut contra graeci θεος deus θειος diuinus: Contra item latini: uita: uiuo: uolo: uena. Sed illud aſſeuerantis ualeat ualeant uale uiuis dicimus. Mortuis bis uale: In fine illis contrario uoto amici: ualeo praeterea poſſum: Contra ualitudinarius qui parum. Graeci in pluribus neutram diſcriminationem aut penſiculamentum non librant: ut θεμα: θεορεμα. Latini pariter: uolucris: uates: uinum: imus: mutuus: Cum quis bouinator titiuilitium in Romulum proclamaret: Cur igitur mus: non dicitur aut murtuus? Actius diſcipulus reſpondit: mortuum per o prima ſignatum: ut ordinem naturae quae a uita incipit in mortem deſinit ſignaretur Mors uero uel cōtrario ſignata ut bellum. manes uel iudicio aurium. uel q interim a uarietate dictionum ſignificationes accipiuntur ut in graecis νεκρος mortuus tamen θνητος.

mortalem dicunt uariando θνησίμαιον morticinium νεκρωσισ mortificatio.a moŕado mors dicta eſt unde primam morior contractam habet:hinc morſus quod ad necem fiet uel eius primum mordeo.Hactenus didimus.Non ignoro Auguſtinnm aliter in hoc poſtremo ſentire:nos antiqua & uulgo ignorata recitamus.θ.mortis eſſe litteram ſignificat Perſius dicens Si potis hic uitio nigrum præfigere theta.

X.ita notatum uult Papyrianus a græcis acceptum:qui ipſi dicũt chi.nos uero alio ſono hac maluimus figura:q̃ quæ propria eſt græcorum.ξ.cſi. quia & alias potuis habere uires latina forma.de hac autem forma a nobis præpoſita non ſine teſtimonio antiqnitatis pulchrum eſt ſcitu.Cum Platonis libris quædam notæ appoſitæ ſint:χ.a quo noſtra forma originationem habet:ad dictiones ac figuras aſſumpta eſt.Prorſuſq; ad platonicam conſuetudinem.x. dupliciter ad dogmata opinioneſq;.x.punctis undiq;:illuſtre ad electiores quaſq; ſententias ornatusq; uerborum appoſita eſt.duplex ex partibus puncto appoſito.x. ad quorundã emẽdationes adhibetur.x.obelus tum punctus ad inania:quæ.ſ. & uilia iugulanda proponitur. Antiſigma.xi.cum punctis ad uſus duplices ſcripturæq; tranſlationes adhibet̃. Cerauinium xi.ad philoſophiæ inſtitutionem aſſummitur.Aſtericus ad cõuenientiam dogmatum.Obelus ad improbationem.Ea ſi quis ante uoluiſſet:mercedem iis qui docerent pendebat rettulit Cariſtius in libro de Xenone docente Laertio.

y.Græcorum nominum nota eſt in latinis:qui dicunt inuentam a Pythagora delirant: nam Palamedes autore Plinio.Cum uideret grues uolantes.Inuenit illæ.n.ſociatæ in aere uolantes hanc efficiunt formam unde Martialis tunc littera tota uolabit unam perdideris.Si Palamedis auem.Hac uero nota utebatur Pythagoras:admonſtrandum uitæ rationem de qua te extat carmen Virgilianum.Littera Pythagoræ diſcrimine ſecta bicorni.Humanæ uitæ ſpeciem præferre uidetur & c.aliquando ſic notatur cũ græce.ſ.ſcribimus.

Non uulgaria de uocalibus & diphthongis mutis ſemiuocalibus. Caput. xvi.

Superioribus queſitum eſt ab aliquantis cur ſi uocales geminæ coeuntes faciunt unum ſonum uel ſyllabam dicatur diphthongus:non ſimphthongus:& cur non omnes uocales cum duæ in unam coeunt ſyllabam:non faciunt diphthongum. ut Eripidem aeripedem:& ſolio reſidens tum iuppiter aureo.ubi fit auro. Ad primum dico quantum ex Papyriano & aliis collegi.Coitus uocalium uel a natura uel a imitatione eſt:& quod extra hæc uitium.Natura cum dico proprietate linguæ latinæ fœnus:fœdus:aurum:eurus.Imitatione:ut ænaeas quod per ai ſcriptum eſt a græcis imitando latini fecerunt diphthongum.æ.quæ tantum olim fuit in græcis uocibus in latinis uero ai poſtmodum æ.Secunda lectione in æ quoq; uerſum eſt unde dierefis fit in latinam formam ut aulai frugiferai:non aulae frugiferae.Cum ergo corrumpitur imitatione uel natura prolatum: uitium fit.Paſſioneſq; in hoc uocis dixit Triphon grammaticus:& ſuo loco recitamus.Cum ergo aeripes natura quadratum ex ſyllabis faciat:Corrupta ea neceſſario fit uitiũ: Si uitium: non ergo diphthongus.ubi nota q diphthongus nõ dicitur ut uulgo:q duas habet phthõgos.i.ſonos quod manifeſte eſt falſum.Ineptumq; uidetur illud quod dicunt diphthongus eſt conglutinatio duarum uocalium in eadem ſyllaba uim ſuam ſeruantium. Nã ſi dico poetae e ſola pronunciatur a non dicitur.Niſi dicas quia non uariantur ſicut u quæ iũcta uocali poſtpoſitæ conſonat.ut uerax ante remanet ut audio ea ratione non poteſt incipere diphthõgum q autem nuo:annuo:renuo: & talia non ideo habent diphthongum quia diuerſos habent ſonos:& ideo etiam diuerſas ſyllabas. Ad priorem rationem phthongus dicitur ſonus. Sed uocis & ſoni uaria ſunt officia(ut docet Diomedes)uocalis uero dicitur uox ſcriptilis nõ ſonus.Quod Boetius in muſica quoq; ſignificat his uerbis.Sonus eſt percuſſio aeris indiſſoluta uſq; ad auditum. Sed intelligere oportet ſpecialiter quoq; phthongus dicitur docente Martiano modulata uocis particula una intentione producta.Cum ergo duæ uocis particulæ in unam naturaliter intentionem proferuntur:uel per mimiſim: diphthongus eſt. Nã ſymphthongus eſt ubi plures intentiones.Ex ſuperioribus litteris uocales ſunt .vii. ſed nota ut ſchola antiquorũ inter quos Martianus:uocalis dr̃ oĩs littera:cum ex organo accipit nomẽ in loquendi ſubſtantiam.Sicut omnis littera ſcripta.i.ſolum ſiue ſono dicitur muta a potiore uero ſignificato dictæ uocales:quæ uoce perfecta uel pura accipiuntur auribus. ut exponit Papyrianus.Quæ ſine alterius iunctione uocem expeditam faciunt: quod nequeunt aliæ litteræ.Vox autem expedita eſt: quæ ſua libertate ſyllabam referre poteſt. ut a templo e templo .i. in forum o paule u antiqua lectione ut Didimus docuit: quod nos: hui dicta Nigidius quem Herodianus & Gellius ad hoc citant dixit in Commentariis Grammaticis a.& o.Semper principes ſunt i & u ſubditæ.E.ſubit & præit:ſubit ut in Aemilio.Si q̃s putat

ptacire u i his uerbis. Valerii. Venoni. Voluſi.aut i in iis. Iāpridē iecur iocus:incidū errabit: ꝙ
certe hæ litteræ cum præeunt ne uocales quidem ſunt:unde quia ſimul uocalibus aſſonent cō
ſonantes dictæ ſunt & aliæ omnes. Romulus autore Martiano ſex uocales fecit.reiecta.y.græ
ca poſteriores quinq; tamen. Si Macrobio & Papyriano credimus:a natura.vii.dicunt inuen-
tæ.licet latinitas eaſdem modo longas modo breues pronunciando quinq; pro.vii.tenere ma
luerit.apud latinos tamen ſi ſonos uocalium non apices numeraueris: ſeptem ſunt totidēq;
diphtongi. Nam u conſonans & uocalis eſt:in qua re latinorum aſſertores riſere græcos: qui
paupertate cum careant u uocali:technicam fecerūt. Quod ꝓbauit Nigidius.i. & ſimplex &
duplex efficitur:ut eiicio ſubiicio. Graii:Coniicio. Similiter iniicio:obiices.docuit Gellius libro
iiii cap.xvii.reiicio in aliquibus gellianis codicibus eſt. Qui emendauit opus ſubtraxit Seruio
fretus ſuper eo Virgilii reiice capellas.ſed non aduertit id non probari a doctis quibus ſchola
antiquorum & ratio legem præſtant. Aliqui ſeptem ideo dixerunt eſſe a natura uocales:& ue
rius a quibus non diſcordat Papyrianus. Quia i & u in ratione diphtongi ſemper ſubditæ di
cuntur:ut Nigidius dixit. I.littera ubi non eſt diphtongus interim incipiendi uim habet: ut
a magno demiſſum nomen Iulo:& Ouid.in te.mihi liber iambus. Habetq; uim ſubeūdi ut
troiia. Oileus.hæc igitᵉ uidebitur ſexta uocalis a natura. Cum tertia aliter ſonet:ut antonii: un
de Macrobius dixit ſi ſonos nō apices numeraueris. Septima uocalis erit o. Cum uim litteræ
habet græce o.omicron i parua:quarta eſt. Cum uim uero græce diphtongi ut Orion alio ſo
no a natura non apice dicetur ſeptima:uel quia græci habent quoq; ω.i.o.magnum dixit Te
rentianus utriq; ſatiſfacere in latinis cum igitur o ſatisfaciat o micron:& o mega: quarta erit
a natura in latinis o micron.vii.cum.ω.ſupplebant ſono non apice. Ex quibus rationibus pe
rite creditur locutus. Aliqui Macrobium intellexiſſe ſonos putat i o quia in græcis.η.i.q; ſiut.
Illa longa hæc breuis. O.ſimiliter in græcis.o.ω. Et quia noſtra ſatisfacit ſonō græcis geminis
ideo a diuerſitate ſoni fieri.vii.putant. Hanc opinionē ſine ratione ueram dicere non poſſumus
Deinceps cum quattuor ſint uulgatæ diphtongi:tres alias non uulgares ſubiiciam diphthon
gos ai ei ou:primæ exemplo ſunt Aimilius pro æmilius ſculptum Romæ Caiſaris pro Cæ
ſaris:& Feſtus approbat dicens:æ ſyllabam antiqui græca cōſuetudine per ai ſcribebatur: Ad
quod Fabius ait. Aulai:Muſai:Ex in illa terrai:frugiferai:animai: apud Ennium. Pacuuium:
Lucretium:& apud Virgilium uetuſtatis amantiſſimum:aulai:pictai:& Lucretius aurai ſim
plicis ignem probant quoq;:Plinius & Papyrianus un. Exempl eſt upilio pro opilio a græco
capta.ut illi. ο υνο μα .uos nomen de qua re. Quid elegāter ſenſerit Nigidius:meminit Gel
lius:græcos non tantum inſaniæ acerſo.qui ex o & u ſcripſerunt u quantū. ει . ex e & .i.illud
n. in opia fecerūt hoc nulla re ſubacti ei diphtongus exemplum habet captiuei. mainechmei
Plinius Chariſius Papirianus ponunt: Inquit Chariſius autore Hællo uoces in plurimis fa
bulis captiuei. Mainechmei diphtongis conſtant primæ obſeruationis. Ex quarum ratione oi
lei pronunciando oili dicimus. Plinius ueia pro uia hac diphthongo apud antiquos dictum
ait.ut puerei pro pueri.furei pro furi.legitur etiam uieis ſueis:pro uiis ſuis. Vnde Virgilius an
tiquitatis amantiſſimus unius obnoxiam & furias Aiacis oilei non figure eſt ſed antiqua di-
phtongus quo quidem ſic illud. Iam ualidam Ilionei nauem.& in buc. Furtumq; Prome-
thei: Terentianus hanc uoluit eſſe Quuintā:qua eitur ſcribendum putauit pro itur. Sic oueis
pro ouis & omneis pro omnis pluraliter dixit. Harum diphthongorum exempla frequentiſ
ſime poſuit Lucretius. Quidam octauam fecere diphthongum:cum littera geminata eſt eodē
ſono uel uocalis ſibi inſideat:quo fit longe:ut mii pro mi:dii pro di:niil pro nil:a pud anti-
quos Ita etiam orithiia harpiiæ:unde Ciceroni placuit aiio maiam ii gemina ſcribere:ubi no
ta quod in examinatione dixit Priſcianus. troiia cum apud græcos diphtongum in priore
habeat non ſeruat apud nos.quia in diſſyllabis in quibus æ uel oe diphtongi apud græcos
antecedant ſequentem uocali diæreſim ſolent latini facere plerumq; & pro cōſonante dupli
ci accipere .i. etiam a priore ſuubtrahere ſyllaba & adiungere ſequenti: quamuis antiqui
ſolebant duo ii ſcribere & alterum priori ſubiungere:.alterum præponere ſequenti: ut
Troiia maiia aiiax. Hanc tamen conſuetudinem habuerunt æoles. Imitantes qui κοιλον
per diuiſionem dicum κοιλον & multa ſimiliter diuidunt. Sed illud nō prætereundū:ꝙ
ex diphthongis tantum.ae.fit breuis ſequente uocali ut illud ſudibus ue præuſtis: & inſulae
ionio in magno: ex quo colligitur error Seruii qui tantum in una parte orationis admitti
dixit. Et aliqui quoq; in cōpoſitis.nō in ſimplicibus admitti putāt:ut Aenaes.ai.diphthōgus
ſi reſoluitᵉ i geminas fit lōgas ut Aulai. Cū uero altera latina auferᵗ in deriuādo. Interim bre
uis fit diphthōgus:ut Orion ꝓ ourion Virg.nimboſus Orion docet Papyrianus. Semiuoca
les ſunt ſex. Si capellam Sequimur:& Terentianum:& antiquos. aliter ꝗ uulgo .f.l.m.n.r.s.

namq; .x. ſine cardine elementi non probatur, ab illis tamen Priſcianus diſcordauit, q ſemiuocalis habeat habereq; poſſit ultimum in dictione locum quod f nequit. Sed reſponde auctore Chariſio. Quod ideo non fit, ut latina lingua differat a Barbara. Nam Barbari quaſi peculiari quodam motu f litteram in dictionis fine ponũt, ut Eleſcoph. & Suffuf. & mille alia & ea ratione nec, g, nec, d, in nominibus latinis rem ſignificantibus niſi contractis habentur: ut ueſperug. De quo ſupra. Quid q, h, in dictionibus latinis licet littera non ſit uel elementũ ultimum niſi figuratur locum. In litteris ethruſis habuit ut Larih. unde Larthinianum quæ metropolis enniana meminerunt ſcriptores Cato in origi. & Fabi. pictor, Eſt igitur ratio naturalis lingue in articulata dictione aliquas. Aliquas ſociari, aliquas poſtponi litteras, hac ratione præcipua eſt, f quæ poſt naturales, naturali excogitatione eſt addita. Sic etiam, q, non poſt ponitur q̃uis ut ipſe putat muta. Quæſitum a curioſis: quid cauſæ ſit q, n, liquida hat, nõ m, reſponde ex, p, Nigidi commentariis, q, n, duplex aliquando completam & primigeuiã harmoniam habet: & tunc in pronunciando linguam tangit ut, in, Aliquando adulterina eſt. i. non uoce perfecta & propria ut in iſtis uocibus, uidelicet pronunciãdo Anguis, Anchoræ: Increpat, Incurrit, Ingenuus, cum omnibus. n. horum non uerum, ſed adulterium n ponitur. Iſ queſcere igitur autores fecerunt quod, m, non potuit: quia uim n litteræ ſuæ addidit ut commoueo, quamuis ut ipſe putat muta. Dictæ uero ſunt mutæ, ut antiqui: Quod niſi uocales illis aſſociatæ ſuccurrẽrent intra oris ſonitum more irrationabilium ante auſpicia moriuntur Ea uero ſunt muta. Sunt. vi. b, c, d, g, p, k, & q, ſuperuacue ſunt. Z uero a latinis excluditur (ut dictũ ẽ) ab Appio Claudio dãnata q dentes mortui dũ exprimit imitat docet Martianus.

Quare litteræ non declinantur & inibi qd eſt qd dicitur ad litteram. Cap. xvii.

PRiſcianus non minus uere q̃ naturaliter dicit non declinari litteras uel q a barbaris inuentæ fuerint. Et ita ſcribitur, uel quia ut elementa & fundamenta immutabilia eſſe debent. ita litteræ quæ tanquam elementa & fundamenta latini ſermõis immobiles & inuariabiles eſſe debent: Hoc etiam græci ſeruant quorum aliqui nõ a barbaris ſe litteras accepiſſe iactãt. Nomina litterarum ſunt neutri generis ut maxime colligitur ex oratore Ciceronis. Qui ait inſcriptas fuiſſe litteras in parietibus terracinæ. Tria. LLL duo. M. & Iuuenalis hoc dicunt omnes ante alpha & betha puellæ. Crates primus hãc quæſtionem nouit quare græci alpha alphati non dicunt, reſpondebant eſſe a barbaris ducta. Barbara autem eſſe indeclinata refert Varro & Herodianus, Hinc Priſcianus longon ſuum dixit Non eſt prætereundum quod dicimus ad litteram uulgo idem eſt de uerbo ad uerbũ. Quintilianus tractatum locum ad litteram ſubiecine fraudem legentes iudicio maximi autoris. Contra dicimus dico ad uerbum non ad litteram. Sic ſcribo ad litteram nõ ad uerbum Suetonius In Iulio. Hæc ad uerbum dixiſſe referens.

De Rõne lrag quare mutẽtur aliæ i alias & de ear iter ſe harmonia. Cap. xviii.

LIttera (ita dicimus) affinitas ut ex Cicero legit Bruto & iam meminimus pẽdet potius ab aurium iudicio quod ſequitur conſuetudo q̃ a ratione & alia obſeruãtia. Gellius unde eſt in. i. Geor. urbis, ne. inuiſere Cæſar. pro urbes contra in. iii. Centum urbes habitant magnas, præterea turrim non turrem, Securim non ſecurem: Similiter apud eundem inuenies modo tris, modo tres: pro loci uocalitate & hac ratione finis genere uirili modo muliebri ponitur ut hæc finis priami fatorum alibi quem das finem res magne laborum. Et Ennius cupreſſos rectos & aere fulua dixit. Cicero in Ver. freta non freto dixit peccatu non peccato, Inceſtu triburu allegatu arbitratu, pro Inceſto, tributo, allegato arbitrato: idem. n. ſunt. Et Lucretius, Aurea de cælo demiſit funis in arua. Antiſtas fœminas ſacerdotes non antiſtes dixit Cicero tamen ualere apud antiquos iudicium aurium. Hinc litteras pro litteris prolatas uidemus. Hoc aurium iudicio arbitror. Cecilium fronte hylaro potius q̃ hylari dixiſſe. Antiqui uorſus & Vortices dixerunt, quæ primo Aphricanus Scipio in e mutauit ſic amplocti pro amplecti dixerunt, ut refert Priſcianus & animaduorti pro animaduertati & polchrum pro pulchrum meminit Plinius, Quoi utebantur antiqui ut diſtinguerent ab eo quod eſt qui unde remãſit modo uni ſyllabum cui a primigenio uerſa. b. c. ſicut ſequor ſecutus, & ſic alicui: non aliquoi, & cuilibet non quolibet, cuinis. non quoius, & cuiſpiam nõ quoiſpiam. Vocis quoq; concentu, a, in, e mutatum eſt: ut capio cepi: aliquando in i ut ſalio inſilio, incipio ut Gellius. iiii. ſcribit au murat in o, ut plauſtro ploſtro, a, in u, ut arca acula. Itẽ e in a ſero ſatũ: in i ut moneo monitũ: in o ut tego toga: in u ut a tegendo tugurũ. Similiter i quoq; uocalis a ut ſi quis. Si qua in e, ut fortis forte: in o, ut qui quo: in u, ut ibi ubi. Itẽ o in a ut creo creaui. uel i e, ut tutor, tutela. uel i i, ut uirgo uirgis: uel i u, ut uolui. Itẽ ſimili rõe i a, ut magnus, gna. i e ut ſidus, eris. in i, ut telũ teli. in o, ut lepus leporis. ea p a, ut Plautus diſpeſſus

proeo qđ eſt diſpaſſis accipitur.&.b.p.olim mutua ut nubo:nupo:repo:rebo:unde nupſi:re
pſi:ut dictum eſt.Supplico ex ſub & plico:ſupplodo:& ſuppono.& ſimul a ſub compoſita
quod non aduertit Priſcianus.b.quoq; in u:uerſum per euphoniam ut auſugio: auſero do-
cet hoc Gellius.Sicut & autumo in Nigidii commentat.ex ab & æſtimo quod ſignificant to
tum æſtimo tanquam ob numero interciſe.Dictum poſuerat hoc Herodianus.C.G.habue-
re olim mutuam inter ſe cognationem.Nam margellum ab eo quod margiron .g.macellũ
dixere.poſt autoř Carbilio.c.in.g.muratum rettulit Plutarchus.Quod uero ſcribiť.C.Caius
Cn.Cneus ꝓnuntieturq;.g.ratio eſt:ut Terentianus docet his uerſibus.G.tamen ſonabat illic
quando Gneum enuntio aſperum quia uox ſonorem leuiorem interpellat uel priores.G.lati
ni nondum apice finierant Gaius prænomens.Inde.c.notatur.g.ſonat ſicut amurga quia ue-
tuſte ſæpe.c.ſcribitur.docuit præter Papyrianum Seruius in prio Georgicorum.c.pro.g.mu-
tuo gladius a clade.c.pro.d.iſtuc pro iſtud.Brutus ad Ciceronem Si iſtuc uidero . Terentius
qui iſtuc ſcis.pluria ſunt exempla.G.pro n poſuit antiquitas.ut agchiſes pro anchiſes. aggu
lus pro augulus aggilla pro anguilla agceps ꝓ anceps rettulit Priſcianus cum dixerat Papy
rianus.pro.d.r.olim ut aruena pro aduena.aruocatos pro aduocatos.aruentores pro aduen-
tores arfines pro adfines aruolare pro aduolare.unde ab auris audio eſt inflexum.c.pro.f. ut
cloris flora:ut.v:faſtorum docet Ouidius pro.g r.ut arger agger.e.pro.a.poſitum dicit Fabii-
us.Nam Cato Cenſ.dicem faciem pro dicam faciam protulit & e pro i ut here pro heri
quod deprehenditur In epiſt:Auguſti quas ſua manu ſcripſit.Fides fidicula.ædes ædicula.Sic
enim ſeſtus ait fides genus cythare dicta ꝙ tantum Inter ſe cordæ eius quantum inter homi-
nes fides concordet eius diminutiuum eſt fidicula o u ſibi inuicem cedunt ut hecoba hecu
ba docet Quintilianus.Sic dictum olim notrix pro nutrix.orcus urgus docuit Veranius un
de mirantur docti Seruium ch.poſuiſſe & in græcis ο λύσευσ Vlyxes. aliquando uertitur
uertitur in.o.ut Ebur eboris.Valer.Flaccus etiam dixit In aduerbio pro u plerumq; poſitum
ut hoc pro huc a maioribus.illuc illo dixiſſe.Sed ea uidetur fuiſſe ratio. Quia teſte Plinio &
Papyriano in aliquibus locis italiæ.o.non erat obſeruata & maxime:quod recitat quoq; Pri-
ſcianus apud umbros uel Thuſcos in ordine pronunciationis ponebant u & contra oſci ut
Papyriã.ait.o.utebantur non.u.unde poblicum pro publicum colpam pro culpam: ſeruom
pro ſeruum:au & o affinitate gauiſa ſunt:ut faux focale:Focaneus quod uerbum ſignificat
Columella lib.v.& aula ola a Catone.Aurata orata:Auriculas oriculas ut Feſtus ait:Fluentini
modo dicti Florentini: u pro e olim capiundi pro capiendi apud Varonem faciundi pro fa
ciendi:Inſpiciundi pro inſpiciendi apud ſcriptores Inde repetundarum ꝓ repetendarum. ho
die durat l d affinitate gauiſa:ut meditor ſcribit Seruius a μελετάω . ſicut ſella pro ſeda:
ut Varro melica medica:quidam ſic filius fidius a fide.autor Papyrianus in Gloſſa dubii ſer-
monis.Similiter r d meridies pro medidies ſcribunt Plinius &:Fabius. idq; autore Cicerõe
Iudicium eſt aurium quod græci quoq; ſequuntur.Similiter t d ut Alexanter Caſſantra ꝓ
Alexander Caſſandra.iter r r ut putus purus.Sed qui hoc dixerunt non conueniunt Gellii li
bro ſexto Item t ſ ut pultare pro pulſare apud Plautum.Vnde cum .g.phrenitin dicũt phre
neſin latinitas dixit ſ r uerſa quod ſeruat Celſus & Plinius quibus contradicẽtes inſulſi a do-
ctis putantur.E loco.i.gauiſa eſt ut olim menerua leber mageſter & de ſibe.nunc liber magi
ſter minerua ſibi:& quale pro quaſi ita Liuium ex pediano uſum legimus:docet Quintilia-
nus:& Varro ait uellam pro uillam.ueam pro uiam:tibe pro tibi. apud Catonẽ & antiquos
& apud Meſſallam ſibe pro ſibi:& apud noſtros cerealia pro cerealea unde non mirum ſi uer
gam uirgam.Vergilium Virgilium dixerimus:contra Politianum e o affinitate gauiſas oſtẽ-
dit Papyrianus:ex ueranio:ut frons tis:a ferendo quia ferat:indolem.hylaritatem: lætitiam:
audaciam:& hoc genus rerum ſic frons:dis:quia feratur arbore.Gelius tamen uoluit a foris
inclinata:e:i:ulus antiquos docent Macrobius:& Gellius.viiii.ut priſtini pr.ſtine:craſtini cra-
ſtine:here heri:ueſpere neſperi:quod Donatus in phormione:procliue proclini:atq; alia item
multa:hqc genus uarie dixere aliquaudo.i.pro.o.ut craſtini pro craſtino:priſtini pro priſtino
die proximi die ꝓximo.Sed inde uenit uſus ut die quarto de preterito:die quarta.& die quar
ti de futuro dicatur:Quande pro quando dictum (ut Feſſus docet) & mani ꝓ mane: ut Do
natus & Seruius:conuicium pro conuocium.Aliquando diphtongus græca oi apud nos In
o & in i uertitur.ut tria troia:ut dictum eſt ex Priſciano.aliquando in u ut docet Martianus
ut oiſus nos uſus.aliquando æque apud nos eſt in a.i.conuerſa ut mæa maia:œ diphrongus
latina cũ u affinitatem ſiguat.Si aduertimus pœna:quaſi punia:mœnia munia:pœnus ſpu-
nicus:mœrorum mutorum:apud Virgilium:apudq; Auſonium cœbum pro cubum : codã
pro caudam ſcriptum & iam dictum plauſtrum & ploſtrum:clauſtrum & cloſtrũ:r: in:ſ:mu

tata affinitate quadā̄m:ut in ualeſios fuſios pro ua'erios furios:ſimiliter ut Feſtus ait minoſi'
bus melioſibus laſibus feſus'pro maioribus melioribus.laribus feriis.odor.odos.labor. labos.
Plautus in cap.quorum odos ſub baſilica nos adegit omnes ſimiliter arbor & arbos:lepor &
lepos:honor & honos:cucumer & cucumis & alia quæ ſibi ſeruabit uſus:ut uapor uapos:'cla
mos clamor.docet Fabius:ætatis.s.littera ab iis nominibus excluſa.Cotra ſpartiatae.ſ.litterā i
r.conuertebant : ut docet Boetius in muſica poſitum pro u carnufex antiqui nos carnifex.
poſſumus poſſimus:lubens libens.optumus optimus .t. pro .d. poſitum ſignificat Cato in
originibus.atria inquit a quo mare atriaticum quod nunc adriaticum & alibi præcutii:iu qui
bus adria ſiue atria.Eſt in z d affinitas.lecta apud Plin. meminit Priſcianus.ut otdot ozor
græce.licet latinitatis amatores malint dicere odor quaſi olor.Mezentius medentius.ita dieta
zieta dicta eſt autem cœnaciuncula locus.Plin.in epiſtolis:ex tridinio in dietam ſiue cœnaciū
culam tranſitus.Et ſceuola de legat.iii:liberto meo ex domo mea quam libertis meis dedi,die
tam in qua habitaui.Pli.in epiſtolis frequēter ait zieta & zetula illud non preterire licet. Die
ta ob obſeruatione medicorum uidetur.Cic.dixiſſe ad Atticum.Dieta curari incipio. chitur'
giæ tedet.Quid ꝙ hozie pro hodie ſcriptum legimus.Vnde error eſt illius:qui ſabazium di'
xit non ſabadium eſſe dicendum.d.pro.z.poſitū ab antiquis græcis docet Plato in Cratylo
ut Demiodes pro Zemiodes Impoſitum nomen liganti ſiſtentiq;. Quod queritur a curioſis
ſi autore Pli.x.pro duplici ſſ ponitur.Quare inuenta eſt zeta reſponde propter græcas dictio
nes.unde.ſimplicem inuenimus.ut ſaguntum pro ζαχυνοσ ζαιευντοσ pro Zazintis,p
σετοσ Zetus.in medio uero.ſſ.duplici.ut maſſa pro maza.patriſſo pro patrizo.& cythari'
zo pro cythariſſo:aurium eſt iudicium.ſed hæc omnia non conueniunt .x.latinæ . Sic igitur
ut transformatæ litteræ nunc utrinq; poterunt copulari:nunc ex altero:nunc ex neutro.nūc
aliquas partes orationis terminant:nuncq; nōnulla y & u interim mutuo dantur.ut myrrhi
na murhina a myrrha.diciturq; myrrha & murrha:hoc conuocio Lucanus.Non auro mur'
rhaq; bibunt.Martial.Si calidum ardenti myrrha falerno:aliqui contra.Sic thule thyle.Vnde
quidam legunt tibi ſeruiat ultima thule:quod non diſplicet'& apud Virgilium in Georgic.
Et ſylla ſulla:thuireni tyrrheni.ut iam dixi.& Feſtus Pompeius clutum famoſum ab eo ꝙ
græci κλυτον unde inclytus dicitur.

De Litteris quæ faciunt orationem non dulcem ſed aſperam ut
Fabius docet. Caput. xviiii.

RAtio qua ſit ſermo græcus dulcior q̄ latinus ponitur a Quintil.xii. Quando iucū'
diſſimas ex græcis litteras non habemus uocalem alteram ut u ea eſt. B .altera
uocalis ou.quib; nullæ dulcius apud eos ſonant quas mutuari ſolemus quotiens
NOtandum eſt uiros tribus nominibus uſos'Fœminas duabus'ea ratione q̄ par nu merus eſt'imperfectus'indigens'indefinitus (ut ait Plutarchus) Impar numerus ē perfectus terminatq; principia'unde numerum marem dixerunt imparem'Fœmi nam uero parem'ut oſtendit quoq; Macrobius. Quod autem fuerit fœminarum prænomen aliqui dicebant Caiam propter Gaiam honeſtam mulierem'quæ uni ex tarquinii filiis collocata fuit Cui in templo ſanctæ dicata eſt ſtatua'Cum rebus pudiciciam ſignantibꝫ ut adſtipulatur Plutarchus alii dicunt prænomine patris uſas'per c uidelicet publia'caia'co' gnomen omittebant:quia in alienam familiam migrabant'& alienæ titulo utebantur. ut ha betur .ff. Sed nota fœminis octauo maſculis nono anno Imponeban'ur nomina Sed uiroꝝ noia erant tribus uocibus prænominis'nominis'& cognominis addebatur'ab euentu aliud quod agnomen inde dictatum. Eſt autem prænomen: Quod ante nomen ponitur'Apud romanos actum Priſciano docente'cū conciliationis initæ cum ſabinis acceperunt enim nomi na ſabinorum'præpoſuerunt memoriæ cauſa'ut M. Tullius quod non niſi putādum eſt ho minibus nobiliorum factum eſſe'nam ſeruis quorum ratio poſtea fuit libertas niſi domino rum prænomina habuerunt niſi ui' abuſuq;'& principum uenia'unde legimus anomos ſer' uos dictos & libertos aliquoſq; peregrinos in urbem aſcitos'id conſecutos.ſ.prenomen. P. Lē tulus'Diomedes ſic inquit'Eſt autem prænomen'quod ante nomen gentilitium ponitur'ut M. Portius Cato'Nomen proprium eſt'gētilitium.i.quod nomen originem gentis uel fami liæ declarat'ut Iulius Cornelius partius:Portius cognomen quod uniuſcuiuſq; ꝓprium eſt: & ſubiungitur nominibus gentilitiis ut C. Iulius Cæſar. M. portius Cato'Agnomen quod ex trinſecus ut Cenſorinus'Aphricanus'Imperator hoc a græcis tractum:ut Alexāder dardanius Paris'nam dardanius gentile eſt Paris cognomen:ꝓnomen apud græcos ϖρονυμο di' cit'apud quos tripliciter ſummuntur aut a qualitate ſeu quantitate corporis'ut latino exem plo Aticus'labeo'uel animi uel facti ut Cæſar quia cum Cæſarie natus uel qui manu ſua inter fecit elephantem qui lingua illa barbara cæſar dicitur primus Cæſar dictur uere a Pli.a cæſo matris utero dictus unde Cæſones appellati. Sicut etiam apud græcos a factis paris: eodē mo do Achilles ꝓnomen ποδαρκης quia pernix ωκυσ dicitur uel ακυσ cognomen poſitum ſpēalr a facto.i.pedū uelocitate ut ē ap Homer ποδασωκυσ αχιλλευσ ordo ē Achilles æacides uelox'Pyrrhus æacides neoptholemus:Alexāder dardanius paris'Accidit iis cognomē qd' græci επιγενεται quo cognomina diſcriminant' ut ē Vlixi cognomen πολιασ nā ꝓnomē ut ait Ibicus græcus autor Vlixes nomē:Acciſiades ο λαερτιου ordinat' ſic Vlixes Ac ciſiades Odiſeus Polidas:Sed nota.q̄ aliq̄ ēt ſunt q̄ dicunt' dinoma. ut Palemon melicertes Aſtianos Scāmādros:Et apud nos Numapōpilius:Ancus martius Lucius Paulus hæc Plin.a quo Diomedes qūo aiit ꝓnoia & noia notarentur docet Plutarchus:ꝓnomina latini integra non ſcribunt:Sed aut una littera:ut T quod eſt Titus M Marcus L Lucius aut duabus ut Cn. quod eſt Gneus. Sp. Spiritus:ut tribus ut tribus ut Sex:quod eſt Sextius: Ser.i. Sergius.

De accidentibus nominis & inibi nota Priſciani. Caput. xxxiii.

PRiſcianus libro ſecundo ait nomini accidunt quinq; Species genus numerus figura & caſus & alibi in examinatione ſua dicit nomini accidere ſex qualitas: ſpecies: genus: numerus figura: caſus: & mordet antiquos dicens nam Comparatio generale accidens non eſt. Diomedes uero ait: Nomini accidunt Sex: obſeruationes: qualitas: genus: numerrus: figura: comparatio: & caſus idemq; Donatus: placet ſuperior Priſciani opinio in examinatione. Aliqui dixerunt in declinationem eſſe accidens nominis ſicut riſibile hominis & ſicut admittitur coniugatio in uerbi accidentibus ita nominibus declinatio: quod ſi admittas participiis quoq; uidetur dari debere. In qua re obſeruandum eſt. Quod grammatici antiqui non dicebant caſus eſt accidens nominis: Sed obſeruationes eſſe non accidentia probat hoc dictum. Diomedes qui ſic ait: Nomini accidūt obſeruationes hæ: qualitas genus & c. & ſic intelligit in pronomine: & uerbo. Et aduerbio inquit: iuncta ſunt hæc tria diſcrimina generalia forma: modus: Finitio &c. Cōtra ꝓpoſitiōi accidunt caſus: & Coniūctioni acidunt &c.

De Qualitate nominum. Caput. xxxiiii.

QValitas nominum eſt biparuta aut enim propria ſunt nomina: aut appellatiua: ꝓpria ut paulus Stephanus. Appellatiua uero nomina dicuntur quæ generaliter cōmuniterq; dicuntur: ut Diomedes & Donatus: uulgo autem quod eſt commune multorum Appellatiuorum tam primitiuorum quam deriuatiuorum. Hæ ſunt ut ex Priſciano & antiquis ſpecies. Corporalis ut homo. Incorporalis ut uirtus. Sub quo & abſoluta ut deus omonyma quæ in eadem ſiue propria: ſiue appellatiua diuerſa ſignant: ut Pyrrhus rex epirotarum. Pyrrhus filius Achillis. Nepos ideſt luxurioſus: filius filii: & filius fratris. Sinonima contra quæ plura idem ſignificant: ut abditum opertum obſcurum: gladius: mucro: enſis Adiectiuum quod ſubſtantiuis adiacet: ut albus. Ad aliquid dictum: quaſi ad aliquid dictum: ut pater dies nox. Vocantur hæc nomina relatiua a Martiano. Nam relatiuum eſt hoc ipſum quod dicitur ſermōe alicuius eſt uel ad aliquid quolibet modo referri poteſt: ut filius non ſine patre uel matre. Seruus non ſine domino: Dicūtur autem relatiua tribus modis aut alicuius ut filius aut alicui: aut uicinus ut ad aliquid ut duplum quoniam duplum: ad aliquid: Si dici poteſt: ſimplum eſt. Gentile ut labeo. Patrium ut romanus: Interrogatiuum ut quis: infinitum ut quiſquis. Relatiuum ut qualis: Demonſtratiuum uel ſimilitudinis ut talis Collectiuum quod in ſingulari multitudinem ſignificat: ut populus: diuiduum ut alternus binarius: ternarius: bimus trimus quadrimus: nec deinceps. Trinus: Diomedes trino digeſtam libello. factitium quod græc. ποιητικα ut ſtridor: Clangor tinitus ſibilus hinitus: Generale ut res: ſpeciale ut homo: Ordinale ut primus. Locale ut Ferraria. Numerale ut duo tres Abſolutū ut ens ſubſtantia: & dictum eſt deus. Temporale ut annus: menſis & ab aduerbiis ut Heſternus hodiernus craſtinus Serus Citus nimius. Participalia ut amans uerbale ut amator: ludibundus cogitabundus a præpoſitionibus: ut ꝓpinquus: Sunt quaſi diminutiua ut tabula: cuius origo non cernitur: ſed ſcitur. Sed nota ꝙ aliqui temere addunt græcula ideſt quæ græcæ declinationis quaſi græca nomina non conueniant: Significatione nam ſi dico: Calliope proprium utiq; eſt ſiue græce ſiue latine declines: Sic Calipſo aliud eſt enim diſputare de genere aliud de declinatione: & hac ratione habentur riſui. Qui uerbiſona ideſt ſonantia uerbū addūt Si.n. cōſideremus ſub titulo ſunt quæ corporalia dicūtur: & ſimiliter notata cōtētiua. ut horreū ſpinetū: dumetū: cythatus niſi hæc corporalium diuiſioni tribuant grāmatiſtæ ſunt.

De ꝓpriis deriuatiuoꝝ formis & inibi nota q̄dā de adiectiuis & diminutiuis. Cap. xxxv.

PAtronymicū Poſſeſſiuū Cōparatiuū Superlatiuū Diminutiuū Denoīatiuū. In quo intelligimus. Cū multis ꝯphēſiuū. Verbale participiale aduerbiale: ꝓpoſitiōale. Hæ ſunt ꝓpriæ deriuatiuoꝝ ſpecies. Sūt tū aliq̄ deriuatiōes exuſu magis (ut ait Ser. .i. geor.) q̄ rōe uemētes. ut Quernus ficulnus colurnus ilignus a quercu fico corylo illice. Propoſitoꝝ exēpla ſunt Aeneades: Priameius: Maior: Maxius: doctiuſculus. Lītatura: uinolētus hæc g. περιεκτικα ut cunabulū. lector amādus: heſternus ꝓpiquus denoiatiuoꝝ exēplis Poſuere peritiores quoq; ualitudinarius. antiquarius. aſinaria oſtellaria uit ioſus furioſus religioſus & hoc gūs quæ a triuialibus (pace dixerim Priſc.) plenū ſignare dicunt: ſi uinoſus plenum ſignificat ergo Cyathus uinoſus plenus uino dicetur quod eſt falſum rectius ergo Lactantius pro affluenti ſignificato dixit. Et Nigidius referente Gellio nomina in oſus nimium ac præter modum ſignificare dixit: Iccirco in culpas cadunt ut uinoſus mulieroſus uerboſus moroſus famoſus & reliqua lege libro quarto cap nono. Illud notemus: Adiectiuorum quædam qualitatis barbare loquuntur qui dicunt qualitatiua quātitatiua & ſimilia .n. inaudita niſi i foro eoꝝ (quos philoſophaſtros appellat Valla) ut albus nōnulla q̄titatis ꝯtinua:

ut magnus'diſcretæ'q̃titatis ſunt duo tres quattuor.unus Improprie ſub nõe ẽ numeraliũ.
Quædem diuiſiua per pares numeros:ut bini'terni'quædam a tẽporalibus ut biennis'triẽnis
quædam a plica ut duplex:Ex quæ exceſſum ut duplum triplum'centuplum. Simplum eſt
barbare dictum'legitur liceat ſimplum genus uaſis apd' Marcellum licet impreſſor rudis fece
rit ſimplum'quædam mimitica dicit Plinius appellari.i.imitatiua'quæ Varro æthimologa
ut horriſonus.Sed tamen hæc qualitatis ſunt. Sed nota quattuor ad ſummum diminutiõis
gradus:& tamen non ſemper ut Donatus probat paulum paululum : pauxillum pauxilulũ
aliter uocis ſunt: aliter ſignificationis ut canis catula catella. Hoc Porphirio lamina lamella.
Hoc Vetruuius.

De perſona. Caput. xxxvi.

QVerunt curioſiores.Cur nomini non accidit perſona.Si omnia nomia ſunt tertiæ
perſonæ uocatiui ſecundæ. Ad hoc ex Priſciani doctrina nomina ſunt tertiarum
perſonarum indicatiua.i.tertias indicant perſonas. Sed accidentis eſt indicare ipm
nomen:uel orationis partem.Sed acutius uerius ꝗ ex Varrone:quia poſitio prima
nominum:non ad aliquem'ſed de aliquo habet locutionem.Ergo naturale eſt iu nomine p
ſona non accidens.quia tertia perſona eſt de quo.Vis uocatiuĩ non ab accidẽte.ſed natura fer
tur ad quem.Et ratione predicta a nobis ex uarietate motus Priſci.nomina obliquo caſu in
flexa perſonã.Non habere.dicit'qualia ſunt domi domo domum cũ fungunt' uice aduerbil.

De Declinatione & de Ratione ordinis inter declinationes. Caput. xxxvii.

DEclinatio eſt uocis inflexio:quæ maxime fit in fine.Declinatio eſt(ut ait Varro)cũ
ex uerbo in uerbum:aut ex uerbi diſcrimine ut tranſeat in eas uocis commutatio
duplex eſt declinatio'uocis & intellectus. Vocis ut deus dei.Intellectus nequam ho
mo nequam'hominis nequam:uariatio.n.huius uocis intellectu percipit'.Sic nu
meralium & judeclinatorum.Declinatio uocis eſt triplex:aut naturalis'latina'aut acerſita'aut
mixta,naturalis ut poeta tæ.accerſita quæ græcum motem ſectatur:ut grammatice'ces'mix
ta quæ inflexa latino græcas inſerit uoces:ut Orpheus'ei'uel orpheos hectorem uel hectora
hactenus.Chariſius.Antiquitatis ſectatores ſeptem fecerunt declinationes. meminit & Mar
tianus.Prima ex ut poetæ'Secunda ut domini'Tertia ut antonii'Quarta ut patris'Quinta
ut uiſus'Sexta ut rei'Septima ut cornu.Sed longe praeſtant ingenia uiuentium ſeptem qui
dem ſunt declinationes'prima ut muſæ uel muſai'Secunda ut Auguſti'Tertia ut patris'quar
ta u. uiſus cornu'Quinta ut rei Famii diei'Sexta propter græcas dictiões qua grãmatice ces.
Septima mixta dicitur ab aliquibus.notha cum uoces græcas auferimus : ut theſeus theſeos
theſei theſea.Hectora hectoras & mox probabitur Seruanda eſt Priſciani doctrina. cum diſci
pulum interrogat.Quis dicendum illi eſſe quotæ declinationis. Sic.n.recte reſpondere ẽ pri
primæ.Nam ſi cuius dicat reſpondere poteris græce ſeu latinæ declinationis. Quare uero pri
ma declinatio habet æ diphthongum in genitiuo & datiuo(curioſis auribus hæc dicimus)ẽ
ut ex Feſto accipimus & iam recitamus in diphthongis:quia antiqui latini ſcribebant æ ſylla
bam terminationie primæ per ai:ut aulai muſai.Quod apud græcos facit ae diphshougum
& Quintilianus ait e litteram per a & i quidam ſemper ut græci efferebat quidam ſingula
rem tantum.cum in datiuum uel genitiuum caſum incidiſſent.unde pictai ueſtis.Quare au
tem haec ſi prima.Ordo uocalium naturalis naturaivm facit ordinem declinatio noſtri. Nã
e ꝓcedit:cum nulla ſit dictio latina in genitiuo caſu a terminata.I.uero terminatio eſt ſecun
dae.quia poſt es.locus eſt.i.at dices unius:& alterius:& ſimilia ſunt ſecundae nec habent .i.reſ
pondeo:aſſerente Priſciano:ꝗ antiqui eas dictiones in i terminarũt uſus mutauit: unde neu
ter tra trum.more antiquo hodie etiam facit neutri ſic generis neutri dicimus . Et Varro ait
gradatim alium preponens alio:tertia uero in is:recta eſt ratio quia.i.tertia eſt.Sed additur s.
ꝗ a uarietatis ratione procet.Aaliquando par aliquando Creſcens in eodem interim in ſimi
li In eodem ut in bucco.Maro Thyrſidem & thyrſim iacit Daphnim & Daphnidem a recto
Daphnis & thyrſis ſic tygres apud Virgilium tygride ſaeua peior apud Iuuenalem & Ouid.
In ibim & ibida flexit a recto ibis. In diſſimili opus & Amathus.eſt aũt opus urbs in locris
meminit Strabo.recto eſt opuntis Ouidius in pontho facta cede puer patroclus opunta re
liqt nominandi enim caſus iſte reſtrictus eſt ad integro qui eſt ο ϖ ο υ σ. ο υ τ ο σ. opus
opoenas ſicut ſimois ſimoentis & per ſynereſim opus untis.Nam o Ei mutant' in o. Simili
ter amathus untis Ouidius in Methomor.piſcoſam ꝗ gnidon grauidam ꝗ amathunta met
tallis Cuius Nominatiuum protulit Virgilius aeneæ. decimo.Eſt amathus eſt Deinde pa
phos ſunt alta Cythera nec poteſt declinari Amathus amati. uerſus enim non ſtaret & lo
cus Naſonis probat praeterea Amathois:integro Nominatiuo de ut Simois hoc ſecu
tus piſanus interpres accepit ex Triphone Grammatico qui ſcripſit : Vt alibi diximus de

paſſionibus litteraꝝ & ſyllabaꝝ a quo & ipſe Priſci.pluria & Herod.ipſe(ut nos antiqua libas ſe quoq; uideamur)inter Inequalia hoc genus ponit œdipus œdipodis & œdipus pi reduxit in opuſculum ſuum Pomponius Statius primo theb. dat exẽplũ limes mihi carminis octo œdipodæ confuſa domus. Quid q etiam apud comicos dici Chremes mis:& chres tis. Terẽtius in Euni. Iſtuc mane & chremem introducas pythia. Quarta cum nulla habeat o ante s.u.ratione ſubſequentis litteræ.ſortita eſt locum ut genu: & uſus. Quuinta uero eſt quæ in ei deſinit tam datiuo quam genitiuo diuiſas ſemper ſyllabas de uſu habens:ut dupliciter diſferat ab iis q ſunt:ut Promethei oilei pronuntiatione. Deinde nomina ſecundæ declinatiõis aliquando patiũtur apocopen ut antoni pro antonii quod non eſt in quinta admiſſum:ut pythagorei uoluerunt qui quinarium numerum ſterilem dixerunt. Quod uero legitur dies huius diei:uel dii. Antiquitatis umbra tuetur.grammatices uſus renuntiauit. hoc alibi. Quia igitur huius flexus nomina uoce & mutabilitate deuiarunt a ſecunda:tam datiuo quam aliis caſibus:ſeu uocibus.ideo licet in i deſinant.Seperatim ſortita ſunt ordinẽ: Qui aliter neutra li modo eſſe non poterat.Hæc partim ex Plinio & Herodiano & Papyriano:propter fragmẽ ta:ubi rationes pythagoreorum leguntur.dimidiatæ.Sicut in alio loco ſtoicorum quod etiã Priſcianus Diomedes & ipſe Varro ſignificat. Duæ obſeruationes addite ſunt primigenis ex naturali litterarum ratione obſeruaris ut grammatice grãmatices.Græcula dicta:alter atheſeus theſei uel theſeos. Hæ autem epithomæ dictæ.Secunda dicitur mixta ut iam dictum eſt.

Quare nomina quarti & quinti flexus ſeu declinationis nou ſunt propria apud latinos non legantur & inibi de notis pronominum & quare in quinto flexu non ſunt neutra:qua req; nomina a quattuor uſq; ad centũ non uariãtur ſuntq; oĩs generis. Cap. xxxviii.

PRopriorum uocibus.Quinta non utitur quarta nec declinatione. quia expertes ꝓpriorum ſignificationis utraq;.eſt hoc modo. Quarta ut plurimum generalibus ꝓprietatibus:ut Plinius & Priſcianus attributa eſt:ut uiſus auditus. Quinta materiei ut res ſpecies glacies.quæ ſignificantiæ reſpuunt uim propriorum.Sed Varro in qſtionibus humanarum & diuinarum rerum Plinio referente aſſignauit rationem alius eſt liber ab Auguſtino allegatus humanarum & diuinarum quæſtionum.Si uim tituli penſitemus propria quarto quintoue flexui aſcribi uetuere pythagorici eorumq; inſtitutum in hac re manſit.imperfectorum quoniam numerorum primus binarius.perfectorum ternarius ẽ. Et quod proprium eſt:moſtrans excellentiora:primis perfectionis & imperfectionis gradibꝰ conſiſtere merito debet.uel ut: Stoici conſiſtit. Quod pro uocum cognatione notatum eſt. ideo ptopriorum uoces:nec quaterni legem fœm næ:nec quinarii infœlicis ſterliſq; modũ ſubeũt huius ſterilitatis ratio tantum ualuit:ut nec inde genus neutrum ꝓduxerit:& ſi utrũq; licet parciſſime teneat. Quintus flexus. Chariſius uero ex ratione ipſa propriorum pronominum duplici:nam propriorum nominum tres ſpecies ut dictum eſt.altera ratio q ꝓnomina non excedunt ternarium numerum litterarum.licet modo una modo gemina modo triplici notentur littera.hoc autem ſuaſu fuit pythagoreorum de numeri ternarii dignitate ꝓcẽdẽtiũ: ut Lucianus in dialogo oſtẽdit/quam oĩbus rebus ꝯgruere uoluerũt.datq; exẽpla ẽt Cæſ.coſ. q agnoĩa & noĩa:A.Aulus Cn.Gneus.Ser.Sergius.Quod uidet accedere ad eã rõnẽ:qđ Domitius ait:tãq; hẽas tria noĩa: Cũ Politia.taxabat:debuiſſet illud legẽ Auſonii ternario nũero: tria noĩa nobilioꝝ & ibi declarauimus.& ſupra libauimus ex Plutar. Ex hac rõne meminiſſe Pythagoreoꝝ nũerali ſeruatũ ẽ nũeroꝝ noĩa ut qđã formæ a ternario & binario ut puta qs nõ licet uariatio nõ recipiãt flexũ:Sicut.n.i uoce lĩali lĩe nõ uariantur ut elemẽta ſtabilia tra i ordine nũerali nõ decet q ſunt ut elemẽta uariari ea autẽ ſunt a quattuor uſq; ad cẽtũ ſuntq; oĩs generis ut oĩ ꝓpriæ poſſint nõ ꝯgruere ut q̃ttuor uiri ut q̃ttuor fœminæ q̃ttuor aĩalia aliis neutra & grõ iũgũtur uñ mille hoiũ & mille hoies & millia hoiũ:hæc ex Herod.doctria.

In declinatiõe noium nõ uulgaria & primũ de noibus apocopatis. Cap. xxxviiii.

DVo ſunt peccati genera declinatione nominum:ut ait Varro. unum quod in conſuetudinem perperãreceptum eſt:alterum quod mundum eſt:& perperam dicitur. unum dant non oportere dici quod fit in conſuetudine:alterum non conceditur ubi uotat triplex eſt declinationum genus:circa quod peccata uerſantur: Eſt enim græculũ.i.qđ totũ græce:aliqñ declinationis ut pan panos:grãmatice grãmatices:aliqñ partẽ capit:ut Nereidas ꝓ Nereides ægæa ꝓ ægeũ.Latinulũ qđ græci in latinã uocẽ tota dictio uertiť ut pollux cis. Nothũ qđ in græca latinaq; forma ut Achilles ulixes autor Pli.& notatũ a nobis quoq; ex Varrone. Vnde hac ueritate freti ſeptem ſuperius fecimus declinationes.

Litteratores putant Adam Abraham primæ declinationis Loth: Ruth: Iacob: Dauid: Noe. Tertiæ.Deliramenta ſunt triuialium. Nam barbara nomina in ſua uocis ratione nõ recipiũt

flexum latinum ut Ioſephus ſiue Ioſippus in captiuitate hebraica qui hebræus Romæ Cap'
tiuus ut in Plinii dicimus praefatione latine ſcripſit eleganter'uerba ſunt'Hæc autem fabula
eſt Abraham quoq; parenti hebræornm fuiſſe domicilium.Si uere latinorum accipiunt fini
tiones per flexionem.uariantur affirmare id Priſcianus uidetur.Secūdum ueritatē : ubi dicit.
Quare litteræ non uariātur qm̄ a barbaris inuentæ.Liuius tamen dixit Bogudis.Sed ut acci
pio ex Plinio finitione eſt latina:ab eſt quod eſt Bogudis bogudis.Nā Bugud mutiſonū ſem
per eſt:alias uſurpatum non uſus eſſet.Iohanes barbarum quoq; quidē eſt.Sed finitione mu
tata accipit flexum.hebraic aautem enuntiatio eſt iochan.inuſitatum uero uerbum tanq̄ ſco
pulum fugere debemus'ut clariſſimi autores ſuaſere.Quis unq̄ legit dauidis tuthis Hannibal
Hiempſal Haſdrubal Michael'declinātur & ſabatum.q͛ hebræi:nos requiem autore Ioſepho
dicimus.Ita Abrahamus ami.q͛ Priſciauus quoq; ex aliquorum hiſtoricoꝝ lectione : de qua
re ſic Ioſephus uel Ioſippus.Iaphet itaq; filii uel nepotes has habuerunt gentes : quæ forſan
ignorant' a græcis:hoc ergo p̄dicens ad narrationem reuertar eo unde digreſſus ſum. Nomi'
na ſi quidem propter ſeriem.ſcripturæ decorem græci ad lectionem gētium mutauerūt neq;
enim ꝓuinciæ noſtræ huiuſmodi formis uti.Sed licet unum quidem ſchēma & finis nomi
uum ſit unus.ultimas noium ſyllabas aliter illi declināt.Hoc itaq; apd' nos.Apud eos nochus
appellatur:& Arahani Abrahanus.& ſic hæc forma in omni ſchēmate cuſtoditur hæc ille.Paſ
cha quoq; per inflexionem eſſe hebræum putāt docti autore Ioſepho.Nā egreſſurus Moſes
ex terra ægyptii ſacrificauit.xiiii.diebus:& quiſq; domos proprias Iſopi frondibus emunda'
bat:cumq; cœnaſſent reliquias carnium tanq̄ egreſſuri cōcremataꝝ:quod feſtum paſcha di'
citur'quod ſignificat tranſcenſionem hebraica enūtiatio eſt.peſach.Ali a græco πάσχω qđ
ē patior'in quo cornu Copiæ ſicut in multis aliis delirat.praelibata autoritate græcū ſit paſcha
tis ſicut thema'tis.pneuma tis.dicēdum uiderur nomina.n.neutra in a ſingulari finita : uno
articulo præſignata.nō legūtur uſq̄ primæ declinationis niſi apud chriſtianos ſcriptores. Sed
tertiæ.Priſcianus in ſexto nullum neutrum nec primæ:nec quintae declinationis eſſe poteſt.'
Legitur genere inibi paſche populi modo. Quod uero pleriq; nō indocti Conētur probare
græcam eſſe uocem:Iudicio meo aberrant.Nos legimus libro octauo cap.quarto q Gnomo
nicis rationibus apud Vetruuium.ex radiis ſolis per umbram inuentis. & mūdo atq; plane'
tis hæc uerbi.Namq; in his locis naturalis poteſtas ita architactata eſt collocauitq; Cardines
tanquam centurum unum a terra In mari in ſummo mundo ac poſt ipſas ſtellas ſeptentrio
num.Alterum trans contra ſub terra in meridianus partibus'ibiq; circum eos Cardines orbi
culos circum centra ut in torno profecit qui graece paſche denominantur per quos uolitat
ſempiterno cælum haec ille.nos cum uidiſſemus non conuenire ad rem propoſitam cōſulto
omiſeramus.Quæ enim ratio ſignificationis graecae cū barbara.ita pfecto ſicut rob. barbare
defructū latine.Soda.Emigranca.& multa alia & ſi calculo fit ſic longe prius ratio uocis bar
barae q̄ graece ut inſinuat Beroſus & Euſebius autoribꝰ Priſcia.ſibi ipſi haud miꝝ repugnet'
id pene ſexaginta locis fecit ut patebit in obſeruatiōibus. Quod antiqui dixere Priſciano do'
cēte alienigenum generꝭ neutro.Et nos addimus:quod etiam alienigena genere neutro in ſin
gulari lectum eſt ut Pecus dicitur & non negat Seruius.Licet Neoterici ſophiſtae pro caprige'
natum dicere malint.Quid q͛ alienigeni ſanguinis dixit Valerius.Idem libro ſexto cap.ii. &
in eodē cap.yi.Alienigenā iuſtitiam & libro quarto.Alienigeni amores. Et depericle. Sed ut
alienigena ſectemur.& in primo de externis hominibus alienigena exempla.& in ſecundo d'
maieſtate alienigenis exemplis. Excuſatur tamen a nonnullis maieſtate antiquitatis paſcha
primi quoq; flexus dici quia nomina in a : quae non ſunt tertiae declinationis olim fuerint
primae. ut Toreuma.Plautus in Amphitrione.Cum hoc ſeruili ſchemma. Sed huiuſmodi
declinatio renuntiata eſt antiquitati : depoſitaq; ab eruditorum conſenſu. Quod uero chri
ſtiani inter quos Auſonius Paeonius paſchae dixerint.inter uſurpata habentur.ſicut Ieſus: Ie'
ſu:Ieſui.Immo & chriſtianorum doctiſſimi.h.aſpirationem in iuſſerunt paſcaeq; dicunt. ex
ponuntq; paſca ideſt tranſitum. Autores Hieronymi & Auguſtinus conuenireq; uidentur'
Ioſephus in aliquibus tamen Auſonii exemplaribus. phaſae pro paſchae legunt uera lectiōe.
A Filia filiabus legitur & filius: ſicut a nata natabus & nati. Plautus in Suco. Sed ego Ibo
intro & gratulabor noſtrum aduentum filius. Loquitur Antiphon ſenex qui itē in ſcaenae
principio dixerat ita me dii bene ament meaſq; mihi bene ſeruaſſint filias. Ouidius undecio
Methamor.De quattuor filiabus Anrii regis.Effugiunt quo quaeq; poteſt. Euboea duabus'
& totidem.natis andros fraterna petita eſt.Quid eit cauſae:ut legitur apud ſcriptores phor'
bas phorbantis.thoas antis.Non itē Aenaeas. antis habet. Martianus Capella dixit eſſe inter
Anomalia.Priſcianus uero examina.y.aſſignat rationem:quia oia noia graeca in as.deſinētia.

Si apud illos ou diphthongon efferatur: genitiuus apud nos ſine dubio fit declinationis pri' mæ: αινειας αινειου æneas æneæ antiqui. Cinterim detrahebant: & dicebant ænea ut byrrhia. Marſia: Iuuenalis. Ceu marſia uictus. Vnde Quintilianus ſic ait libro primo. Latini neq; in a: quidam atq; s litteras exire temere maſculina græca nomina recto caſu patiebanẽ ideoq; apud Cælium legimus pelia cincinatus. & apud Meſſallam. Bene fecit euthia. & apd Cice. hermagora. nec miremur q ab antiquorum pleriſq; ænea & anchiſa ſit dictus. Nam ſi ut Mecœnas. ſuffrenas: aſprenas diceretũr genitiuo caſu non. æ. ſ. is ſyllaba terminarentẽ. Q d uero dicatur Mecœnas atis. ſine n cum phorbas antis. n. accipiat: ratio eſt. idiomatis (ut dicit Herodianus) Mecœnas. n. aſpernas lenas ſuffrenas latina ſũt. illa græca qnti flexus ut φορβας φορβαντος: ιδιωτης ... ita thoas thoantis rhoãti thoã ta thoas. Et conſtat non quinti flexus. nec quarti eſſe. ideo neceſſario tertio. Illud quoq; q pa' ter familias: Et onos lyras Varronis genitiuum eſſe græcum: Illud quod latinum eſt & cum non legerint antiquos ſcriptores: qui declinabant hæc familias huius familias. & hæc lyras huius lyras. ut docet Seruius. xii. ex Saluſtio qui ait: Caſtella cuſtodias theſaurorum pro cuſto diæ. Et ita aſper intelligit. Sane inquit Seruius familias indeclinabile eſt. Si autem pater fami liæ dicere uolueris: iam non erit unum nomen: ſed locutio & familiæ erit datiuus. Nam pa' ter eſt mihi diomus. Terentius: Natura tu ille pater es. Multi tamen uolunt in plurali nomẽ utrumq; declinari: ut dicamus patres familiæ. hoꝝ patruũ familiaꝝ. Ratio eſt inqt Herodia. q̃ ſi familia dixeris æquocũ erit: ut poſſis plures in una familia patres accipe: qd non ſonat.

De Fœmininis in abus datiuo plurali Caput. xl.

Phocas grammaticus pauca ſunt declinationis nomina: quæ contra regulam datiui & ablatiui pluralem in bus ſyllabam mittunt diſcernendæ ambiguitatis. i. ſexus cã his & his deabus: & filiabus: mulabus: equabus: libertabus. natabus. aſinabus. quæ a uiris peritis uſurpata ſunt. Priſcianus quoq; docet libro. vii. natabus: filiabus: deabꝰ: mulabus: libertabus: aſinabus: recteq; putãdum eſt: nam ſi mula mulabus: equa equabus: cur non aſina aſinabus. In libris digeſtorum hæc annotaui: ſicut etiam ſeruabus. Legimus & Val la negat. ff. de fundo inſtructo: lege prædia maritima patagrapho affini. Quæſitum eſt an ea municipia commiſſo cedũt. Cum quædam ex iis officiis ad tempus peregrinationis addu' cta ſunt relictis conſeruabus & filiis ſuis. quædam patribus & matribus relictis.

De non uulgaribus in flexu noim ſecundo & tertio & inibi quid ualeat ratio uarietatis ad copiam linguæ latinæ: & quæ ſint renuntiata antiquitati. Caput. xli.

Legimus bacchanalium & bacchanaliorum: ſaturnalium ſaturnaliorum. Seruius Macrobianus ait ſic: Qui naturalium dicit regula utitur: nomina. n. quæ datiuum plurale in bus mittunt nunq̃ genitiuum eiuſdem numen ſyllaba creuiſſe patiunẽ Sed aut totidem habet: ut moilium: monilibus: ſedilium ſedilibus: aut una ſyllaba minus: ut eſt carminibus carminum: luminibꝰ luminum. Sic ergo ſaturnalium rectius dictũ q̃ ſaturnaliorum: Sed ii qui ſaturnaliorum dicunt: autoritate magnorum uirorum utuntur. Nam Saluſtius bacchanaliorum & Iulius modeſtus eam uocẽ ponit: hæc ille Et (ante dictũ) ratio artis indulget. Nomina. n. feſtorum carentia ſingulari ut differrent ab iis quæ ſingula' ria eſſe poſſunt: ut bacchanale feſtum. Agonale feſtum: uariata uoce reperiuntur: ut ergo adie ctiuum. i. epitheton & ſubſtantiuum dignoſceretur: non temere fecerunt ſcientes nonnullis ſæpe nominibus datiuo in bus exeunte nihilominus genitiuo in orum finiri: ut domibus: do morum: ambobus amborum: duobus duorum: Item uiridia cum epitheton eſt facit uiridiũ ut uiridia prata: uiridium pratorum. Cum uero ſubſtantiuum facnius: & locum ipum ſigna mus uiridiorum dicimus. Alia ratio eſt uarietatis cauſa. quam ut Pli. ait: ut ligua lauta copio ſior fieret: antiqua maieſtas adamauit: poſteritas excoluit: ex uarietateq; delectationem cõtra' xit. unde uectigal uectigalorum dixerunt Annale annaliorum: ut legenti Plinium: Probum: Marcellumq; patet. Poematorum a poema Affranius in pnuigno poematorum non bono rum. Et poematis Emblematorum: Entimematorum. Toreumatorũ & ſimilia. Vnde uſurpa' uerunt toreumatis: Emblematis: Entimematis: Lampadarum lampadis lãpadas. Sed hæc alii aliter. Et ipſe etiam Macrobius pronuntiandum eſt ait ueteres induiſiſſe copiæ propter ua rietatem: ut exanimos exanimes: inermos inermes: hylaros hylares. Quid q apud Gellium fronte hylaro ex Cecilio: Martianus hylaro ſuſuramine. Addimus ex antiquorum monumẽ' tis. Elephas elephantus. Euandrus Euander. Scamandrus Scamander: & ſimilia plura. Hac quo ꝑ cauſa putarim. Quod ipſe & Gellius meminerunt ut dicerent die quinti pro die quĩto Priſtini die pro priſtino die quarti ꝑ quarto. Craſtini pro craſtino ſed de hoc alias. Similiter mille hominum & mille homines: manſuetem pro manſuetum: Plaut. in aſi. Rhedam ego

ex fera fame māſuetem pro māſuetum.herem ꝙ nos heredem:pernicē ꝙ nos pernicaci hæc
tamē antiquis renūtiata ſunt.Sicut illud Terentii in Adel.Cum primo lucu ibo hinc.
Nomina in ens.in e.faciūt Ablatiuum uarietatis cauſa:aliquando in i ut tridenti & tridente.
quod tamen affectatum dicitur a Seruio principio in e.& in i: Quod ſi participium tranſit
in uim nominis.in e.tantum eſt:ut a ſuo amante capitur fœmina. Si quæ ex appellatiuis fa-
cientibus in i.habeant uocem quoq; ſimilem.quæ proprii ſit in e.tātum exeunt.ut Iuuenalis
fœlix liberalis.Martianus Capella.decorem Iuuenalem gratiarum dixit.Quod dicit Seruius
ii.Geor.præcipue frōdis tenera impacienſq; laboris legēdum eſſe nō negamus ut docet.n.He
rodianus & alibi recitauimus pluta nomina apocopata ut itiner & olim modoiter Supellecti
le modo ſupellex.frōdis olim modo frōs.Quod uero ait i Lucretio frōdiferaſq; domos auiū
eſſet exemplum Inane.Illud niſi quod ipſe ex annali primo ennii ait frondis dum tenera in
campis.Ex quo eſt uerbum Maronis.Sic pluris & hoc plure dictum:ut Donatus in ipſe po-
ſuit.quo cum & compluris & complure. unde Gellius dixit latine dici pluria & compluria.
plura & complura imitatione dicta poetarum quos egit ita uerſus.penatium & penatū. Nā
Cicero in oratiōe pro rege Deiotaro ad Cæſarem in cōſpectu deorum penatium:necare hoſ-
pitem.Grammatiſtæ ponūt carduus ui.& cardo.onis.uarietatis cauſa. Sed barbare cardonis:
dicitur quod ſine exemplo eſt.turbo.onis. legitur apud Boetium pro forma contrarie metæ
uel pyramidi.alias turbinis eſt.Stulta eſt obſeruatio eorum qui comperatiui neutralis ablati-
uiuum in i.tantum fieri dicunt:longiore.n.ſpatio dicitur & lōgiori. Tacitus.Nullum breuio-
re ſpatio ꝙ aduerſus Gallos cōfectum.Iuppiter Iuppitris in genitiuo apud Higinium. eamq;
uocis analogiam ſic eſſe dixerunt antiqui.Sed quoniam Iouis quoq; huius iouis lectum eſt.
excidit Iuppitris quod aſperiuſculum eſſet poetis.Iouis acceptum.affirmat ſuperiorem mo-
dum Priſcianus.ex Ceſelio uindice.addit Iuppiteris quoq; dictum.Iouis nominatiuo poſuit
Cecilius in epiſtola.Non nouus quſdem deus repertus eſt iouis. Actius in epiſinauſimache
lucifera lampade exurat iouis arietem.Miror Priſcianum non rettuliſſe ex Varrone quem re-
fert antiquus grammaticus:dictum Iuppiteris in ſacris.Iuppitris in cōmuni Iouis a poetis di
ctum.Simile huic dixit Seru.in ſuperioribus iam recitatum. Virgo.onis. dictum Vrbanus af-
firmat pro ea quæ peperit:unde ſit illud Virgilii de Paſiphae in buc.Ha uirgo infœlix quæ tē
dementia cœpit:& ſic homo homonis.de mortuo tantum Ennius.Vulturis in ſyluis miſerū
mandebat homonem:non aduertit Priſcianus uerbum Herodiani & Vrbani. Quod de Pri
ſciano loquimur. Taceo Seruii Enucleatorem non aduertiſſe & illud qđ ait Seruius.vi.æn:ri
dorum triſti gaudet cognomine terra hic & hæc cognominis i Plauto una de bachidibus di-
cit illa mea cognominis eſt metri autem neceſſitate a cōmuni genere miſit m.e.ablatiuū hæc
ille.Verum Plautus in bachidibus quæ habentur in principio ubi bachides & piſtoclerus lo-
quuntur ſic ait piſtoclerus quid agunt germanæ duæ meretrices cognomines. Hæc Plautus.
Nō noluit ſequi Vrbanum quod ait cognominis agnominis binominis trinominis.qm̄ po
ſitiua non ſunt ut facilis difficilis non in.i ſed in.e.faciunt ut exſpes non exſpi.bifronte non
bifrōni in.vi.caſu.ad quod Plinius & Herodianus ante dixerant duum generum compoſita
ex ſubſtantiuo & alia particula in tertio flexu ſequuntur regulam ſubſtantiui. niſi interrupta
ut bilinguis trilinguis.Vt Varro in Seſquiulixe acerrimo & Liuius in Tragœdia bifrōte Iano
trinomine Zoilo. & Lucilius binomine Iro.Sed cum dicat Ennius ferro bipenni magis ego
dixerim inquit Herodianus talia nomina eſſe obſeruationis ꝙ regulæ.ſicut Anceps.biceps tri-
ceps.Ancipiti bicipiti tricipiti.cum tamen dicatur fœlice uel fœlici. Municipe non municipi.
Hæc ille.Quidam uero inter neotericos nō uiderit antiquorum licet mōumēta.Ita dicebat quia
cognominis nō hēt cognoīe neutrū.neceſſario in.e.nō i.i.qđ a neutro uenit terminari decet.

Annotata In Quarto & Quinto flexu. Caput. xliii

IN quarta quoq; declinatione obſeruatur quæſtus ſti.& quæſtus quæſtui. ſed hoc
remanſit.Terentius nunquam animum quæſti gratia ad malas inducam artes:tu
multi & tumultus.Plautus in caſſina.Quid intus tumultus fuit?Saluſtius.cohor-
tes ueteranas quas tumulti cauſa conſcripſerat in fronte poſitas. hic autem modus
eloquendi ſeu reuocandi.ueterea dicitur a Donato archaiſmos.quod id primū fuerit licet con
ſuetudo renuntiauit antiquitati. ut uicti:pro uictus.Plautus in captiuis uicti quottidiani uē-
trē ad me afferas.æſti pro æſtus.Pacuuius in chryſe æſti forte ex ardo ſenatus.ſenati.ſenatuis.
Plautus in Epidico ſenati qui columen cluceret:Saluſt. in Catilina.Igitur ſenati decreto.Qui-
ntilianus tamen incertum eſſe dicit an ſenatus.ti.to.faciat an ſenatus.tus.tui.Cice. ad brutum
neq; cum ſenatum neq; ſenati ducem. Varro & Nigidius docente Gellio.Senatuis domuis &
fluctuis genetādi caſu dixerūt ſumpti & ſumptus.Plautus in trinūmo. Quod ebibit.comeſt.

quod facit ſumpti.exerciti.pro exercitus.aſpecti pro aſpectus.lucti pro luctus.ſalti.ſaltus.parti
partus.Marcellus dicta ab antiquis ꝓbar.Gelus li.& gelu.Lucretius.V. Sæpe multus fragor
& ruina geli.ornatus ti.Terent.in andria.Matronem nullam in ædibus.nihil ornati. nihil tu
multi acceſſi.quod Donatus per archaiſmon putat.Eventi Cicero in particionibus.Si cuiuſq;
facti & æuenti cauſa ponetur unde in oratore ex aliorum factis & dictis aut euentis.Quod ãt
legitur euenta ut dixi uarietas cauſa eſt.ut iuſſus ſus.ſui.uel iuſſum ſi.unde iuſſa iuſſorum:ut
apud Gellium.atteius.capito.Lex eſt inquit generali iuſſum populi aut plebis rogante magi
ſtratu.Curtius parmenio aduerſarii & iuſſo litteras appetit.Lucretius quoq; Euentum ponit
iis uerbis euentum dici potent quodcumq; erit actum.Cicero ad Atticum.Semper enim cau
ſæ euentorum magis mouent:q̃ ipſa euenta:& alio loco.exiſtimato me ſtultitiæ meæ pœnã
ferre grauius q̃ euenti.Et Plinius ubi de abuſu generum.uiſum.auditum.intellectum.generẽ
neutro olin dicta recenſet.& ſignificatum.& ſignificatus.Palemon uero dicebat participia eẽ
quæ legimus in uim ſepoſita nominis.ut iuſſa.promiſſa.facta.geſta.lecta.& quæcumq; in ua
rietate modo ſecundæ.modo quartæ poni uidentur.quorum plura ſecundum flexum tenue
re.ut legatum quædam quartum.ut riſus.quædam utrumq;.ut ſtatus & ſtatum.gemitus.ge
miti. Plautus in adularia. tantum gemiti ſpecis pro ſpecubus.Actius dixit. Idem flucti pro
fluctibus.piſcati.piſcatus.Pomponius quoq; poſuit ſtrepiti.ſtrepitus.Ennius.fructui uel fru
ctuis.Turpilius & Varro dixerunt porti.portus.Turpilius domus.domuis.domi.Varro po
ſuit ſoniti.ſonitus.ſonu.ſono.Pacuuius.Cæcilius.Siſennaq; dixerunt. Ceſti ceſtibuſq;. Varro.
uictui.uictus.graduis.gradus.Annis.anus.ricuis.ritus dixere. Sed hæc quãuis uarietatis cauſa
maieſtatis antiquorum poſuerit in poſterioribus tamen deſita.Aliqua dandi caſu in u. nõ in
ui.Leguntur unde ſenatu magis conſueuerunt alii q̃ ſenatui dicere. Sicut Lucilius in eodem
caſu uictu & Auus dixit non uictui& anui iis uerſibus.Quod ſumptum atq; epulas:.uictu ꝓ
ponis honeſto & alio in loco anui noceo inquit Virgilius.quoq; teq; aſpetu ne ſubtrahe nõ
& in geor.Quod neq; concubitu indulgent.Cæſar in aticatone unius inquit arrogantiæ ſup
biæq; dominatuq;.Idem in dolobella.& honori errant & ornatu.in libris quoq; de analogia
ſine littera cenſet dicenda.In quinta quoq; peclinatione legimus.nomina quattuor flexibus.
quorum licet aliqui exciderint maieſtate tamen antiquitatis non ingrata ſunt.olim ducebant
dies huius dii.facies huius facies.pernicies ci. Tullius pro ſex.roſcio. Quarum nihil pernici
cura diuino conſilio.progenii pro progeniei.Pacuuius.Pabulo pater ſuppremæ noſtræ ꝓge
nii patris.fames mii.Lucilius Rugoſam famii plenum.Acies cii.ſpecii pro ſpeciei.luxurii pro
luxuriei.dictum legimus.Dixerunt etiam dies huius diei.ut Gellius affirmat uerſu illo Virgi
liano.Libra dies ſomniq; pares ubi fecerit horas.Cæſar uero in Analogia quem quandoq; al
legat Plinius & Quintilianus.huius die dixit.olim dictum.ſicut acies cie.qđ Lucilius quoq;
poſuit.ut recitat Gellius.Hinc uaria eſt lectio ſuper eo uerſu Virgiliano. Munera lætitiãq; die
leguntur alii dii.alii dies.alii dei.præter hæc duo pro duos poſuere autores. Virgilius. Si duo
præterea tales idæa tuliſſet terra uiros.Horat.primo Serm.Duo ſi diſcordia uexet inertes.

De Spetie hominis. Caput. xliii.

SPeties.g. ειδος nt Plinium referamus.eſt forma dictionum.quæ prius unum
altero ſignificat.In naturali hiſtoria.ſpetiem pro forma.xxiiii. e diuerſo xiphion
& phaſaganion in humidis cum primum exit gladii præbet ſpetiem duum cubi
torum.errauit ille qui ſpeties pro aromatibus capit uerbis Diſſarii apud Macrobiũ
libro.vii.dicentis.Speties acres & calidæ.ſuperficiem cui apponuntur exulcerant. ubi ſpeties
dixit.que medici impropric ſimplicia appellant.eſt enim inquit Porphirius.ſpeties quod ꝑdi
catur de pluribus numero.ut homo.Sub quo Socrates Plato.Ita etiam ueratrum ſub quo al
bum & uegrum.piper item hæc medici appellant ſimplicia.doctiores ſpeties. Nam ſicut de
ducitur animal homo Plato.Sic herba Hopum.iſopum eſt enim. iſopum ſpecies herbe.ſub
qua plura induidua licet.Anoma.alio modo dicitur ſpeties Priami digna imperio ideſt indo
les.alio modo dicitur ſpeties quæ eſt ſub genere.ut homo eſt ſpeties animalis. Martianus in
dialetica.Formas eaſdem dicimus quas ſpeties.Et Boetius primo topicorum Cõmentario cũ
Martiano dixerunt eſſe differentiam inter pates & ſpeties.eſt enim ſpeties quæ notat nomẽ
integrum definitionemq; capit totius ut homo equus animalis ſpeties.partes uero neq; no
men.neq; definitionem totius accipere poſſunt.ut caput manus non enim caput dicitur ho
mo niſi poetice.per figuram ridiculum caput.inde diuiſionis uocabulo utimur in ſpetiebus:
partitionis in partibus.Cic.in top.ſic ait.In partitione quaſi membra ut corporis.caput. hu
meri.manus:latera:crura:pedes.&c.In diuiſione formæ quas græci uacant ideas. Noſtri ſi q
forte hæc tractant.ſpeties appellant.Non peſſime id quidem dici poſſet ſpetierum & ſpetie

bus dicere.& ſæpe is.caſibus utēdum formaꝶ & formis uelis:Cum aūt utroqꝫ uerbo idem ſi
gnificetur cōmoditatem in dicendo non arbitror negligendā.Hæc ille. Quæſitum a curioſis
an cū dico iulius iulia.heleuus helena.marius maria.fœmiuina ſint formæ deriuatiua.Sic Pri
ſcianus ꝓbatur.In hoc certe non.Inquit.n.lib.viii.excontrario ſæpe ſignificatione diuerſa in ſi
milibus inuenitur uocibus.ut liber libra.fiber fibra·helenus helena.tullius tullia.ꝓpria.n.no
mina nō ſunt naturaliter mobilia.ſed ex ſe ſe naſcuntur.ſicut ēt ſupradicta appellatiuoꝶ fœ
minina.nō ſunt a maſculinisorta.ſed a ſe nata.Hæc ille.Propria igitur noia nullius ſunt deri
uationis.Sed diſputauimus in Etymo.Et nota in ſpetie nominis ab eiſdem uocibus. ut do
cet Varro diſſimilia fingi.Et nos perſtrinximus cum de Virgilio diceremus.Exemplum Var
ronis eſt.cū duæ ſint albæ ab alba albani.albaenſes. Cum trinæ fuerint Athenæ ab una athe
nei ab altera athenienſes.a tertia athenopolitæ.Chariſius quoqꝫ ponit thebæ thebæi & theba
ni.hæ græcoꝶ illæ ægipti.a Roma romanus.i.qui romæ natus & roman ēſis At uero ſal Ro
manenſis ē q romæ uenditur.Cato quoqꝫ in agricul.romanicas.Fiſcinas dixit'ab illio illiacus
illienſis.illius.ab hiſpania'hiſpanus. hiſpanienſis. utqꝫ aliqui humiliores hiſpanicus.ab Italia.
Italicus Italus.Italicenſis.unde pelignum Italicenſem.apud Mecrobium.Italideſqꝫ'a Sicilia ſi
culus.Sicanus.Sicilienſis.Sicelis.a'Gallia gallicus'gallus·gallicanus'a Græcia græcus'græciēſis:
unde Gellius in Symphodio.græcienſi'& græcani'& græcanicus.Quod differat a græco. ut
ex Varrone accepimus.quod romanenſis a Romano.Nam græcanicus aduentius eſt. exēplo
eſt ut hectores.hectoras.nectoras.Ouid.Et multos illic hectoras eſſe puta.Sic fabulæ græcani
cæ dicuntur ad exemplar græcorum ſcriptorum.conditæ.Quod uero dicitur piſæus piſanus
non ſunt eiuſdem uocis deriuationes'a piſa unius numero.quæ in græcia. ad alpheū dicitur
piſæus.ab Italia urbe piſana'a Creta cretēſis·& creticus.& cretæus.Ouidiana.Ariadna cræteā
bellua ſtrauit humū.ab Aſia aſianus'& aſiaticus.ſed diſtiuguit Priſcianus in nomine.aſianus
gentile eſt.aſiaticus uictor.ſic cretenſis & creticus.ab aliquibus.Ab archadia archas.adis.& arca
dicus.Colu.Arcadici nudū cute Caput aſelli. Nō ignoro Gelliū prio operis capite dixiſſe piſis
ut de græca.Virgil.uero Alpheæ ab origine piſte piſtis numero pluriū dixit Liuius:y.iiii.dec.
cum in pluribus locis tum ibi cum ait bellum liguſticum ad piſas contraxiſſet. Piſæ Piſas. ab
Achaia achæus'achiuus'achaicus.a Baccho bacheius. Virgil.Baccheia dona tulerūt.& bacchi
cus.ab Olympia olympius'olympius'olympiacus'& olympionicus. Virg.Seu qs olympiacæ
miratus præmia palmæ Horat.Puluerem olympicum.Cic.i tuſc. Patrem cum duobus filiis
tris olympionicas ex domo.& olympias.in cuius æmulationem luſtrum noſtri fecere memi
nit.Euſeb.a Thuſcia thuſcus dicitur & tuſcanienſis.Sed thuſcia ꝓuincia.tuſcia Ciuitas a tuſco
rege filio Herculis ægiptii.autor Beroſus.apud autiquiſſimos tuſcanicum legimus marmor.
Dicitur a quibuſdam germanicius qui in germania eſt q̄uis romanus.ſicut urbanicianus.qui
ad urbem eſſet q̄uis alienigena.ſed rarioribus probāt exemplis autorum.a Pergamo aſiæ per
gamenus.a troianis pergameus.ab alia pergamenſis.ab Apolline appollinaris. & apollineus.
Virgil.mentis apollineæ uis has mouet undiqꝫ muſas'& apollinares ludi ſubſtātiuum'a Ne
rone'neroneus & neronianus'Statius primo ſiluarum.Parua neronea nec qui modo locus in
unda. Martialis.Thermas tibi habe neronianas.a Ciue ciuilis'ciuicus.Ouid. in faſt.Ciuica pro
trepido cum data & arma reo.a Cuma ciuitate æolica fere metropolis æolicarum urbium:
quæ.xxv.fuiſſe dicuntur'dicitur cumeus unde Sybilla ſeptima Cumana dicta amalthea. a cu
mæ'agæ:quæ ciuitas in italia dicitur Cumæus.uude Sybilla cumæa'ut Lanctantius docet'&
Virgil.Cumæam acceſſeris urbem.a Marōe maronianus'& maroneus.Sed illud latini ab ori
gine uiri.ut Statius:Ante annos culicis maroniani'Maroneus uero a marone euanthei filio.
Sacerdose apollinis.In parte thraciæ.ut legitᵉ in hiſmaro mōte.a quo Vlixes acccepit uinum:
quo factus ebrius eſt.Poliphemus cyclops.ut Homerus in Odiſſea'a Rege regalis & regius.
Sed regalis ad claritatem.ut regalis purpura'regalis pompa.Sed regius poſſeſſiuum. ut pōpa
regia.i.quæ regis eſt'a Schola ſcolaſticus.ut Diomedes & Donatus.& ſcolicus.ut Terentianus
iis uerbis.Sed græcula quædam ſcholicæ uirella uocis.& Gellius quarto ait. Scolica quædam
nugalia.Quintili.& Seneca'Scolaſtica ſtudia.decimo declama.dixit.Ille uero dixit Scolaſticæ
materiæ.& Seneca ſcholaſticam dementiam.Menodoſus eſt codex apud Martianum'ab ſco
laribus inchoamētis. id.ſ.uitio impreſſoris.nam idem ait in pluribus locis a ſcholaſticis.Simi
liter apud Quuintilianum ubi ſcholarium pro ſcolarum legitur: quod uero defenditur Priſ.
ratione analogiæ'ut a mola molaris.Imperiti eſt defenſio qn̄ incōfeſſo eſt. Varrōe'Quintili.
Plinioqꝫ autoribus'nō ualere analogiā:ſine uſu autoꝶ.Venetianus dr̄ quoqꝫ auriga uenetæ fa
ctiōis ut Iulius'Capitolinus at olim uerus Antoninus paſſus ē iniurias a uenetianus qd' praſ
ſinæ factioni contra eos faueret.hæ autem erāt colore ueneto uel praſſine dictæ. Sicut qui in

cletos pro inclytos.paracletos pro paraclitus.parerga hoc eſt oſtentationis græculæ. Nihil ladi
nirati.ſed oſtentationi tantum paratæ.Sicut & qui brabium non brauium dici contendunt
& quale eſt ab aliquibus gaſparum & amicarum.gariunt. Nõ ignoro tamen aliquos ad bar
bariem tunc flexa ætate inuſitata auſos pluria.Similiter quod dicunt a grammatica gramma
ticalis.Rhetorica rhetoricalis.delirant nullo freti autore.Nam grãmaticus.rhetoricus. logicus
muſicus.hiſtoricus.dialeticus.in confeſſo ſunt uoces.Dicit quiſpiam. Q. Sidonii teſtimonio
grammaticalis ponitur.At contra Nigidius Romanorum litteratiſſimus teſte Gellio . grãma
ticos Cõmentarios non grãmaticales inſcripſit in aliquibus deuiaſſe ab eruditorum cõſenſu
creditur Sidonius qualc eſt illud ſtipem prima correpta.ſyſtema ſecũda breui. At inquies grã
maticalis dicit quoq; Diomedes.Si aduertas culpa eſt librari.Cum id exemplaribus ueris pa
teat tum ratio ſuadet.quia paulo inferius.ait.hic poſſis grammaticum illud rhetoricum ma
gis dicere.Martianus dixit homo animal grãmaticum.non grammaticale.ab hoſte hoſtilis &
hoſticus.ut Horatius ſecundo Ser.Nec hoſticus auferet enſis.Erratq; Priſc.qui uoluit labeonẽ
a labe.Ciceronem ab habitu faciei nuncupari. Nam Plinius autore Varrõne. cicerones a cice
ribus.ſicut lentuli a lentibus.Fabii a fabiis.dici ꝓbant.Plutarchus tamen Fabios quaſi fodios
a fodiendo dici putauit.quod primum per foſſas morem induxerint. Idem Ciceronis dixit.
ꝙ primus in ea familia in extrema naſi parte eminens quiddam in figuram ciceris habuit.a
quo ſibi cognomẽ inditum.Sed ego auſim dicere.de rebus latinis. magis credo latinis q̃ græ
cis.Et item in græcis rebus græcos præfero.Labeones a labiis.Sic etiam chilones a græcis.flac
ci a flaccis auribus.ab aula aulicus & aulœdus.Cic. p lu.murena.ut aiunt in græcis artificibus
eos aulœdos eſſe.qui cythatœdi fieri non potuerunt.& aulæum ab aula quoq; Attali regis di
ctum.unde allatum uelum theatrale.& ſcænicum.a Capua campanus & capuanus. Val.iii.lit
teras.a.p.c.nequaq̃ capuanis ſalutares: & in.v.Capuanæ mulieres.ab Hercule Herculeius. Iu
uenalis.Aut herculeias aut diomedeas aut mugitum labirinthi.herculeus Virgi.Herculei ſi ue
ra eſt fama tarenti & herculanus.Gellius primo comprehenſa inquit menſura herculani pedis
a rure ruteſtris poſuit Apuleius.vii.aſini.a lybia lybicus & lybiſſus.Sillius primo. Turbæq; li
byſſe.a locus loculus & locellus poſterius ut uſu raræ Mar.ſiquid adhuc ſupereſt in noſtri fere
locelli. Munus erit nihil ẽ ipſe locellus erit ita & ocellum legimus. Iuuenalis turbauit nitidos
extinctus paſſer ocellos.errorem manifeſtatum a Priſciano admiſſum notamus. qui ait in de
nominatiuis.Sin uero tertiæ declinationis ſint abiiciunt.i.s.genitiuum & aſſumunt enſis . ut
piſtor piſtoris piſtonenſis.Carthago carthaginienſis.doceat Priſcianus.uel alius pro eo exem
plum præterea ſulmo.nõne ſulmonenſe facit tibur tiburis tiburtinus & tyburs . ut Catulus
ponit.Funde noſter ſeu ſabine ſeu tiburs nõ tyburienſis.tarraco tarraconenſis nõ tarraconien
ſis a tarracõe.quod opus Scipionum fuit.ſicut carthago pœnorum.ſcribit Plinius apud quæ
betulonenſes betulone eodem autore.Narbonenſis a narbone nõ narbonienſis.hæc apud Pli
nium exempla.Quod uero legitur apud eundem foroneronienſes:plane compoſitum eſt.in
quo genere non eſt quæſtio.ligur adde ligurs liguſticus non ligurienſis.mihi talia aſſeueran
ti olim Pomponius Fortunatus dicere Priſciano magis q̃ tibi hærerem.niſi autoritates quas
Sedulo adducis me retraherent.Liuius.n.meus ante ipm Priſci. ſcriptus.carthaginẽſes hẽt nõ
cahaginiẽſes.& multa alia quæ Priſcianus ꝯtra Probi.Diomedis. Apuleiiq; ſniam ꝓtulit.

De Genere Caput. xlmi.

GEnus in nomine.ut uulgaria & nota omittamus.Chariſio autore eſt uox ſignifica
nua naturalis ſexus uel placiti.Eſt.n.duplex genus.naturæ.& placiti.Naturæ ut Ie
ſus Maria.Placiti.ut lapis.tempus.amor.ſcientia. uirgo . quod apud maiores non
tm̃ fœmininum ſed ẽt pueri.ut docet Marcellus in ueſtes. Nam quicũq; ex ephœ
bis exceſſerant deuirginari dicebantur.additionis ratione eſt quoq; deriuatum. ut neutrũ. qđ
neq; maſc.neq; fœmininũ ut hoc fatũ.Sub hoc & cõe duũ generũ.& cõe triũ generũ.ubi notã
dũ qđ indiſcriminatis ſexu.ut idem ait.Statutũ eſt genus qđ dr̃ duum generũ. Nã triũ generũ
noia abuſiue dicuntur naturalia.niſi accidere hẽat qđ ſubſtãtia.Quod ſi eſt & placitũ.ſignifi
catur.in iis quæ uero nullius ſexus diſcrimen patiuntur.cũ duos articulos accipiũt uſu autorũ
incerti appellatione noiantur.ut dies.& per neutrum ut ſiſer. in quibus aũt ſexus dubii pene
diſcriminis promiſcuũ latin.græci. επικοινον. ut muſtella.hæc ille promiſcuum dr̃ quaſi
permiſcuum quod utrumq; genus ſub uno confuſum permixtũq; ſit . ſine reſpectu naturæ.
ut opicos mures.talpæ capti.Auriti lepores.denotat hanc ſignificationem Plinius lib.xxv. de
helleboro dicens quondam terribile poſtea tam promiſcuum:ut plerıq; ſtudiorum gratia ad
prouidenda acrius quæ cõmentabantur ſæpius ſumptauerit:promiſcuum dixit ſine reſpectu
in uſu acceptum.Epicœnum & cõe genus.ut docet Aug.in grãmatice differunt a genere cõi

homines & pecora.in epicœ 10 pecora tantum in cōi duo articuli. In epicœno unus eſt ſatis.
Et nota ſigillatim per tria genera fieri promiſcuum. doctrina Auguſtini per maſculinum ut
hic paſcer.buffo.ſtellio.piſcis.anguis.tu adde leo.ut docet Gellius ex Homero inquiens.Home
rus autem leones fœminas quoq uirili genere appellat: quod grāmatici epicenon.i. pmiſcuū
uocant.lege hoc.xiii.Ca.vii.per fœmininum.ut hæc Aquila quæ armiger fulminis dicitur. qđ
a fulmine non percutitur. Virgilius utroq modo.hæc rana.anguilla.per neutrum hoc pecus.
ſub quo articulo intelligitur & fœmina. Virgilius. Lenta ſalix fœta peccori. Illud nota contra
Tortellii errorem.helleborus genere uirili eſt.Columella:& negat helleboros & noxia chalba
na ſucco. Virgilius. Scyllam helleboroſq graues. Quod uero legitur apud Plinium.xxv. Albū
& nigrum. Si curioſus aduertat propoſuit Plinius hæc uerba.de eius generibus dici ſimul con
uenit prima duo ſunt candidum & nigrum:nec unquam dixt helleborū & ſequentibus ſemp
candidum & nigrum ſcilicet genus dixit tamen.xxxi.per quem helleborū bibitur. ſed mendū
eſt librarii.nam in alio codice bibunt.In alio uidere eſt helleborus:quod rectius eſt Imitatione
Virg.& Culu. Nam hellebora nuſquā legitur. Lupus ſecūdum artem docente Seruio cōis du
um generū dicitur. Quint.dicit lupus maſcu.q̄q̄ Var. Lupinam fœminā ex Ennio & Fabio
pictore dicit Fab.ex reſponſione eruditorum.Sic Philoſophus non philoſopha dicitur uidet
probare Laertius. Qui fœminas philoſophorum nomine retulit. Quid ꝙ fœmina maſculis
adiecta.ut Xenophon muſa attica dictus:puer olim generis cōmunis fuit:ut docet Priſcia. xi.
Ouis genere uirili dicebatur olim:cū minima mulcta diceretur iis uerbis:ergo ei. unum ouem
mulctā dico:ac niſi eo genere diceretur:negarunt iſtam uideri mulctā.docet hoc Gel.exemplo
modis nõ ẽ ut dicatur nõ indicatiui.Ita forẽ.res.ret.ſubiũctiui.Fore infiniti.At ſupinũ eſt pars
uerbi ut amo amatũ.nõ poſitio prima.Quia aliter id eſſet qd antiq κωρι αρμοξον.i.incon
ueniens.uel inconſonum.q præter quinq; uerboꝝ genera perſonalium aliud eſſet perſonale
uerbum.Axioma eſt Quintiliani.Qui ait ſupina eſſe uerba participialia.quod & Pli.oſtẽdit.
Obiiciet Technicus uerbum eſt cum tempore.Reſpondere memini Pomponium:qui aliqñ
huius opinionis.Supina ideo participialia dicta uerba q partem uerbi caperent ſiue tẽpore
ſicuti gerundi nomina participialia:quæ tamen non ſignificent qualitatem. Ego uero dicere
etiam infinita uerba:non negantur.aliquando iungi uerbo quomodo ſupinum. nam ut di
cimus uolo legere uolui legere & deinceps nullum tempus.infinitum ſignificat.ut etiam uo
lo legere ita qado lectum.ibam lectum.iui lectum.& ſimilia ergo uim temporis accipit a uer
bo coniuncto.ut uado uenatum.ideſt ut uener ibam uenatũ.ideſt ut uenaret dictum opor
tuit.i.dixiſſe q uero hoc ſit ſupinum non participium nec nomem patet quia nomen non
reſoluitur in temporis rationem.deinde Teren.ait in heauton. dicam ut erat pater manſum
oportuit.& alibi morem geſtum oportuit.i.manſiſſe morem geſſiſſe.Contra opinionẽ Priſ.
qui putat per participia tales elocutiones fieri nullibi .n.manſus & morem geſtus participia
leguntur.Quid q factum itur contumelia dixit Cato.i.ut fiat recitat Gellius. Modi igitur ſi
recte intueamur ut antiquitatis ita nunc ſex addito ſupino.cui tamen obſtrigilatur nõ regit
a frõte caſus.Nam infinitus quoq; modus aliqñ tñ hẽt caſus a tergo ut amare deum. placet
mihi.uel religio eſt deũ colere.Et itur in antiq ſyluã & pluit ſine recto põitur ut docet Mart.
imperatiuus modus pro imploratiue accipitur ut Muſa mihi cauſas memora ibi .n. implorat
poeta auxilium uel inuocat ut ibi Dicite Pierides. Vnde illud obſeruandum eſt in errorem
Priſciani Imperatiuo Secunda perſona uſos antiquos ad deprecationem conſecrationem
& inuocationem. poſtremo ad imperia. Vnde teſte Herodiano. dictus eſt prius Implo
ratiuus Inuocatiuus Oratoriuſq; hoc eſſe uerum probat Homerus qui dedit obſeruationes

gr͞amaticus.ut ſcribit Epitectus Archilochi.& qui eodem autore Charecteres ſcribendi quod Plato quoq; ſignificat in Cratylo.Addit Epitectus.ſoli Homero ius tributum emẽdandi Caracteres & noia & linguam græcã ante fœdatam barbariæ Sic Homerus in primo Illiados.

μκνι αι δε θεα πηληιαδεω αχιλνοσ,
ουλο μενην η πυρι αχαι οισ αλτε εθηκεν.

Hæc ſic iram.cane dea Pelidæ Achillis perniocioſam quæ infinitos græcis dolores fecit Philephus Pelidæ cane diua trucem.imprecabilis iram graiugenis quæ mille tulit funeſta dolores.& in Odiſſea Horatius interpres.

Dic mihi muſa uirum captæ poſſ tempora troiæ.
Qui mores hominum multorum uidit & urbis. Græce ſic.

ανδρα μοι εννεπε μουσα πολυτροπον οσ μαλα πολλα ;

Ad uerbum latine hominem dic mihi muſa prudentem qui ualde multa errauit &cet.poſtq̃ Troiæ ſacram arcem depopulatus eſt.Quod Homerica imitatione quibuſq; in locis poetas & ſcriptores pro orante & precante accipiantur manifeſtiſſimum eſt ut illud Iuno Lucina fer opem.& illud da propriam timbræe domum aliqnando addebatur nota p̃cis ut ilud.vii.æn. Vos o Gallipe precor aſpirate canenti.Auſonius quoq; in precatione matutina ad Deum ait pande uiam precibus patrias hæc prefer ad aures.da pater inuictam cõtra omnia crimina mẽtem.Vipereumq; nefas nocituri auerte ueneni.Cum ergo ſint in uſu hæc non eſt dicendum modum pro modo poſitum.non.n.ſubiunctiuus aut alii modi deprecariui.uel orantis dicit̃ niſi precedat nota.ut oro dicas precor facias.præterea eſſet κοριορμό ξον quod in uſu p̃batorum eſt uitio dare(quod fit uariando tempora & modos mox inoteſcet.Vox optatiui ſine ſuo adminiculo etiam alterius ſenſus efficitur ut ipſa canas oro uariari .n. modus conſtat. Nam indicatiuus pro imperatiuo Virgil.alternis dicetis amant alterna camenæ. Aliquando ſubiunctiuo pro imperatiuo Terẽ in Eun.nihil tibi quicq̃ Credo deſinas pro deſine hoc modo neoterici uruntur pro imperandi modeſtia uidetur.n.dici modeſtius canas q̃ cane pro imperatiuo poſitum indicatiuum eſt item illud Horatii ſic poſitum ſeruabis onus. & alibi inter cuncta leges & percunctabere doctos pro legito & percunctator.Cum autem dico lege & curre iam plena eſt ſententia unde ait Martianus eloquium dici per imperatiuum. Similiter per optatiuum.ut utinam legam non.n.poteſt naſci hic queſtio utrum legam.Proloquium non uero dicitur quod fuerit iunctum ex nomine & uerbo & plenum nomen & plenum uerbũ ſit quod neceſſario facit ſententiam non.Sed neceſſario facit proloquium. Proloquiũ eſt plena ſententia quæ poſſit affirmari uel negari ut homo eſt animal.Herodianus Indicatiuũ modum & eſſe dicit quod Pomponius tranſtulit in horiſticen ſuam. Adnotari quoq; dignum eſt fac ut legas,fac ut ad me uenias.Sed remotioris actus eſt ſignificatio q̃ ſi dicã legas uenias nam præſenti Antonino dicam.fac ut ad me uenias.Hoc futurum ſignificat.Si dicam ad me uenias propinquus.& in præſẽtias fieri uolo.Ter.in An.fac ut ad me uenias.Alii optatiuo p̃ſens dederunt.quod eſt falſum.neceſſe eſt.n.ut dicit Diomedes quoq; oium cõſenſu in futurum optemus uel præterita.Ratio prioris eſt ꝙ nemo optat quod habet ſed quod nondum habet ut habeat quæ futuri ratio eſt.Etiam ſi res ipſa eſſet præſens nondum tamen habet optans unde errant qui dicunt:tempore præſenti & præterito imperfecto utinam amarem.licet non ignorem ita in Diomede impreſſum.Subiunctiuus modus cum alterius modus cum alterius uerbi intellectu põitur ut Iuuenal.dicas hæc forſitã unde ingeniũ par materiæ.i.aliquis dicere poſſit Horat.iu.i.carminũ.Quis martẽ tunica tectũ adamãtina digne ſcripſerit.p ſcribere potuerit.Virg.ii.æn.Et ni mea cura reſiſtat iã flãmæ tulerunt.& inimicus hauſerit enſis.p poterant tuliſſe & poterat hauſiſſe.Horat.in arte.dixeris egregie notũ.Sic callida uerbũ reddiderit iũctura nouũ.i.dicere poteris.Aliqñ ſubiunctiuus p optatiuo ut Virg.vi. Hac troiana tenus fuerit fortuna ſecuta.Electiue quoq; utimur ut imperẽ potius:q̃ moneã.Aliqñ ſubiunctiuus modus nec ſubiũgit:nec ſubiũgitur.Sed modũ p ipoſitionẽ ſignificat loquẽdi.ut ẽ te uidi ebriũ.atq;(ne omnia dicã)uino madidũ.Et illud Cecilii q frēdo(ut ita dicã)hirqtallos amet. Eſt modus docẽte Priſc.diuerſa inclinatio ai:q̃ uaria declinatio ꝓleq̃ uerbi.Quidã gerundiũ modũ addiderũt.Sed nõ admiſſus ẽ.Quia nomẽ ẽ participiale.Quidã nouẽ fecerunt. modos: qui coniunctiuum a ſubiunctiuo ſeparant.aliqui ut decem faciant adhortatiuum appellant.

De Tempore & inibi de Defectiuis & inibi obſeruatio in grãmaticulos. Cap. .v.

TEmpus ut recitat Diomedes eſt uiciſſitudo rerum triformi mutabilitate comprehenſa.Inſtans dixere antiqui ut Cice.ii.rhetoricorum in argumento quod uulgus preſens.præteritum eſt.& futurum.præteritum eſt triplex imperfectum:perfectũ pluſq; perfectum.Perfectum dicitur quod per ſe in ſe reſoluitur.ut feci dixi.Imper

ſectum eſt non perfectum cum quaſi præteriſſe tempus affirmamus alioquin cœpimus: nec
perfecimus. ut legebam. pluſq̄perfectū hoc unū diſtat a perfecto huius ꝙ temporis perfecti
recens uideri poteſt actus pluſq̄perfecti longa interpoſitio ita. g. υμαιρι ικελικον appellāt
quaſi υμερτι κτελουμειον perfectū apud nos ualet quod apud græcos οπισο περο
πιμεο. Sed queritur a curioſis quare a gāmaticis ponitur præteritum imperfectū optatiui.
Cum dicatur a nullo utinam legerem heri cū alias dicatur heri legebam. Hoc Plinius inſanire
uidetur Priſcianus cum dicit utinam legerem heri nullo exemplo niſi iocoſe me uelim ſigni-
ficare ut aliqui cum dicūt cœnabo heri. Sed hæc inter ipſas ineptias euaneſcūt. Ratiōem ipſe
Priſcianus aſſignat hoc modo. Si dicam utinam adhuc legerem oſtendo cœpiſſe quidem in
præterito quod ceſſat in præſenti. Si autem dicam utinam legerem: uel ſaltem: nunc oſtendo
nec cœpiſſe adhuc: & ſic non immerito technicū tempus in hoc modo dixerunt. defectiuorū
plures ſunt modi ut autore Donato didicimus. aliqua ſunt defectiua per genera. ut incipit de
ſinit. aliqui per modos ut forem fores foret. aliqua per tempora ut memini. odi. cœpi. erroꝗ;
eſt manifeſtarius eorum qui dicunt noui. nam & Diomed. hoc quoꝗ; non probat. ſequitur
Priſcianus. xi. noſco enim dicitur. Virgi. noſco crines incanaꝗ; menta recitauit & Diomed. hu
ius opinionis ſectator. noui eſt & noſcendus Cicero ad Atti. Ego mi noui noſcēda eſt natura:
alibi ego uero & tuas cauſas noſco & mea intereſſe puto. Et in Bru. ait quod noſcere pulcher
rimum eſt. & noſcens Syllius Italicus. noſcēſꝗ; ſuperbi uictoris uultus. Tacitus lib. xvii. ueniſſe
in urbem ad ſtudia patrum noſcenda. & alibi erant qui genus ipſum orandi noſcerent. Cur-
tius. iii. ut copias ſuas noſcerent. Cœpi uidetur inflexum ab eo quod antiqui cœpio dicebant:
Teren. in adel. Sex totis mēſibus olfeciſſem q̄ ille quicq̄ cœperet. Cato cœpiam ſeditioſa uer-
ba loqui. inde cœpta. i. inchoata. Ouid. primo Met. dii cœptis nam uos mutaſtis & illas aſpi-
rate meis. & cœpto tas. Tacitus Apotius cum loqui cœptaret. Aliquando defectiua ſunt per
perſonas ut tedet & numeros cum quibus infinita & ſupina. deficit daris. faris. unde erraſſe
cognoſcatur qui in ſuis regulis deſio dixit. Cum tantum ſit tertia ut in multis aliis perſona
intereſt refert & multa hoc genus. Aueo. defectiuum per tempora quoꝗ; eſt caret enim præte
rito cuiuſꝗ; modi & aliis ut futuro ſubiunctiui. & per modos caret enim ut aliqui putant im
peratiuo. & optatiuo. nōnulli grammaticorum uoluerunt paſſiua eſſe quoꝗ; defectiua per tē
pora: Nam amatus ſum dicebāt eſſe participium & uerbium. unde medeor & reminiſcor præ
teritis carent. Sed uerius aliqui dixeūt: amatus ſum in uim temporis tranſite illius: & ſic uim
præſentis amittere. teſtis Nigidius ut cum dico factum eſt. ſcriptum eſt. quamuis enim præ-
ſentis ſit: confunditur tamē cum præterito & præſens eſſe deſinit. Similiter cum dico amatus
erit: ſubreptum erit non duo ſed unum uerbum erit. idꝗ; unica ponendi declinatiōe fit: cum
hoc uerbo non minus præteritum tempus oſtendit: q̄ futurum. Quod autem ſcriptum legi
mus ex atinia lege. Quod ſurreptum erit eius rei æterna autoritas eſt. per hæc uerba. eſt. erit iu
dicio. P. Nigidii. & Sceuolæ lex uidetur. non minus de præterito q̄ futuro cauiſſe. quo modo
uero id fiat Gel. docet. xvii. cap. vii. deinde ſubreptum aberit. ut ſic hoc modo quod ſubreptū
poſt modo dicas erit. ſ. ſubreptum. nō eo quo dicimus modo certamen erit: eius rei autoritas
æterna eſt. uidetur igitur habere præteriti rationem ſimilem in futurum.

De Perſona. Caput. vi.

PErſona uerbo bifariam ad ſcribitur. aut. n. inquit Chariſius obſeruatio eſt qua uo-
cū diſcernitur gradus. ut ꝓnunciantis audientis & remoti. Sermo cognoſcitur. Hoc
ſine ui recte non fit. alio modo eſt quo ſignificatio admittitur. & hoc eſt qđ Dio-
medes. Imperſonalia admittere perſonam primam ut me tedet. & ſecūdam ut te
pœnitet. & tertiam ut a me itur. alias. n. error eſt nam Quintil. piget & teder dicit habere figu
ram tertiæ perſonæ. Hoc item accidit infinitis ut me legere. te audire. nec tamen docente Gel
lio infinita. ulli numero perſonæ ue deſeruiūt. & copulāť. Perſonæ uerboꝝ ea rōne ſunt tres.
Quia ut ait Varro: triplex natura docet nam eſt qui loquitur. de quo loquitur. ad quē loqui
tur. Prima eſt quæ de ſe ꝓnūtiat. Secūda ad quā primā loquitur. Tertia de qua prima loqť.

De Variis Deriuationibus uerborum. & inibi notatum de cognitione deriuationis. Et de Figura uerbi. Caput. vii.

SVnt deriuationes in uerbo diuerſas terminationes habentes. ut docet Priſc. tam a
nominibus: q̄ a uerbis naſcentiū uerboꝝ. ut a patre patro. tras. patriſſo uel patrizo
ut uulgus a græco græciſſo & græcor. caris. a uibriſſis uibriſſo. Eſt aūt uibriſſo uo-
cem in cantando criſpare. Vibriſſe aūt ſunt pili ut Feſtus docet in hoīum naribus
quibus euulſis caput uibratur. aliqui tñ a uibro. as. uibriſſo dicunt. a grege grego. as. a philoſo
pho philoſophor. a poeta poetor. ab albo albico. nam ab albeo albeſco. Martianus tñ appro-

bat ab albeo albico Hora nũc prata canis albicāt pruinis.Paragogũ eſt.a uello uellico. a fodio
fodico.a nutrio nutrico nutricor.a rege regno.a cornice cornicor.Perſius neſcio qd tecũ grane
cornicariſi inepte.a fructu fructifico.ab architecto architector.a ſpuma ſpumeo.abũda abũdo
Inũdo.ab aqua aquor.aris. Virg.Sub mœnibus urbis aquat'.a frumẽto frumẽtor. a pabulo
pabulor.ab heres exheredo.a ueſpera ueſperaſcit.nõ legit' ueſperaſco:licet Priſci.pria uoce po
nat ſine exẽplo.a luce luceo' nocte pnocto.a maritus marito'as.ab hyeme hyemo'as. a pãpi'
nus pãpino'as.utit' Pli.a radice radicor'aris.Pli.frumẽta multis radicãtur fibris.a fortuna for'
tuno'as.Perſius da fortunare penates.Cic.Patrimoniũ dii tibi fortunẽt.a Baccho bacchor.Itẽ
ab aduerbiis ut a perẽdie perẽdino.a cras craſtinus.unde pcraſtino.ab intro intro'as.A præpo
ſitionibus ut a ſuper ſupero'as.Sed illud notatu dignũ ut cognoſcat' facile deriuatũ uerbũ.Si
nis nois antecedat uerbũ.nã dubiũ eſt uerbũ deriuari a noie hoc mõ cũ dr̃ arma ab armo. as
an ab armis armo.manifeſtũ eſt nõ poſſe quẽq̃ ſe armare niſi prius hẽat arma.uerbũ iure ui'
debitur deriuatũ.Et cõtra ſi prior ſit uis uerbi nomẽ erit deriuatũ ut amator ab amo non põt
qs dici amator niſi prius amet.ita a color coloro'as.qa non põt colorare niſi ſit color prius.&
hac quoq; rõe dubitat'.an ador ab adoro & ɔtra.Cũ poſſit adorari ſine ador Priſc.putauit no
mẽ a uerbo deriuari cõtra Marcellus.Itẽ ab honoro honor.Sic ɔtra a formidine.formido uer
bũ.Itẽ a timor timeo.a metus metuo. nã metus dr̃ ai motus a quo & uerbũ deriuat Varro.a
pauor itẽ pauco.dr̃ aũt pauor:ut ait Varro.cũ pauit ab eo pauor.nã pauire eſt percutere. & in
de cũ hõ p timore cõcutit dẽtes & tremit dr̃ pauor.corrupta lectio eſt apud Var.inuerſiõe lr̃æ
ubi p pauit impſſum eſt panet talis deriuatio uidetur a cã in cuius aiauerſiõe errauit Donat.
Qui remorã piſcẽ primigeniũ remoror deriuatiuũ putauit.Nã teſte Pli.ix.remora piſcis par'
uus a.g.Echeneis ideo dictus qa remouet' naues qbus adheſit.Prælibatã rõnẽ ſignificat pter
Priſc.Varro quoq; dicẽs memini a memoria dr̃ non.n. ſine memoria poſſumus meminiſſe.
Erit igit' in cõtrouerſia ex ſuo ipſius Priſc.uerbo an benedixerit uocẽ a uocãdo dici qñ ſine uo
ce uocare nõ poſſe uideamur qd' aliq excuſant.qa ẽt ſiue uoce uocari dicat' qs.ut de in lus uo
cãdo.Nõ aduertẽtes ẽt ſcriptas uoces dici.Et naturaliter prius fuiſſe uocẽ q̃ uocationẽ. Illud
quoq; nõ prætereũdũ eſt q teſte Herod.ois pars orõnis põt in ſe cõponi ut reſp.in noie.In p'
noie me me aduſum.In ppoſitionibus ut circũ circa.In aduerbiis ut quãdoqdẽ.In coniũctio
nibus ut atq; in uerbis & participiis qñ ex uerbo præcipue ſignificant & interiectionibus nõ
põt fieri.non.n.quiſpiã dicit curo ag ɔ gaudeo facio.Propterea errauit Priſc.cũ calefacio.frige
facio.& ſimilia.putat ex duobus uerbis cõponi.Quis? figurate.quis pprie reſoluat calefacio.i.
caleo facio.lex tñ figuræ eſt reſolui i partes cõſignificatiuas.Quid nĩ? ſit litteræ affinitate a fer
ueo feruidus.amplifico ex amplo & facio.Pingueo pinguis.feruco feruidus.tepeo tepidus ſit
Suggeret ille uox auctionẽ agit.Eſto? Quid nõ dices? calefacio.i.facio calentẽ.frigefacio.facio
frigẽtẽ.& talia.Qui uolũt ſeq Priſc.dicũt calefacio te.i.facio te calere.pinguefacio te.i. facio te
pinguere.Ergo infinito mõ dicet' calefacere.i.facere calere.rõ ſyllabæ repugnabit nã e in argu
mẽto ſecũdæ cõiugationis ſemper longa eſt.ut calemus & gaudemus gaudemus gaudere.&
calere.tepere ualere.Sed calefactus tepefactus & hoc gñs breuia ſũt.offendo dixit Priſ.ex ob &
fendo qd' nõ eſt in uſu uellẽ dixiſſet quid fendo ſignificet.aliq a findo potius dictũ putãt Ve
ranius.n.inquit findẽdo uictimã quæ ſuũ auguriũ inuenimus.itaq; In ſacris offendere nõ in'
uenire dicebant.& quia ſine læſione uictimæ nõ fit inde offendere lædere.

De Coniugatione. Caput. viii.

COniugatio eadẽ eſt q̃ diuerſa declinatio dicta coniugatio ut Aug.in grãmatica.q
ſibi ad unũ ſonũ.ſ.pſentis & præteriti.multa cõiugat gr. συζυγιαι . Ratio uoca'
liũ oſtendit cõiugationũ ordinẽ.a.primã.e.ſecũdã.I.tertiã. Sed qñ tertia in ſuo fle
xu mutat.I.in.e.iure pplot eſt primæ.ut lego'gis.legebã legã leges leget . Et quæ
ſeruat.i.inflexu ut lenibam prodibã audiebã qa remotior a prima locũ tenuit quartũ.Si anti'
quorũ monumenta ſequimur.Tres ut Mart.Capel.tñ cõiũgationes.tertia aũt diuidũt in du'
as.Prior eſt Seruato.i.breui.eq; breui deriuato'ut lego legere.altera.I longo ſeruato audio au'
dire.ab illa legor geris:ab hac audior iris.dicta coniugatio pter opinioẽm Auguſt.ut exprobo
& antiquis accipimus.q plura declinatorũ genera ſub uno iugo.cõprehẽdũtur uel ad unũ iu
gum cõtexũtur.ut Imperatiui optatiui ſubiunctiui.& infinitiui.uarius eſt flexus modus. qui
ſub primæ poſitionia iugo ɔnectitur.ut ab amo amabo ama.amarẽ.amẽ.& amaui. Ab ama
ui amauerã.amauerim'amauiſſem'amauero diuerſa flexus rõne.Ab uno flexu hoc aũt nõ fit
in noie nec participio.nec pnomine.in hoc aũt declinatio.Sed modus dicitur . quia a prima
poſitione non eſt in principalibus pronoium rectus uel ordinatus flexus . Sed modus imitãs
flexum.per caſus ut ego mei.tu'tui'ſui'ſibi.Illud nõ ptereundũ. Verba quartæ coniugationis

in ibo futuræ agebāt/ut expedibo pro expediam exēplo eſt audibo audiam/operibo pro opiā
aperibo ꝓ aperiam/obedibo ꝓ obediam/paribo ꝓ pariam/præuenibo ꝓ ꝓueniam/nenibo ꝓ
ueniam/ut refert Marcellus/inde conſuetudo & indulſit artis ratio/ut eo ibo faciat/queo quit
quibo & compoſita.In uerbis quoq; primæ coniugationis lauit ꝑ lauat.Virgi.Lauit impro/
ba teter ora cruor.unde eſt lauit pro lauauit.Sonit quoq; dixere.Actius & Ennius unde ſone
re dictum apud priſcos & apud nos indulſit artis ratio:ut ſonuit dicamus ptō ꝓ ſonauit. In
tertia quoq; feruit ꝓ ſecunda feruet docente Fabio dixere & præcipue Lucilius dānat Fabius
aliorum ſed autoritas quoq; defendit.Nam Virgi.feruere leucaten dixit quod non caret ratio
ne media correpta.Nam Seneca.ii.na.queſt.Sicut etiam fulgere ab eo quod fulgit ad ſignifi/
candum tam ſubitam e nubibus eruptiōem lucis.mos erat uti media ſyllaba correpta.ut dice
rent fulgere.Quid dicet Fabius?Catullus quoq; dixit cauere . Et olo/olis/oleo/es . dictum ab
antiquis Afranius in fratribus.Non poteſt*qui in illa eſt acta longe quæ & cunctis olat Plau.
in muſt.Non poſſunt omnes olere unguenta exotica.Nam ſi corripias penultimam iambus
non ſtabit.Terentius.Olet unguenta Demea.excello/lis.& excelleo/es.Lucr.i.hominibus or/
natum uoluit excellere rebus.Cicero ad Filium.Quare effice& labora ut excelleas.Sono/as.&
ſonis.Lucr.Caligare oculos ſonere auris/uno/nas.unio/is.Hæc exempla ferunt Herodiauus &
Priſcianus.qui ſecutus nonnulla addidit.ſed quæ omittimus.

De non Vulgaribus in ſvnthaxi adiectiui & ſubſtātiui & inibi obſeruatio de nominibus
mediis.Nominatiui cum nerbo & Relatiui cum antecedente. Caput. ix.

PRiuſq̄ uerborum ſynthaxim incipiamus opere pretium eſt paucis expedire illorū
errorem qui in perſona adiectiuum conuenire ſubſtātiuo non minus ſtulte q̄ im/
perite putant ſemidocti.Si in accidentibus cōcordare patet quō in perſona qđ nō
eſt accidens.inde cum dicitur ego albus uideretur diſcordare in perſona cū nomen
ſit tertiæ perſonæ.Quod autem legitur popule meus i ſacris litteris figuratū eſt.i.qui es meus
unde Pli.talia dixit Sequellam atticiſmi & Maro/Nate meæ uires mea magna potētia ſolus
i.qui ſolus es.Sic illud excuſatur ex tribu Beniamin.xii.millia ſignati.i.ſignati erant.xii.millia
Vox neutra adiectiui aliquando habet uim ſubſtantiui.Et ut dixit Palemon libertatem ſigni
cantiæ unde quando dicimus homo album excuſant.i.res alba . Sic Celſus ait ſſ. nerui iuxta
ſunt ignis alienum eſt:Et in hoc neq; numeri ratio eſt Virg.Triſte lupus ſtabilis maturis fru/
gibus hymbres.Arboribus uenti nobis amarilidis iræ.Et alibi dulci ſatis humor. Quid quod
per ſe poſitum ut Perſius ar pulchrum eſt digito monſtrari.Notandūq; ilud eſt. noīa ab anti
quis quædam dicta media quæ interim adiectiua ut amicus/ca/cum.& tamen dicitur homo
amicus.helena amica.Virg.amica ſilentia lunæ.Interim ſubſtātia ut bonus amicus.bona ami
ca.unde Priſcianus in.iiii.examine Herodiano addit.Aliqua eſſe quoq; nomina nec in toto fi
xa nec in toto mobilia ut rex regina.leo lena.Hoſpes hoſpita.Draco dracena:ſoſpes ſoſpita.le
no lena.Stabo ſtraba.& ſi qua iis ſimilia.Inueniūtur dicitur hoc genus a. g. ΓΕΝΟΣ ΚΟΙΝΟΝ
ΑΝΟΜΙ ΟΚΑΤΑΚΛΙΚΤΟΝ.

Si ſum es eſt.prima uox ponatur inter duo ſubſtantiua concordat cum potiore ſignificato.
Terentius . Iræ amantium & reintegratio amoris eſt . & Plautus hæc urbs Thebæ .
Relatiuum cum antecedente & cum ſequenti plerumq; congruit.hoc autem ſit quando rela
tiuum ſequitur ſubſtantiuum.ut amiterni quæ fuit urbs romanorum natus eſt Saluſtius. &
illud Quintiliani ſupplicationes qui maximus gooor uictoribus bello ducibus datur in toga
meruit.Et in primo de græcis ait plura uerbis loquendi genera quas dialectos uocāt . & illud
Saluſtii eſt locus in carcere quod Tullianum appellatur.Quod fit ut ait Ser. quando Relati
uum eſt in medio duorum ſubſtantiuorum quorum unum ſit proprium : ſequitur relatiuū
ꝓprium.ut priori exemplo.Si autem utrumq; ſit appellatiuum licenter cui uolumus reſpon/
demus.ut baptiſma quæ res eſt ſaluti neceſſaria.Pli.ii.ſu coitu lunæ qđ interlunium uocant.
ꝙ quidam ponunt illud Columelle Iam ſiſer aſſyrio quæ uenit quæ ſemine radix ꝙ Priſcia
nus dixerit ſiſer genere neutro contrarium uidetur Plinio qui in .xx. ait quoniam nemo tres
ſiſeres edendo continuaret.Et ſi ſubſtantiuo apponatur ſubſtantiuū.& ſequatur relatiuū prio
ri congruit.Suet.in Iulio conſecutuſq; cohortes ad rabiconem flumen qui prouintiæ eius fi/
nis erat.quod ēt in aliis nominibus fit ut Virg.vii.de furia.quis cōdita erynis inuiſum numā
teras cœlūq; leuabat.Eſt.n.ordo quibus erynis appoſitiue inuiſum numen condita leuabat
cœlū & terras.Aliqñ cū uis antecedētis referat̄ in ſequēs relatiuū ſupplet ut Virg.viii.ænt. Ful/
men erat toto genitor q̄ plurima cœlo deiicit in terras.q̄ plurima.ſ.fulmina. Aliqñ ēt in caſu
cōuenire putatur ut illud populo q̄s feciſſe fabulas ad hoc alias ſuo loco: relatiuū aliqñ refert
remota Cic.ad Lent.Quē ego ipm cū audio prorſus libero oī ſuſpitione cupiditatis.ſ.Pōpeiū

q̄ uox mu tis interpoſitis ita eſt ut uix concipiatur. Aliquando relatiuum nō refert uerbis ſed
ſenſu. ut Cicer. ad Lent. pro Aulo trebonio quæ ſpes ne eum fallat uehementer rogo te. Sed
hoc fit quia uis ſenſus antecedentium refertur in ſequens. quia dixerat uehementer confidit
litteris noſtris. Sed apud te gratioſum fore & Terē. in Eunu. tum ad eam ſubmonuit me pa
rmeno ibi Seruus. Quod ego arripui quod refert uim uerbi ſummouit. Et aliquando deficit
antecedens & ſubintelligitur Terē. In An. Iam tum diſcedo ut ab illo, qui ſeneget filiam datu
rum: deeſt ab eo. Relatiua accidentis concordant ſemper cum ſequenti: quia uis antecedentis
refertur in ſequens: ut ſum albus quales uos.

De Chriis & Aethilogiis. Caput. x.

IN ſecundo rudimentorum gradu a puerilibus diſcenda ſunt: q̄bus uideatur poſſe
ꝑficere curioſus adoleſcens: ſunt chriæ inſtitutæ a rhetoribus ut docerēt uariari orō
nem eādē diuerſis uerbis unde nōnullos de chriis opera edidiſſe lectū eſt iter quos
hecathō ſophiſta. Et ſimiliter ſn̄ias quaꝝ modos dixere æthilogias. Sed qm̄ grāma
tici alienas partes occupauerunt. de hiis ſcripſere poſito exēplo non rōne. Eſt igitur chria uaria
tus ſermonis modus uel iucunde orōnis uel neceſſitatis cauſa eſt. n. g. chria color. unde chrias
Palemonem legi dixiſſe colores grammaticos. quorum aliqui in ſenſu æthilogiæ. ſ. ſicut Dia
noeæ. Meminit Quintilia. & ſignificarat Cic. in exornatibus. Enarratius imitatur Diomedes:
in uero exemplari. nam quod habetur lacerum eſt. chriarum exercitatio in caſus ſic fit.

M. Portius Cato dixit lr̄aꝝ radices amaras eē fructus nō iucūdiores (Ariſtotelica æmulatio eſt.
M. Portii Catonis dictum fertur: litterarum radices amaras eſſe. fructus uero iucundiores.
M. Portio Catoni dictum adſcribunt: litterarum radices amaras eſſe: fructus uero iucūdiores.
M. Portiū Catonem dixiſſe ferunt litterarum: radices amaras eſſe: fructus uero iucundiores.
O. M. Por. Cato ne tu dixiſti: litterarum radices amaras eſſe: fructus uero iucundiores.
A. M. Por. Catone docēte dictū accepimus: litteraꝝ radices amares eē: fructus uero iucūdiores.
Vi ſeptimi. M. Portio Catone docente nouimus lr̄aꝝ: radices amaras eſſe: fructus uero iucun
diories. Et ſic in pluribꝰ. M. Por. Catōes dixerūt. M. Por. Catonum dictū ferūt & ſic deinceps:
Notandum eſt. quoniam ut plurimum orator in iis tribus maxime uerſatur. dicendo reſpō
dendo agendo. ideo triplex chriarum genus accommodatum eſt exercitationi.

Secundum Chriarum genus reſponſionis dictum.

Interrogatus Demoſthenes athenieſ. qūo eſſet factus orator r̄ndit plus uino oleū impendens.
Demoſthēis oratoris atheñ. īterrogati: qūo orator factus eēt: r̄nſum fert plus olei q̄ uini īpēſū
Demoſtheni oratori athenienſi interrogato: quomodo orator factus eſſet: reſpondere placuit
plus olei q̄ uini impenſum.
Demoſthenem oratorem athenienſem interrogatum: quomodo orator factus eſſet: reſpon
diſſe ferunt plus olei q̄ uini impendiſſe.
O Demoſthenes orator athenienſis interrogatus: quomodo orator factus eſſes Ne tu egregie
dixiſti: plus olei q̄ uini impendiſſe.
A Demoſthene oratore athenienſi interrogato: quomodo orator factus eſſet: reſponſum acce
pimus plus olei q̄ uini impenſum.
Vi ſeptimi interrogato Demoſthene: quomodo orator factus eſſet: reſpondente eo didicimus
eum plus olei q̄ uini impendiſſe.

Tertium Chriarum genus Quod actionis dictum.

Hoc duobus exemplis explicatur quoꝝ alteꝝ eſt. Crates cū indoctū pueꝝ uidiſſet. pedagogū
eius percuſſit. Secūdo Cratis pueꝝ indoctū uidentis ꝑclaꝝ facinus fertur: eius pedagogi faciē
percuſſiſſe. Tertio Crati puerum indoctum uidenti placuit percutere eius pedagogum.
Eruditiores dicunt. Nō iniuſta placitū opinione. Quarto Cratē pueꝝ indoctū uidētē: eius pæ
dagogum percuſſiſſe ferunt. Quinto cū o Crates pueri uidiſſes inſcitiam. q eū iſtituerat pæda
gogum: qm̄ cecidiſti. Egregio facto ꝑdicaris. Sexto. A Crate cum pueri uiſa eſſet inſcitia. per
cuſſus ut dicitur eſt pædagogus. vii. uidēte Crate indoctum puerum percuſſoq; ab eo q inſti
tuerat eum pædagogo. Quid in pueris erudiendis ſeruandū ſic didicimus atq; notatum eſt.
Alterum exemplum quem milo uitulum aſſueuerat ferre. taurum ferebat. Item milone tau
rus ferebatur quem cum uitulus eſſet geſtare conſueuerat. In omnibus declinatio per eaſdem
ducitur flexiones & tam dictorum q̄ factorum ratio eſt.
Aethilogiā aliq dicūt ſermonē in perſonis cōſtitutū. quo diuerſaꝝ mores gētium. explicantur
Sed hæc nō ſūt circūſcriptis uerbis chriæ ſed ſētētiis ut ſi oratorē Demoſth. ꝯtra mileſios orātē
fingamus: ſeu declamemus mileſioꝝ mores ſn̄iis exq̄ſitis: eoꝝ q̄bus autoritatis fuit plurimū
obſeruabimus fieri. & ꝯtra. Si ꝑ rhodiis. uel ēt ut ex Seneca accepimus. Si cū de fide. de ira de
mētiaq; dicemus aptis ad unā q̄q; ſentētiis uiroꝝ claroꝝ ſermo agetur æthilogiæ modus eſt.

De ſignificatione uerborum in contextu orationis. Caput. xi.

NOn indocti queſitarunt: quare omne uerbum ſignificans actionem non dicitur actiuum. Similiter. paſſionē paſſiuum ea rōe (ut ipſi aiunt) ꝙ uerbum eſt ſignificatiuū agendi uel patiendi. Rńdeo ex lectione grāmaticoꝝ. Et uſu autoꝝ. ꝙ in oībus uerbis naturaliter eſt ſignificatio actionis uel paſſionis: aut utriuſq; . Sed quia modi enūtiatōis diuerſi ſūt: partim a natura. partim autoꝝ uſu. ideo diuerſe noīa ſignificatiōis acceperunt: unde Chariſius & (ut ipſe refert) Palemon. Enuntiationē in uerbo dixit eſſe duplicē uocis & ſignificationis. Et itē naturalē & placitā. Naturalē ut amo: placitam ut ſequor. cum potuerit dici ſequo petrū: ſequor a petro. Dicitur igr̄ actiuū prius ꝙ actio ut. yi. principiis docet rōnalis ſciētia. i. logica: dicit motū reſpectu agentis ad patientis & hoc ſecutus Diomed. dixit actiua ſignificatio eſt cū alterius patientia actū uoſtꝝ ſignificat: paſſio uero dicit logicus dicit motum ſub reſpectu patientis ad agens & ſic Diome. paſſiua ſignificatio eſt cū patiētiā nr̄am alterius actus ſignificat. rectus igitur actiui caſus ſignificat actū in alteꝝ. i. cū appoſitiōe caſus paſſiui in ipſa ſignificatione ut amo Pomponiū. Sed non ita eſt Seruio deum. Paſſiua multiformiter ſunt. ideo nō uno ꝯtinētur. Paſſiuū dr̄ eſt cuius ſignificatio principali uoci adiicitur. i. recto cū actionis caſu. hoc ut plurimū inſitū. qđ eſt naturæ: ut ego amor a te. i. tu amas me. Et hoc modo tribus modis explicamus. Aliquādo aialias pſona nō reſoluitur nec accipit̄ nō. n. dr̄ ego aror tu araris. licet dicatur terra aratur. q̄ rōnē poſuit quoq; Priſc. Fit igit̄ diuiſio in plura genera. Sūt. n. aliqua q̄ paſſionem qdē ſignāt in oībus pſonis: tam̄ nō reſoluitur uox ut orior: naſcor. uapulo. n. dr̄ nō tu naſcis me tu uapulas me nec una naturali actiōe dicimus igitur actiuum & paſſiuū noīe a pfectiori: reliqs ut iperfectis. impoſita ſunt noīa. Circūſcriptæ ſignificatiōis. Nam uerbo neutro cū in. o. deſinat apponit̄ caſus nec actionis nec paſſiōis naturaliter ſignificatiuus. unde neutrū uocatū qa actiuis nō ꝯgruit nec paſſiuis: non ꝙ nō ſignificet actionē aut paſſionē. nec illud qđ triuiales ꝙ non ſit actiuū: nec paſſiuū. nam deponētia nec ſunt actiua nec paſſiua ergo dicerent̄ neutra. Si neutro apponatur caſus paſſionis. i. actūs: tale eſt quale aro terrā. nō hoiem. Deponentia aliq dicta putāt. ꝙ r litterā non deponāt ut ſequor dicimus. n ſequo. hoc arguit illud qđ delector & delecto. dicimus reuerto & reuertor & multa alia. Nōnulli deponēs dictū: qđ ſignificationē deponit quā uox ſua ſignificat. Alii uero ut Auguſtinus Deponētia dicta qa deponant aliqd de q̄titate cōis uerbi: placet ſuperior Chariſii. Aliqui ꝙ deponūt aliq̄ ſignificationē paſſiuā: & retinēt actiuā: ut ſequor. uel deponūt actiuam & retinent paſſiuam. ut orior. Alii deponens ideo dictum. Quia deponit ambiguitatem ſermonis. nam dubium uiderentur an ſint paſſiua. an communia.

De Numeris Verborum. Caput. xii.

QVidam putauerunt apud latinos dualem eſſe: quo dictum ſit amauere ꝓ amauerunt. qđ falſum probat Quintil. eo uerſu Conticuere oēs intentiq; ora tenebāt.

De Generibus uerborum ad ſingula Idiomata. Caput. xiii.

NOtādū eſt ꝙ aliud ē uerboꝝ genus. aliud uerboꝝ ſignificatio. ut accidēs ſubſtātia. Nā ſignificare actionē uel paſſionē ꝓpriū uerbi eſt. genus uero ꝑ uocū diſcrimina denotatur. g. διαθεσισ ut Priſc. declaratū ſuperius. Nec faſtidiāt hæc Critici. Nā ut ait Fabius nō tā obeſt audire ſuperuacua. q̄ ignorare neceſſaria. Actiua nūc dicūt̄ Antiquiores dicexere faciendi modum. Paſſiua patiendi modum ponit Pli. Quintil. mirum eſt quod in natura uerborum eſt. & quæ facimus: patiendi modo ſæpe dicere. ut arbitror ſuſpicor: & contra faciendi quæ patimur ut uapulo. Hæc ille. & Gel. uerba in. o. ab antiquis agēdi uoce ſicut in or uerba patiendi uoce dicta.

De Idiomatis. Caput. xiiii.

ACtiuorum Idiomata plura ſunt idiomata: primus ego inter recētiores dixi: quæ alii ordines. alii notas. alii centurias. Nam ex Pli. refert. Diome. uerba diuerſis caſibus apud Romanos hoc modo iunguntur. nam cum ab omni græco ſermone loquella latina pendere uideatur: quædam inueniuntur: uel licētia ab antiquis uel proprietate linguæ latinæ dictæ præter conſuetudinem græcorum: quæ Idiomata appellantur. Nam inuenimus quæ. g. per datiuum dicunt̄ hæc a romanis per genitiuum elata ut pudet me amoris. & legitur miſerere mei. & miſerere mihi in ſacris. & contra quæ illi per genitiuum: nos per datiuum uſurpamus ut parco tibi. cæteros caſus pro aliis dictos ſuo loco referemus adhibitis exemplis ita ut cognoſcantur figuræ dicendi: quæ conſuetudine per alium caſum dicuntur. Suntq; proponente Diomede. xyiii. hæc ex delectuis habentur.

Obſeruationes ad Idiomata. Caput. xy.

Primum Idioma dicitur ſimplici recto qđ & accuſandi caſu finitur ut Lancilottus amat

Philippum triplex eſt obſeruatio non uulgaris. Prima rectus caſus ſignificationem agentis ha
bet ut ego laudo. Accuſandi caſus ſiue actus patiendi uel modũ ſimilẽ. ut amo Franciſcũ pa
tiẽtis qdem ſignificatio in hoc caſu amo uirtutẽ non uere dr̃ patiẽs. ſed modus patiẽtis nõ.n.
uirtus fert. Altera obſeruatio eſt oẽ fere uerbũ ꝓter ꝓprios caſus põt regere dtm̃. Cic. ii. tuſ. Sub
ducanõ.n. cibũ unũ diẽ athletæ iouẽ olympiũ eum ipſm cui ſe exercebit implorabit. Virg. Cẽ
tũ cui templa ſabæo thuræ calẽt aræ: ſignificat aũt in honorem uituperium utilitatem dãnũ
lætitiam iucunditatem fauorem. Similitudinem Syllius. ii. Cui multas induta pares ꝓ uoto.
Virgil. vii. æn. en perfecta tibi bello diſcordia triſti. In fauorem Ci. ad. Q. fratrem a tribunatu
qđ ſcribis ego uero nominatim petiui curtio & mihi ipſe Cæſar noiatim Curtio paratum eẽ
reſcripſit. i. in fauorem Curtii & inferius ſubſequitur meãq; in rogando uerecũdiã obiurgauit
ſi cui prætera petiero id qđ etiam Appio dixit ut ad illum ſcriberet facile ſinam mihi negari
i. in fauorem alicuius. uel pro aliquo: aliqñ ꝓ contra Cic. ad Cur. eſt. n. tibi grauis aduerſaria
conſtituta & parata incredibilis quædam expectatio. aliquando iudicium ſignificat Terent.
in adel. nam is mihi eſt ꝓfectus ſeruus ſpectatus ſatis mihi inquit Donatus. i. quãtum ad iudi
cium meum pertinet: & ſimilia unde rõne huius ſignificationis aliqñ autores poſuere datiuũ
ꝓ abltõ ut Hora. in. iiii. car. hic dies uere mihi feſtus atras eximit curas ꝓ a me. i. in utilitatẽ &
lætitiã meã. Quoq; lego diſcipulis lectionẽ. i. in utilitatẽ & diſcipulorum. nã lego lectionẽ finitus
eſt ſermo. ita res decoxit dño dr̃ a Col. i. in dãnũ dñi Cic. in orõne. ꝓ Plan co ꝯtra laterenſem.
Libet. n. tibi neſcio qd ẽt de illa tribu criminari. i. in tuũ uituperiũ. Lucanus. Secundo urbi pa
ter eſt urbiſq; maritus. i. ad utilitatẽ urbis. uel honorẽ licet eo mõ antiqua fuerit quoq; locutio
ut dicerent (autor eſt Cic.) eſt cæſari ꝓ cæſaris. unde cõſuetudo ut dicatur eſt antonio liber. i.
antonius habet librũ. eſt mihi animus habeo aium. In ſẽſum quem docui datiuus caſus ultra
naturam uerbi poſitus: ẽt aliquando ſignificat intertũ & mortem. Virg. ix. Dum trepidant it
haſta tago per tempus utrumq;. i. in exitium & mortem tagi. licet Priſcianus exponat pro in
tagum ſi per tempus utrũq; quo in tagum. non. n. dicimus uado per urbem in urbem niſi ſi
gnificem duos locos ut uado per arua rus: rectius ergo urbanus. Enarrator Virgilianus in tagi
interitum dixit. Quod uero dixit ꝓ in. uera equidem datiuus ꝓ accuſatiuo accipitur hoc exẽ
plo Verruuii de Zoilo. Non nulli lapides ei eſſe coniectos. pro in eum. Et ut probetur Tago
in necem tagi uериſſime dici. Virg. x. oſtendit. Ecce pharo uoces dum iactat inertes. Intorquẽs
iaculum clamanti ſiſtit in ore. i. in necem phari. Exemplum utriuſq;. idem libro. x. fert. His ſpa
tium tantumq; moræ fuit Ilo. Ilo namq; procul ualidam detraxerat haſtam ubi Seruius ait
Ilo in necem Ilii. in ſequenti uerſu accipitur manifeſte in Ilum. Clarius ſuperioris exemplum
in eodem libro. Extremaq; Lauſo parcæ fila legunt. Datiuus non modo necem: ſed uitam ſi
gnat Virg. x. ſi mora præſentis læti tempuſq; caduco oratur iuueni. i. in uitam iuuenis turni.
Et illud notetur: aliquando datiuum amorem ſignificare. Ouidius a laodomia. parcere me
iuſſit laodomia ſibi. i. ob amorem ſuum abſtinere a bello aliquãdo datiuus caſus pro accuſan
di caſu accipitur hoc modo. reſpondeo tibi pro reſpondeo ad te. ſcribo tibi. & ad te ſcribo. di
co tibi ad te dico. Cicero ad Atticum. quæ ad ea reſponderis perſcribe aio tibi & ad te. Apule
ius in meth. ad milonem aio. Gellius quoq;. xix. Ad nos prudenter; beniuole & aſſidue dictita
tabat. Aliquando pro id. Cicero (ſi uera lectio eſt) ſoleas inductas pedibus. & alio in opere ſo
leas inductas in pedes. aliqui licet indutus legant. Item ſignificat opus. ut domui facta ſunt
duo millia laterum. i. ad domus ædificationem. Statius in primo ſiluarum. Cui uertice ſacro
dyndimon & cæſis decreuit frondibus ida. cui. ad quem equum faciendum. non ignoro ali
quos dicere in honorem cuius. non conuenit ibi. n. Statius magnitudinem denotat equum.
Tertia obſeruatio. ꝙ per præpoſitio cum uerbis habet dicendi elegantiam. & ſeu ſignifican
tiam. ut per te uiuo. per te lego. per te facio. i. te auſpice. uel tuo auxilio. Cicero in oratione ꝓ
gratiarum actione ad ſenatum. hæc autem ſingula per illos habuimus uũc uniuerſa per uos
recuperauimus. Itaq;. p. c. quod ne optandum quidem eſt homini inimo & utilitatem quan
dam per uos adepti eſſe uidemur. Quintilia. vii. Per uos. n. actum eſt ut homo periret quia ni
ſi uos illud feciſſetis uiueret Cice. quoq; ad Cecinnam. A te omnia proficiſcantur & per te ad
exitum perducantur. & alibi in tuſc. Venerãtur ut deũ liberatos. niſe per eũ dicũt. & alibi q̃ ha
beo. per te uti licebit. Alibi uero dixit. qdã diſcendẽs e uita per inediã. i. urgẽte inedia. Suet. in
aug. Cãdidati coronatiq; thura libãtes & eximias laudes cõgeſſerant per illũ uiuere per illum
nauigare libertate atq; fortunis per illũ frui. i. illius auxilio uel numine medio dicitur ẽt facio
per irã. i. ira urgente. Cic. aut quemq; pœniteret quod feciſſet per iram. ut Alexãdrum regẽ ui
demus dicturq; per ſe. i. ſe ſolo. Quintilian. in primo. Hæc ipſa ſine doctore perito ſtudio per
tinaci ſcribendi & legendi multa & continua exercitatiõe per ſe nihil proſunt. Cato in re ruſt.

ſtetit. Quint.iii.de ſerui/ualitudine/impeditus ideſt per me non ſtetit. Sed propter illud quod eſt dicere non fui ego cauſa rei non actæ. Simile illud eſt Ciceronis ad plancum per quos homines ordineſq; ſteterim quibuſq; munitus fuerim non ignoras/Cor.tac.in oratoribus/Nolo Coruinum inſequi quia per ipſum nõ ſtetit quo minus lætitia nitoremq; noſtrorum temporum exprimeret. Terent.in andria.ut ne pater me ſtetiſſe credat/ultimo addas facio de re ideſt de negotio uel perſona tua. Terentius/Hæc quid de me nunc faciam ſcio: ſimiliter dico de re/de hoſte & ſimilia/Virgili.x. Aſt de me diuum pater atq; hominum rex uix uiderit/hæc particula potius technice q̃ natura uerbi ponitur.

De Verbis Actiuis quæ ꝓ paſſiuis accipiuntur & contrarius modus. Cap. xvi.

QVædam ſunt actiua quæ aliquando pro paſſiuis accipiuntur. Sicut lauo/tondeo/duro/calceo/pro lauor/tondeor/duror/calceor/ne ponas cãdeo/quamuis Priſcianus poſuerit/candeor enim nullus eruditorum dixit: eſt enim cãdeo ut albeo/pingueo. Modo cõtrario dicitur Virgilius lib.iiii. Nec magis incœpto uultum ſermone mouetur. Syllius Italicus.ii. lucemq; grauantur/ideſt habent grauem. Apuleius in Aſino aureo q̃ttuor inquit uiſcera & quatuor genua/ideſt habeo quaſſa de hoc modo dicetur & in imperſonalibus/aliquando ſcriptione non ſignificatione mutata/ut puuitur pro punit/auertit pro auertitur ſe. Gellius primo de Demoſthene auertitur & diſcedens. Ego inquit pœnitere tanti non emo. In uerbis quoq; in or/tranſitiuis hoc genus fieri uidemus. Virgilius/Hoc equidem caſum Troiæ triſtiſq; ruinas ſolabar. Tondere uerbum/paſſiue patet/Virgilius/i Buc. poſtq̃ tondenti barba cadebat/Actiue/Iuuenalis. Quo tondente grauis iuueni mihi barba ſonabat. Lauo paſſiue/Terentius/poſtquam lauit unxit: Suetonius in Domitiano. Lauabat de die/paſſiue lauor. Plinius Fœminæ argento lauentur niſi argentea ſolia faſtidiant/& dicimus aqua lauat/Ouidius/Sacra lauaturas mane petebat aquas: Duro aliquando tranſitiue. In moreto Durati ſale terga ſuis. Et abſoluta paſſione/Virgilius/Tum durare ſolum & diſcludere nerea põto. Lucanus.iiii. pro paſſiuo. Intumuere tori totoſq; idurnit/artus ꝓ indurati ſunt arcus/licet aliq̃ tranſitiue uiderint illi/& abſolute Maro/Durate & uoſmet rebus ſeruate ſecundis/ideſt eſtote duri/ideſt patientes. Additur iſtis Accingo pro accingor. Virgilius.ii. æneid accingunt omnes operi pro accinguntur. Præcipitat pro præcipitatur/ut Virgilius/Et iam nox humida cœlo præcipitat. Inclinat pro inclinatur. Tacitus/quia inclinabat dies crebra hinc prælia/&. Q. Curtius iiii. Compages operis uerberate laxauere pro laxatæ ſunt/Punitur pro punit/contrario modo eſt. Tul. de officiis.i. Neq; ad eius qui punitur aliquem/aut uerbis caſtigat/ad reipub. utilitatẽ referri. Et tuſc.iiii. Tenendum eſt igitur uel curandum eſſe poſt mortem cum multa inimicos & mortuos puniuntur. Palpatur pro palpat dixit Lucilius. Adiutatur pro adiutat/Afranius. Excalceatur pro excalceat: Varr. Spolior ſpolio. Quadrigarius/Induit pro induor/Accingitur pro accingit/Virgilius.vii. clypeoq; auroq; trilicem loricam induitur. fidoq; accingitur enſe. Nutricatur pro nutricat. Tullius de natura deorum/Omnium rerum quæ a natura adminiſtrantur ſeminator eſt & fato parens (ut ita dixerim) atq; educator & altor eſt mundus omniaq; ſicut membra ſua & partes nutricatur. Et continet/Varro ponit nutricat. Quaternis menſibus fert binis nutricare octonos paruulos primo porcos poſſunt. Et alibi ſic nutricantur quod ad facti ſint quadrimeſtres. Hoc modo de uerbo paſcor aliqui contendunt. Conuertitur pro conuertit. Plautus in Amphit. Sed fugam in ſe tantum nemo conuertitur. Auertit auertitur. Idem in primo: tum prora auertit & undis. Quod Priſcianus inter uerba huiuſce ſignificationis poſuerit uergo. ut ne ue tibi ad ſolem uergant uineta iacentem. debuerat oſtendere quomodo dicatur/ego uergo uineam. & tranſitiue ponitur. Nam fronti inuergit uina ſacerdos aliter eſt. ideſt ſpargit.

De Verbis actiuis quæ aliquando ſimilia neutris quæ uulgo abſoluta & in omni uerborum genere ſimilis forma.

SVnt quædam uerba & actiua quæ ſine caſu aliquando prolata perfecte enuntiantur/ut uideo/ideſt non ſum cæcus/amo ideſt ſum amans. Et ſi quid faciam nunc quoq; queris amo/dixit Ouidius. Audio.i. non ſum ſurdus. Intelligo ideſt nõ ſum ſine intellectu/Sic paſco.i. capio cibum. Virgil. Tytire paſcentes a flumine reiice capelas. & alibi Paſcentes ſeruabit Tytirus hœdos. in Geor. Saltibus in uacuis paſcant & plena ſecundum flumina in paſſiuis. Diſcrutior. rumpor. uror. findor. Sapho Ouidiana. Vror ut indomitis ignem exercentibus euris. Virg. Me tamen urit amor: & in neutris quoq; formæ inchoatiuæ uerba/ut caleſco frigeſco. Terenti. accede/ad ignem hunc caleſces plus ſatis. Similiter poto/bibo/ardeo/ſtudeo/ſeruio/Cicero in.iii. Tuſc. Carthagineſes multi Romæ ſeruiuerũt.

Deniq; omnia uerba quæ ad ſum reducuntur poſſunt abſolute poni. ut ſtudeo.cœno.i. ſum cœnans.Caleo calidus ſum.Sapio ſapiens ſum.Et in cōibus moror .i. ſum in mora.ueſcor.i. comedo.in deponentibus.Suet.in domit.initium ueſcendi primus fecit. uaticinor & ſimilia. Non tamen ignoratur ſecundum logicos omnia uerba & iā recitauimus ad ſum poſſe redu ci.Sed ſane accipienda eſt regula quantum imitatur uſum.

De Verbis Perſonalibus quibus infinita applicantur. Caput. xviii.

ACtiuoq; quædam infinito utuntur.licet aliqui dicant:id loco eſſe accuſatiui: nō cō uenit. Nā Terent.ait cupio abducere ut reddā ſuis.is modus non reducitur ad caſū Simili Pli.in epiſt.ſine me ſuauitate eius.ſine leporibus perfrui.Cic.i offi.Nec adu lari nos ſinamus.in quo falli facile eſt.& Luca.Fert aius cauſas tm̄ expromere rerū. Dicimus puto te legere.Credo te amare.Cic.qui uitam honeſta ingredi putant. Aiaduerto te ſtudere.cupio ſcire.Cic.in tuſc.Diſpicere cupiebāt.ſcio te legere.ueto te facere.duco eſſe amicū duco eſſe utile.credo te dicere uel dicturum.Et ut Terēt.ſpero cōſore in paſſiuis dixit Seneca docemur diſputare non uiuere.Aliqñ loco infinitiui ſubiunctiuus modus ſuccedit. ut Perſi. uero ne quiſq̄ faxit oletū.Credo non ignores.Similiter in neutris ſtudeas uelim.& ut Cic. ait ſtudeo excellere.aſſueſco legere. Virgi.Stat caſus renouare oēs.indigeo addiſcere.ponit Gellius libro.iiii.cap.primo.Sed hoc plane indigeo addiſcere quid ſit pœnus.Et in deponentibus.Ci cero in Thuſcu.patiamur nos ſatiari.reor te eſſe amicum. Virgilius Nos abiiſſe rati & uento petiiſſe micœnas. Opinor Lactantium aliquando uera ſcribere:nec prætereatur illud memi ni me facere non feciſſe.ſi audimus a grætium & aliquos antiquorum quia ſermo totus eſt præteriti temporis ante factam rem in præſens reuocat. ſiq; dixerimus memini me feciſſe duo præterita ſimul iungis.Cicerone pamphilum lybicanum memorem ſolitum Terentius Bona forma memini me uidere. Varro ego tui memini mederi meis pedibus. Virgilius.Can tādo ſolitū memini me cōdere ſoles.Sed eo uix loco.Nāq; ſub oebaliæ me turribus altis Cori tiū uidiſſe ſenē.hæc ille.Inuenimus tm̄ & appoſitū prm̄.Senec.in declam. declamaſſe latronē meū memini.& alibi utroq; mō utit᷑.Sed qđ plurimū ſit in uſu dixit.Agrærins. Cōſentio eſſe quoq; dr̄.Cic.oēſq; ubiq; ſint cōſentiūt eſſe aliqđ Iubeo te ſaluere.Horat. Vrbis amatorē fuſcū ſaluere iubemus.i.uolumus:eodē mō Terēt.aliqñ ꝓ impero.Cic.in officiis.remotiſq; arbitris adoleſcentē iuſſit ad ſe uenire.& alibi iphigenia aulide duci ad ſe imolādam iubet. Et uideor uidere:uideor uiuere.Et illud hēo uobis dicere græcū eſſe dr̄.Cic in tuſc.hēo.n.audire qcqđ ē. Virg.Donat hēre uiro alibi magnum dat ferre talentum.Gellius lib.iii.Et quid haberet ſuper ea re dicere ideſt habendum.audiendum.ferendum. dicendum.

De Verbis quæ abuſiue.i.non recto titulo.Et quæ uſurpata actiuorum Idiomatis appli centur oblique aut contra. Caput. xviiii.

INueniūtur q̄dam abuſiue dicta actiua.Inter exēpla Pli.& Diom.Hæc ſunt.Maledi co tibi.auſculto tibi.legitur tm̄ & auſcultor deponēs.Terent.Vin tu homini ſtulto auſcultarier?Suet.Quod uenetæ factioni maledixerāt.Benedico tibi nō te dicimus Niſi ut legitur in ſacris litteris.Benedictus es domine.& benedicimus te non ꝯpoſitū eſſe(Si defenſioni locū damus)poſſumus dicere.Sicut benedixi quādo nō erraui.nō.n.ꝯpoſitū eſt.Be ne.n.ualde ꝓbe.& utiliter dici pōt Cū uaria ſignificet:ferr oportunā iterum ſignificationē.Be ne dixit Cic.ꝓ archia.i.egregie defendit Archiam.& noiatim efferre & laudare canere.Virgilius cui nō dictus hilas.puer & laconia delos.id fuiſſe mētē Hieronymi arbitror. q in pluribus lo cis utroq; utit᷑ mō.nō eſt(ut triuialis)benedicimus.i.bona optamus.đ te bene.i.ꝓbe dicimus efferimus.uel canimus dño.in laudem domini & benedicimus dominum.i.ualde efferimus uel laudamus.aliter eſt benedicimus amico.Impero Cæſari. Quidā adnumerat iubeo.uerbis Seruii ſuper eo uerſu.Socii ceſſerunt æquore iuſſo.ꝓ ipſi iuſſi.Iubeor.n.nō dicimus unde pōt uenire iuſſus hactenus Seruius. Non ego crediderim uerba illa eē Seruii.Nā Virgi.alibi.haud ſecus ac iuſſu faciunt.Pollio ad Cic.qđ iuſſus ſum eo tp̄re atq; ita feci ut apparet inimico im peratū eſſe.Seneca.iii.declam.oībus illis tanq̄ ſeruatoribus tacere iubeor.Suet.in claud.appius accerſi ſtatim ac mori iuſſus eſt. Ouidius. hæ quoq; habet artes quoq; iubentur eunt. Et Me dea Ouidiana. Semina præterea populos genitura iuberis. ſpargere deuota lata per arua manu. Cæſar Comment .iii. Quare impetrata arma tendere iuſſu ſunt.loquitur de ſentu:a

iuſſitur dixit imperſonaliter. xiiii. Impero tibi Horatius Imperor dixit. Idoneus autor imperor. Curtius quod imperamut omnes exaudiunt. & alibi cætera nobis Imperaui hoc unum debiturus ſum. & ſine accuſatiuo Virgilius. exercetq; frequens tellurem atq; Imperat aruis. & cum accuſatiuo Terenti. in eum. nunquid aliud imperas: non tamen dices Impero Cæſarē. Im pero filium. Liuius tamen. viii. Imperata pecunia. de bel. pu. ii. & . ix. Imperat furmentū ciuitatibus ſiculoꝝ. & . ix. ab urbe. Sexcenti milites imperati. & tacitus cur imperatum paricidiū. Cic. ad Atti. Sumus. n. flagitioſe imperati. tum a militibus. tum a pecunia Plaut. in amphit. dicit: quod herus imperauit neglexiſti. Prouideo negociis & res: Cicero: neq; enim fuit quod tu plus poſſis prouidere quam quis noſturm. Indulgeo tibi. caueo fideiuſſori. Interdico tibi aquas & ignē. & interdico te aqua & igni. Suetōius aūt in Domitiano. Interdixit hiſtrionibus ſcænam. & in Nerone. Cum interdixiſſet uſum amethiſtini. & in Claudio ii. quibus a magiſtro prouinciæ interdiceretur. & alibi religionem ab auguſto interdictam aboleuit. Cæſar Commentariorum primo. Qua arrogantia in colloquio Arioniſtus uſus gallia Romanos interdixiſſet. & Seneca utroq; modo utitur in uno loco ait cum Pollio diceret. Si iubes ſtatim illi domum meam interdictam. Gellius. xv. urbe Italia interdicti ſunt philoſophi. Indulgeo filio ideſt molliter educo. unde Quintilianus mollis educatio quam indulgentiam uocamus. & indulgere gulæ dicitur. & ſimilibus dicitur. ut Virgilius Indulgeo ordinibus. cum accuſatiuo Suetonius in Domitiano. Quibus ſcio difficulter imperaturum ut damnati in liberum mortis arbitrium indulgeatis. Ideo actiuis grammaticuli poſuerunt quia legitur indulgeo me Terentius in Eunucho hercle in nimis me indulgeo. Sed hoc fuit ueteris conſuetudinis. Sic alibi Terentius te indulgebat. Sed extinctum eſt & pro eo dicimus indulgeo mihi affirmat Donatus Caueo etiam accuſatiuo ut Seneca in controuerſiis caueo proditionem Columella Curandum eſt ne indomita bos calce aut cornu quemq̃ continga niſi hæc cauantur nunquam eiuſmodi uitia q̃uis ſubacta eximi non poterunt. Cicero huic ſimile uitium geſtu motuq; caueatur. Ad Lentulum quoq; ut conſiderares in omni reliqua uita: quibus crederes quos caueres: parciſſime caueor dicas: ſed hoc latius infra in Idiomatis actiuorum: parco tibi. dico tibi. Terentius tibi dico an non parco iniuriam non parcor. dicitur. Similiter Dico dicas. Virgilius propriamq; dicabo. Quieſco abſolute eſt. ideſt ſum In quiete. uel capio quietem. Et dicitur quieſco cum accuſandi caſu. Quod figuratum eſt. Virgilius. Nec mutata ſuos requierunt flumina curſus. ideſt fecerunt quieſcere. Sic illud in ſacris litteris potauit illum dominus aqua ſapientiæ & ſtolam gloriæ Induit eum. ideſt fiat potare. Deſperamur quoq; Cicero ad Quintilian. frattem ſiue enim deſtituimur ſiue deſperamur nihil amplius opus eſt. Inuideo Cæſari. Horatius tamen ego cur acquirere pauca ſi poſſum inuideor. Virgilius Romanaſq; inuidet arces. Guſto & guſtor. Patro & patror ponit Priſcianus ſine paſſiuo exemplo. licet dicatur a Cicero Reguſto tuas litteras. & alio in loco ad Articum odorere & iſtum conuiuam tuum deguſtes. dicit quoque. Suffio. quod ſuffumigare. Virgilius equidem ait. Et ſuffire thymo cæras. quarto Georgicon. Sed tale eſt quale aro terram. Suffire enim dixit Priſcianus compoſitum. falſum eſt. Nam Vrbanus autoritate Verannii etymi eſſe oſtendit a fumo quaſi ſub fumum agere. Sunt Metuo. Timeo. Formido. Fugio. Horreo. Hæc paſſionem ſignificant. Metuo enim te cum dico ſignifico me affici timore. & metuor. contra incutio timorem. Lucanus in quinto. Dum metuar. ſemper terraq; expecter ab omni. Item fugior. Lucanus in primo fœcunda uiroꝝ paupertas fugitur. Eandem uim habent ſimilia ut formido. Addo ꝙ præſto herum: non præſtor dicitur. Debeo. debeor. Horatius debemur morti. Appuleius in floridis ſibi debet unam gratiam. Applico ſeu adplico. ut in prima lectione eſt Virgilius. quæ uis inmanibus adplicat oris. Terentius ille genus forte applicat primum ad Chriſidis patrem. nec eſt tamen in uſu adplicor. ſicut pario. ut mater peperit filium & naturaliter. tamen non eſt ego parior Inforare dixit Plautus in Corculione in foro accuſare iis uerbis licet ne inforare ſi incomitiare non licet. Non inforabis me quidem. Non tamen inforor quidem dicitur. Quod dicitur audio tibi ideſt obedio: non placet hoc numerari inter actiua: Non enim dicitur audior Sperare. deſperare. Cum a nullis dicatur. uere a doctis probatorū. Sepror deſperor ratione probantur eſſe ridiculi qui inter actiua ponunt. Item ſcio. neſcio. autumo credo. puto. Si enim animaduertatur proprietas ſignificationis actiuæ. de qua mox. uere inſanientes dicentur qui talia poſuerunt actiua. qualia ſunt opto. deſidero, ardeo cum dicamus ardebat Alexim. Vſupartorum in lege accipias. quale illud quoque. Credor ab Ouidio in Faſtis. & Cicero in Rhetoric. putemur: Non enim Dicimus puto Cæſarem. ſine infiniti intellectu.

IMpraiſe dicunt ii qui dicunt amo uult a parte ante nominatiuum a parte poſt. ac
cuſatiuum: hoc modo nullus grammaticorum uſus. nec modus loquendi apud
probatos uiros lectus eſt: quis orator: quis doctorum dixit unquam a parte ante?
nullus ꝑfecto uir doctus. Seruius uero celebris grammaticus & inter egregios nõ
infimus dixit uerbum regere caſus & Priſc. exigere caſus dixit. quod uero dicitur a parte ante.
Melius dixerunt aliqui docti uiri a fronte & a tergo. quod triuiales a parte poſt. at dices qui
grammaticus dicit a tergo uel a fronte: reſponde ſatis eſſe uti uerbis probatis eruditorum cõ
ſenſu. hiis utitur Liuius. Curtius. Capella. & alii ꝓbati. nullus unq̃ a parte poſt. neq; a parte ante.
Et placet q dixerũt actiuũ rei patiens. Nã ſi dico amo uirtutẽ non perſona. Illi uero optime: q
dixerunt accuſatiuum patientis: uel ut patiẽtis nullo ſubſtantiuo poſito: nam ſi dico amo uir
tutem eſt ut patientis. Curioſis ita dicuntur: ex ipſa profeſſione rerum non uulgarium.
Facio dabunt ueniam Priſcianus & qui inter neutra hoc adnumerat. licet ab iis diſcordare au
toritate & ueritatis ratione. Dum arguit antiquos Priſcianus dicit excutiendam eſſe ſignifica
tionem: non uocem dictionis. Actiua ſignificatio eſt (ut ait Diomedes) cum alio agente ſit q
patitur: ideſt cum actum noſtrum alterius patientia ſignificat. Paſſiua ſignificatio eſt cum pa
tientiam alicuius. alterius actus ſignificat. dicimus igitur Deus fecit hominem. & ipſe Priſcia
nus alterum exemplum ponit. ut uim actiuam. habere ſignificet ut facio te. calefacio te: q̃uis
inferius dixerit inconſtanter neutrum: ſed ea forma nulli neutrorum conuenit Cicero pro mi
lone. Cum reliquis legibus clodianis ſeruos noſtros liberos feciſſet. Seneca in libro de ira a no
cendo abſtinentem faciunt. Significatio igitur uerbi facio. Cum autoritatibus. tum multis
rationibus remota eſt a neutra. Nullum præterea uerbum neutrum habere paſſiuum. quod
ſignificet paſſionem. Cum copulatione: ſicut actiuum: ut dicor a te bonus. uocor a te doctus.
tu dicis me bonum: tu uocas me doctum. ita facio doctum: facio te liberum: facio te lætum:
unde & lætifico & lætificor. Plautus in aulula. Alii lætificantur meo malo. & & damno. fio a
te doctus. fio a te liber. in quem ſenſum non dicetur ego uapulo malus a magiſtro. Et ſi dicas
Iulia nubit caſta abſoluta eſt dictio, neq; eſt ſenſus copulatiuus. qui particeps ſit actiui caſus. qa
non dicitur iulia nubit a me caſta. Sicut fio doctus a te. uocor malus a te. tu uocas me malum
Et hoc pendet ex altera ratione: quia neutra diſtinguuntur ab actiuis reſolutiõis ratione. quæ
in prima uel ſecunda perſona ab re animata ad rem animatam. Ego uerbero Antonium: An
tonius uerberat me hic modus nulli neutro conuenit. At dicimus facio Antonium certum:
uel certiorem: & doctum. & Antonius facit me certum: certiorem doctum. Et licet antiqui di
xerint. nubo iuliam: referẽte Priſciano. non tamen dicitur in eadem ſpetie antonia nubit me
Quid ꝙ Priſcianus dicit coeo actiuum. Cum Cicero dicit in philip. Utinam Cn. Pompei cũ
C. Cæſare ſocietatem aut nunquam coiiſſes. Et ſi dicerem illud ſimpliciter tranſitiue. tamen ut
ſua ratiõe corruat. ſi coeo ſocietatem actiuum eſt. Ergo & facio ſocietatem actiuum erit. facio
multitudinem. facio familiam. Deus fecit hominem. homo fit a deo: Calefacio te: calefio a te
præficio hominem. Cicero pro lege manilia quantam non uerum in eodem homine præfi
ciendo uidimus. At ſi dicimus aro terram. bibo merum. non dicitur terra arat me. nec merũ
bibit me. & dicimus reciproce ego amo me. tu amas te: ita facio me tibi amicum: te facis bo
num: hic ſane modus non conuenit neutro. Dicunt balbutientes. tu non dicis ego facio Deũ
Quid ni hoc & aliis actiuis ineſt. tu non dices ego deum emo. & dices facio deum mihi ꝓſen
tem. dices deus implet me gloriæ: non ego impleo deum gloria. Sed hæc ſophiſmatica. Non
deficit alia ratio uapulo habet uapulans exulo exulans. Quintil. adde ꝙ multa uapulantibus
dictu deformia: &. x. ordinata digerere diſſoluta componere exulãtia coercere: duplicis eſt ope
ræ: Aliqui tamen legunt exultantia. Cicero nam iure conſolari exulãtem non oportet. At fio
non habet fiens: quia latinitas nõ patitur participiũ præſentis in paſſiuo: uel a paſſiuo. Quod
ſi in confeſſo eſt docent tamen Probus. Pli. Seruius & alii: immo nec eius compoſita ut cale
fio. paruifio tantifio: & ſimilia. Præterea arguit eam opinionem. gerundium in latino ſermo
ne. Quis unq̃ audiuit. fiendi fiendo fiendũ. & fiendus da dũ. a facio & fio participiũ. & gerun
diũ faciẽdus. Col. x. fumus ẽt in abdito loci faciẽdus. Sene. de ira legũ ꝓſidẽ: ciuitatiſq; rectorẽ
decet q̃diu põt uerbis his ingenia curare. ut faciẽda ſuadeat. & al bi melior ſibi faciẽdus q̃ aliis
Tacitus pax placeat faciẽdũ Imperatorẽ. Autoritas quoq; Plin. arguit Priſc. & ſequentes. qm̃ ait
ad principium quinti. Natura dictionum oſtendit qua parte orationis ſint collocandæ. ut in
noie: lapis. homo. in uerbis facio. proficio, ſequor. illud actiuũ. alterum. neutri eſt. lege tertium
depoſitæ ſignificationis. Dicunt aliqui uolo te. non eſt qui patiatur ab eo agente. Facitur dixe
re. Ennius Annalium primo dum facitur bellum. Neuius in pedio. dicit faciebatis ſaperda.

Varronem ſe legiſſe ſcribit in cynico & Tintinnius. Conſilium bonum gratia paruifacitur: hoc uerbo Vetruuiuſq;. Quod obiicitur a Priſciano Fitur dictum eſſe. nt neutrum probet. Quid ni poteſtur pro poteſt. Virgilius. Quod fieri ferro. liquidoue poteſtur electro. licet non ignorem Politianum ſicut in multis aliis diſſentire a grammaticis. Et in actiuis nutritor pro nutrito. ut latius infra compoſita a facio (quod tamen ſi eſt notum: dicetur ut aliquid addatur) Si mutant a in i recipiunt paſſiuum in or ut efficio or. inficio or. Cicero ne plane inficiamur opinionum paruitate. Conficio conficior. Virg. cōfectum ætate parentē. licet apud Col. confiat in tertia perſona & a deficio defit. Quod uero in prima perſona aliqui difitant cum exemplo careant: deliri uidentur: & ſimiliter non dicitur non dicitur defiebam nec deſiam & deficior. Q. uintil. Quibus ſi deficiamur ultima quidem ſe iam ſola ſupereſt. Et alibi ſi deficietur numero pars paucitatem ſi abundabit conſpirationem ſi humilis producet utilitatē. Col. viii. Qui ſi memoria deficitur quo minus cognoſcat cuiuſq; progeniē. & in. ii. Iam uero ergo reor ſi deficitur omnibus rebus agricola. Ouid. oenone deficior prudens artis ab arte mea. ab hoc uenit defectus: ut Martial. Dulcia defecta modulatur carmina lingua. Cantator cignus funeris ipſe ſui. Dicimus eleganter dies me deficit nō hēo tp̄us. Cic. dies deficiet. ſi uelim paupertatis cām dicere. Memoria me deficit. i. obliuiſcor. Colu. ut eoꝝ q̄ dedicerimus memoria nos dficiat. Quod pulnma fando? Priſcianus compoſita a facio inſinuat eſſe paſſiua iis uerbis. Sed illa ſunt ueriota quæ etiam ſi tenent a in compoſitione faciāt paſſiuum in fio ut calefacio calefio. frigefacio frigefio. magnifacio magnifio. & ſimilia. Sed quid clarius q̄ incerficio afficio. Exemplum quod ponit Priſcianus ueutra fieri paſſiua in compoſitione. ut Virgil. ſubeuntur proſpera caſtra. pace Priſciani ſubeuntur eſt neutrum. ea ſpetie: qua arantur prata. bibuntur uina. Cic. ii. tuſc. Sed ultro appetendus ſubeundus excipiundus dolor: Simili morte obita quales fama eſt uolitare figuras. a Virgilio ea ratiōe eſt. nec fando niſi fatuus diceret obeor ſubeor. Attendenda præterea ſignificatio: uerbi gratia. Terent. in phor. Quanto herum. ſapientia ante eo: quoniam præpoſitio facit ſermonem fit ne actiuum ſicut adeo hominem. Terēt. aliquot me adierunt. non tamen anteeor uel adeor dicitur. Sic inhio. Virg. iii. geor. Nec uarios inhiāt pulchra teſtitudine poſtes. Seruius inibi inhio illam rem dicimus. Quod alibi uero. iiii. Aene. pecudumq; recluſis pectoribus inhians ſpirantia conſulit exta uis ſeptimi caſus. Cum hoc docerem: quidam obſtrigulator obiecit illud de Plautino euclione: quod Nonius Marcel. ait id pro ei: Reſpōdi plus apud me ualere V rgil. q̄ Marcellum: qui in pluribus labat: uerba Plauti ſunt in aulularia id inhiat. Facio domum & templum dicit̄. Etiam ſi alii meis ſumptibus elaborent uel me autore. Suetonius in Veſpaſiano fecit noua opera & templum pacis quod foro ꝓximū eſt. Quod ex aliis uerbis conceſſum ut romulus condidit urbem idest quo autore Sueto. de auguſto hylam pātomimum querēte prætore in atrio domus ſuæ nemine excluſo uerberauit idest uerberari fecit. Virg. v. æneі. de Iunone exuſſit fœde pupes cum iris id egerit autore Iunone. Iuſtinus de Sardanapalo poſt hæc ſtatuitur rex interfector eius arbactus nō enim ipſum arbactus Interfecit ſed bello cauſa fuit uel autor ut ipſe Sardanapalus proiiceret ſe in pyram & ignem In CAIO. Cæſare tyrones neq; in ludo neq; per laniſtas ſed in domibus per equites Romanos ac ēt per ſenatores peritos erudiebat idest erudiri faciebat. Facta eſt Facio uitium apud Vetruuium idest corrumpo. Q. ď Cunei ſæpiſſime uitia faciunt. Facere ſemētē. i. ſeminare Liu. iii. de bello pu. conſul mouit caſtra ut ſementem campani facerent. Facere uela dicuntur nautæ ubi exponunt nauigationi. Et facere pedem quod uulgo dicunt podiam eſt autem funis quo tenditur uelum docet Seruius. Virgil. Vna omnes fecere pedem facere naufragium idest pati nota eſt elegantia. Et illud facere carmina poetæ dicuntur Similiter fabulas qua tamen Tragœdus uel Comœdus agit in theatro facere riſum idest mouere alios ad riſum. Q. uint. vi. fecit. n. riſum ſed ridiculus fuit. Facere delicias quod Hieronymus dixit in canticis deliciabitur. Plautus eia delicias facis mi mænechme. i. laſciuis ac luſitas inclinauit autem Hieronymus ab eo quo eſt delicior. Facere furtum eſt furari. Cicero procluentio. Strato ille medicus domi furttum fecit. Facio ſilentium idest ſileo. Plautus in amph. ita faciatis huic fabulæ ſilentium. Facere poteſtatem dicimus idest dare libertatem. Seneca. x. declam. Ego uobis omnium feci poteſtatem. Cic. ad metel. ipſi poteſtatem fieri non oportere facere ſermonem & habere ſermonē dicitur. Itē facio orōnem hēo orōnem facio iter habeo iter. Ci. ad Var. Fecit igitur ſermonem inter nos habitū. Quint. tiburti ſermonē habitū ꝯplecterentur facere uerba. Cic. ad Lentulum eo die nos quoq; ipſi multa uerba fecimus. Non tamen hēo uerba dicā. Habeo iter Cice. ad cæl. iter hēbant ad latum regem & Appium uſq; ad iconiū iter fecerim. Quint. reficit quoq; audientem certo ſingularriū patium fine non aliter q̄ facientibus

iter multum detrahunt defaticationis notata inſcriptis lapidibus ſpatia. Dicitur facio iacturā
ideſt damnum patior. Seruius Sulpitius ī unius muliercule obitu ſi iactura facta eſt. facio mo
ram ideſt moror. facio hæc miſſa .i. omitto. Terentius miſſa hæc faciamus. facio ſacrifico. Vir
gilius. Cum faciam uitula pro frugibus ipſe uenito. & facio rem diuinam idem. eſt & medi-
cina facit morbo & ad morbū ideſt prodeſt. Plinius & hoc tuſſi facit. Sappho Ouidiana. Nō
facit ad lachrymas barbitos ulla meas. Et dicimus facere mulieri ideſt coire. Plaut. mauult an
cillæ facere ꝗ̄ liberæ. & Martialis. cum dixit propero fac ſi facis edile languet. Et facio finem di
cendi. apud Liuium. & homo facit urbem ideſt repræſentat. Martialis. xii. de marcella. eſſe ur-
bes dominam tu mihi ſola facis. Inchoo actiuum pleriq; poſuerunt falſo. ſicut & ambigo &
dubito. nullibi. n. legitur inchoor ambigor dubitor incipior quoq; a nobis hæc in actiuis recē
ſetur ut error ſuo loco caſtigetur triuialium. Dicimus inchoo opus. Quintilian. iii. Nec ſum
adeo ignarus hoc a me præcipi quod hic liber inchoat opus ſtudioſos eius deſideraſſe. apud
Suetonium. Inchoauit opus & Fabius alibi altercationis præcepta poterant uideri tūc inchoā
di. Hoc differt ab incipio ꝙ inchoo finitum. Fabius. quæ cytharœdi ante legitimum certamē
inchoant. Ex græco ut ait Feſtus originem ducit. Q. d' Heſiodus rerum omnium initium di-
xit chaos. At Diomedes chaum antiqui dixerunt mūdum unde ſubractum inchoo cum aſpi
ratione in prima. Incipio ſine finiri poſitione uel ſubintellectu nō habet perfectam ſignifica-
tionem. unde notes haud dici inchoo legere. Aliqui dicūt liber inchoat in principio operum
ex iis Quintilian. uerbis longius fortaſſe progredior fallente tranſitu & a diſpoſitione ad elo-
cutionis præcepta labor. quod proximus liber inchoabit. ita dicunt liber inchoat. Queſtio fuit
Galeoti & Merulæ. alii uolunt dici inchoat ꝑ inchoatur ut lauar pro lauatur. Amare eſt pluſꝗ̄
diligere. Cicero ad Marcellum. Nam cum ſemper te dilexi amauiq; tum mei amantiſſimum
cognoui. Adamare quoq; tam in laſciuis ꝗ̄ honeſtis contra Vallæ opinionem. legimus Cæſar
in Commentariis poſtquam agros & cultum & copias gallorū homines feri ac barbari ada-
maſſent traductos plures eſſe in gallia. Cicero quoq; ad Curionem. eſt enim tibi grauis aduer
ſaria conſtituta & parata incredibilis quædam expectatio quam tu una re faciliime uinces.
Si hoc ſtatueris quarum laudum gloriam adamaris. quibus artibus hæ laudes comparantur
in iis eſſe laborandum. Et in tertio de oratore. Deinde ab Antiſtene quia patientiam & duri-
tiam in Socratico ſermone adamarat cynici primum &cet. Alibi quoq; Demoſthenem ſequi
uultis: Et ſi illam præclaram eximiam ſpeciem oratoris perfecti & pulchritudinem adamaſtis
Pli. xv. arborem mori eximiam ætate noſtra adamauit paſſienus criſpus quod aliqui impie di
cunt. Redamare quoq; dicitur .i. amoris grauam referre. Cicero animo aūt uirtute prædito eo
ꝙ animi uel redamare poſſit unde admodum delectari. Sicut rideo abſolutum eſt interim .i.
ſum ridens. ita amo. ut Ouid. Et ſi qd faciā nūc quoq; queris amo .i. captus ſum amore. Idē
in obſcœno carmine. ride ſi ſapis o puella ride. quē uerſū eſſe Ouid. ꝓbat Martianus Capel. in
aſtronomia his uerbis. Pelignı de cætero iuuenis uerſiculo reſpice & in tragicū. corrugaris ride
ſi ſapis o puella ride. hāc opinionē i ſuperioribus quoq; ꝓbauimus. licet aliq Virg. crediderint
Puto inter actiua nō temere ponitur ait. n. Cicero. ꝓ Roſc. Amerino propter iſtius inſidias. pa
rum putantur Cauti Prouidiq; fuiſſe ſic igit' dicas ego puto doctum tu putaris a me doctus
licet haud dubio uerbum eſſe ſubintelligatur ut puto te eſſe doctum.

Deſidero elegantiam habet. ut deſidero ſapientiam tuam .i. ꝙ inſanis & deſidero ſcientiā ami-
ci .i. ignarus amicus. In hanc ſniam Cicero pro milone. Atq; ita ꝓfectus eſt ut concionē turbu
lentam in qua eius furor deſideratus eſt quæ illo ipſo die habita eſt. unde hiſtoriæ profeſſo-
res numerum deſideratorum ideſt interfectorum. Apud Liuium & deſiderati interempti.
Hirtius de bello Alexandrino dixit deſiderati ſunt ex numero legionariorum militum Circi-
ter. cccc. Curtius. xxxx. omnino & duo deſiderati. & Valerius Maximus doſiderium pro mor-
te libro quinto ait. Si expiraſſet adoleſcens æquiore animo deſiderium eius tolleraret. Simili-
ter in Varrone Diomede Plinio in dubii ſermonis libris. & Chariſii reliquiis. & Papyriano
multa deſiderantur ideſt deficiunt. Columel. Cum mihi uelut omiſſa deſiderentur. item deſi
derare poſcere. ut caſtanea deſiderat terram pullam & reſolutam. ponit Columel. Similiter ar
buſta deſiderant arari altiſſime. Plinius.

Honeſtare decorare. Cicero nec domo dominus. Sed domino domus honeſtanda eſt. Ablega
re. longe mittere. Columel. de fugienda peſte animalium itaq; ablegantur in ea loca perducē-
da quibus nullum impaſcatur pecus in longinqua paſcua placet ablegari.

Faſtidio. habeo in faſtidium. Quintil. Lucrum faſtidiamus. Pli. xxv. id. n. quod ſincerum nō
eſt faſtiendum odorē habet. Virg. Inuenies alium ſi hic te faſtidit alexis. aliquando abſolutus
Seneca In declam. uterq; noſtrum cū toga: ut faſtidit .i. afficit faſtidio. Cicero ꝓ milone. Qui

non modo iprobitati naſcitur.ſed etiam recte factis faſtidiunt. Faſtidit mei dixit Plautus in aulula renuntiatum antiquitati.

Supero.uinco.Virg.Superent quibus hoc neptune dediſti & ſupero hoſtem.aliquando ſuperare reſtare uel ſupereſſe.unde in ſacris.Colligite quæ ſuperauerunt fragmenta. Virgil. Amiſſa ſolus palma ſuperabat aceſtes.& ſuper uiuere.Virg.iii.Superat & ueſcitur aura.Superaui collem ideſt tranſcendi.Virg.in Buc.Superas ſeu ſaxa timaui ideſt montes & Liuius Superato amne.i.tranſito.Curtius.primo nondum euphratem ſuperaſſe cognouerat.

Appello debitorem.i.in iudicium uoco.Quintilianus.Magna pecunia appellabaris a creditoribus & alibi non debui tibi pecuniam nunꝗ me appellaſti. appellatus dicitur imperator ideſt nomine dictus. Cicero ad Cælium. Ita uictoria iuxta imperator appellatus apud iſſum.reliqua nota ſunt.

Defendo.nota ſignificatione primi eſt Idiomatis.aliquãdo ſexti ſignificatq; depellere: ut quadriganus.Gellio recitante Virgilio in Bucco.Solſtitium pecori defendite.in ſignificatione accipiendus eſt ille uerſus.Quo poſſint inopem defendere uitam.Defendere munire. Vnde defendere prata dicit Cato.uel munire.uel ſæpire. Sed uerius illud pecora ab eis remouere uel repellere.Cato.ficareas crates iportato quæ frigus defendant.& ſolem ideſt arceant.& defendere inimicum ideſt propulſare.

Sufficio huius Idiomatis dicitur.ſubſtituo uel ſubrogo.unde ſuffectos conſules dicimus ideſt in locum conſulis poſitos.uulgo locum tenentes. Vatinius Ciceroni. Si me hercule appium haberem in cuius locum ſuffectus ſum.tamen hoc ſubſtinere non poſſum.

Conuinco ideſt certa ratione uinco & ſupero.Quintilianus.Cõuincamus huius quoq; amẽtiam alibi ꝗ ut plurimis argumentis conuincendus ſit.

Recipio dicimus hoc Idiomate.ut recipio hoſpitem domi uel amicum.Columella hoſpitem niſi ex amicitia ꝗ rariſſime recipiat.Cicero.cum.ii.qui armis poſitis ad imperatorum fidem confugiunt. quamuis murum aries coucuſſerit recipiendi ſunt. Similiter recipere liberare. Vatinius Ciceroni quem in periculo recepiſti. Virgilius Frugeſq; receptas. aliquando ſuſcipere.& retrahere. Virgilius .ii. Sic ore effeta recepit ad ſe ſe: & ſacra longæuum in ſede locauit. Recipere tertii quoq; eſt ordinis neutrorum:& promittere ſignificat.ut Cecinna ad Ciceronẽ Sed tamen filio dixeram librum legeret & ea conditione daret ſi reciperes te correpturum.eſt enim recipere ſanctioris fidei.Cicero ad Lucin.Meq; ea quæ tibi promitto & recipio ſanctiſſime eſſe obſeruaturum diligentiſſimeq; facturum.Recipere excipere.Cicero ſecundo de Oratore.Sed dicis te cum ædes paternas uenderes ne irrutis quidem & cæſis ouum tibi paternũ recepiſſe:a recipio fit receptus tus tui.quo utuntur hiſtorici:eſt hoc militaris modi. Vegetius. Tibicines ad bellum uocant milites rurſum receptui canentes reuocant Quintilianus anteꝗ indios ætatis inſidias ueniat receptui uocaẽt.Et methaph.quoq; Cicero in Tuſcu. Abſtrahit acerbis cogitationibus hebetem aciem ad miſerias contemplandus a quibus cum cecinit receptui impellit rurſum.alio Idiomate quoq; dicitur recipio a te librum. in ſuperiorem ſignificationem Liuius frequenter utitur ideſt reuocare milites.

Comedo huius Idiomatis probat eſſe Diomedes:qui paſſiuum dicit edor ederis:Item ambedor & comedor:quod nos non repugnante actiui natura non reſpuimus. Plautus in expidi. expectando exedor miſer.

Exeſt quoq; legitur & a comedo comeſt.Plautus:uulpes pirum comeſt.& Virgilius. eſt mollus flamma medulas:unde eſſe & comeſſe docente Seruio.

Strangulare a Triuialibus irriſum trucidare ſignificat. Suetonius.Qui eum meridiantem quaſi Britannici æmulum ſtrangularent.

Exautorare.i.iure militiæ priuare.Liu.pricipio.ix.de ſcdo belpub.Sic exautoratũ militẽ dixit:

Vindicare defendere.vi.Idiomati aptius Varr. in re ruſt.Sterquilinium melius cuius latera & ſummum uirgis & fronde uindicãtur a ſole. Columel. nihil nocebitur ei nocturnis ronbus aliis ue cauſis.dum peccore auibuſq; uindicetur.

Detrudo uerbum declarat Cicero pro.A. Cecinna. nemo detruditur niſi adhibita ui manus impellitur.Deiicio uero in inferiora iacio.

Rumpere. nota eſt ſignificatio. Sed elagantiam obſeruamus.Martialis.Rumpitur inuidia quidam chariſſime Iuli.& deinceps Rumpatur quiſquis rumpitur inuidia. Rumpere ſilentium loqui.Ouid.iii.meth.Iuppiter hoc iterum ſermone ſilentia rupit.Aliquãdo cãtare.Mart. Nondum cnſtati rupere ſilentia galli.dicimuſq; rumpere patientiam.i. non tollerare uel indignanter fere.Suetonius in Tyb.nunc præcantem & procumbentem ſibi ad genua ambiguis reſpõſis callida cõtactiõe ſuſpendens:ut quidã patientiam rũperet atq; in tumultu ꝓclamaret.

ait peragat/aut deſiſtat/Virgilius compoſito rumpit uocem ideſt loquitur & in tertio de cele-
no rupit hanc pectore uocem.

Pacifico & paco ſignificatione nuturaliter actiua. Catullus ad Manillam. Hoſtia cæleſtes paci-
ficaſſet heros/Pacor tamen & pacificor rara. Idiomate tameu paſſiuo. Suetonius in Tiberio
delegatus pacandæ germaniæ ſtatus. Priſcianus uult eſſe neutrum/pro ſignificatione actiua.
Cicero pro lege Manilia: & quem putatis ciuitatem paccatam fuiſſe/quæ locuples ſit & eſſe
locupletam/quæ iſtis paccara eſſe uideatur. Cæſar in Commenta. ne omni paccata gallia exer-
citus noſter ad eos duceretur. Et Seneca paccante animo & me prius ſeruitor. Cicero in piſo-
nem paccati atq; ſotii nefario bello.

Pelliceo ideſt attraho blandiciis. Valerius Maximus de Xenocrate. Quia elegans tamq̃ eligens
præcanti ſenis animum illecebris pellicere non potuiſſet. Terentius in phor. Antiquum ſenẽ
pellexit per epiſtolam non modo montes auri pollicens/& Sueton. in Claudio. per ius oſcu-
li & blanditiarum occaſiones pellectus in amorem ſubornauit: hinc pellax aliqui uoluerunt
deriuari cum ait Virgilius. Inuidia poſtq̃ pellacis Vlixi.

Ineſcare latinum eſt uerbum: & dicitur quaſi eſca decipere. ſumptum ab animalibus. Teren.
ne ſcis ineſcare homines ſannio. Inſtruere & ordinare Liuius differe oſtendit .xxvi. Inſtructos
& ordinâtos cognoſco inquit Scipio.

Maritare & dotare: non indigna uocabula: licet uideantur olere uernacula: eſt inde & elegan-
tia. Suet. in Veſpaſiano uitelii hoſtis filiam honeſtiſſime maritauit dotauit atq; inſtruxit. Ele-
ganter maritari dicuntur arbores: ubi ſotiantur uitibus. Columella/Si teneram ulmum ma-
ritaueris non ſufferet. Si ueruſte uitem applicaueris coniugem necabit/& maritari dicitur pe-
cora. Columella pe pecudibus poſt bimatum maritari debet.

Laudare ut Gellius ſecundo præter nota ſignificat priſca lingua nominare appellareq;. unde
illaudatus non minandus/ſic Macrobius. Quis illaudati neſcit buſiripis aras. apud Virgiliũ
Sicuti quondam a communi conſilio aſiæ decretum eſt uti nomen eius: qui templum ephe-
ſiæ dianæ incendiſſet: ne quis ullo in tempore nominaret is illaudatus dicitur.

Profligo/deperdo/ab affligendo ad pernitiem interitumq; ducẽdo inclinatum. id tractumq;
eſt ut Gellius. xiiii. cap. y. non eſt neutrum quoruudam iudicio dicimus enim profligo hoſtẽ
ſæpe ab hiſtoricis accipitur: & in profligato eſt quod deperditum eſt. Non ighoro aliquos in
notis hoc Gelli obleſico ſignaſſe.

Debello nomen aliquando abſolute. ut Liuius. yiii. Debellatum cum græcis: i. definitũ bellũ.
Deſtituo/depono. Quintilianus humor quoq; uocem & minus impedit ita & conſumptus
deſtituit. Virgilius & freta deſtituent nudos in littore piſces.

Secundi Idiomatis uerba. Caput. xxi.

SEcundi Idiomatis uerba ſunt: quæ præter rectum agentis & accuſatiuum patien-
tis uel ut patientis: genitiuum uel ablatiuum admittunt: ut impleo cratera aquæ
uel aqua. Sed aduertendum pretium ſignificantia quia antiquitus genitiuum ad-
mittebant huic ordini applicita idiomate. Nam hodie pretium ponitur ſolum in
ablatiuo. ut emi librum decem aureis tantum dicendum antiquum morem ideſt non pretiũ
ſed ſimile. Catullus oſtendit omnes unius æſtimemus aſſis unde eſt aſſifacio/flocifacio & ſi-
milia & tanti quanti pluris minoris/magni/& magno. Cicer. ii. officiorum/uendo meum uõ
pluris q̃ cæteri fortaſſe etiam minoris. Quod ſi uerbis non ſignificantibus pretium adiungã-
tur additur pretii. Varro in re ruſt. ut plus reddant muſti & olei & pretii pluris. Liuius. yiii. de
ii. bel. octo milia hominum eſſe maioris pretii & Gellius primo ait libro tris reliquos merca-
tur nihilo minore pretio. Aliqui dicunt eiſe imitatione græcorum: qui ita iis uocibas utuntur
genitiuo: latinitas uero fœcundior in eo ꝙ ſexto illi carent. Hæc iungamus uerba. ꝙ autem
carpitur Valla illo Pliniano exemplo neminem inquit docuit minoris quam talento/mihi
uidetur inique agi. Si quis enim recte intueatur pretii ſignificatio inibi eſt recondita. Sicut il-
lud Suetonii in Veſpaſiano interrogauit quanti calceaſſet. Haud tamen eſt negandum
has dictiones. tanti. quanti. & ſimilia etiam cum aliis uerbis ſine ſubſtantiuo aliquando
poni. ut magni refert parui intereſt. Terentius in Eunucho. Quanti eſt ſapere. Ca-
ſus pretii hodie eſt ablatiui: Columella pulli exiguis pretiis ueneunt: Aliquando dicimus ex
ipſa latinitate ablatiuo ſine ſubſtantiuo: Virgilius/Ut magno mercẽtur atridæ. Suetonius/Nec
tulerat tam moleſte tam magno exiſtimari honorem cœnæ ſuæ. Cicero in Thuſc. Glorioſa
ſapientia non magno exiſtimanda eſt. Colu. in genitiuo. Magni enim exiſtimabat uetus illa
romuli & numæ ruſtica progenies ſi urbanæ uitæ compararetur uillanca. At Varro in primo
de re ruſt. Aedificãtur magno implentur magno. Additur aliqñ pretio ut illud magno ubiq;

pretio uirtus exiſtimatur. Sed alibi Valer. vi. Caſtitatis diſciplinam ingenerari magni æſtimanit: diciturq; carius pro carioris. Suet. in caligula. Carius ꝯparantur pecudes equos carius quã equos emebant dixit Gellius. plus ualet quando pretium non ſigniifcat dicitur. ꝓpluris. Cicero ad appium nullam appietatem aut lentulitatem ualere apud me pluſquã ornamenta uirtutis exiſtimas dicimus etiam emo tantidem. & uenundo minoris.

Commoneo te huius rei dicimus. Quintilianus Grammaticos ſui officii commonemus. Pli. in epiſtolis rei admoneor. Aptius Idiomatis electiuis.

Conſtare huius Idiomatis eſſe a nonnullis triuialibus ſenſi: quod plane falſum repugnante natura. nec legitur conſtor & ſi ſignificat pretium. Sueto. in Veſpaſiano. Quanti funus & pópa conſtaret. Seneca paruo fames conſtat. magno faſtidium.

Exiſtimare primi qu. idoq; eſt. q̃doq; ſecũdi dicitur exiſtimo. i. iudico. arbitror. cẽſeo. unde exiſtimatores apud Colu. uillici dicuntur. uillicus quem iã prius dixi exiſtimator eſſe nõ bonus põt niſi fuerit ẽt peritus in uno quoq; corrigere queat perperam factum. Quintil. ex p̃teritis n. exiſtimari ſolent præſentia. Exiſtimare unde exiſtimatio. i. reputare dicitur exiſtimari reputari. Cicero. ii. de officiis. Fides autem ut habeatur duabus rebus effici poteſt. ſi exiſtimabimur.

Aeſtimare imponere pretium ab æs inclinatur unde ex excluditur. & dicitur etiam rem alicuius dignitatis facere. Seneca. Data magno æſtimas. accepta paruo. Et in libris de ira. Magno æſtimata ira ꝓiecit. Obſerues illud quod licet dicamus æſtimo magni uel magno uel magno pretio. Sicq; parui uel paruo non tamen eo modo: tanti uel tanto. quanti uel quanto. Et ſi dixit Terentius hominem quanti uis pretii. ſed tanto pretio. quanto pretio dicimus.

Alo ẽt. genitiuum autore Cicerone habet ut in tuſc. hunc cuſtodem mœſti cruciatus alo.

Impleo Virgili. Implentur ueteris bacchi. pinguiſq; ferinæ. & alibi impleui clamore locum. Seneca in libris de ira. necibus quidem implendi ſunt. Opplere quoq; dicitur: ſed eſt quaſi occupare. unde opplentur uineæ palis non implentur ſic uitibus & ſimilibus: Varro contra mures & talpas oppleri locum muſipulis ait. Et Cicero in tuſc. Aeſculapi liberorum ſaucii opplẽt porticus. ut non poſſet accedi. Alibi Varro alienus odor nares opplet. & Cicero mentes opple tas tenebris ait. & cibus implet uentrem abſolute dicimus. Celſus. utendum erit cibis corpus implentibus. & alibi. caruunculam citet quæ ubi eum locum impleuit.

Accuſo te furti & in negocio. Aemilius Probus de Pauſania accuſatus capitis abſoluitur. Seneca in declam. Accuſantur læſe maieſtatis. Item dicimus te de furto. Idem declama. y. accuſate de ui. Cicero ad Atticum. ut me accuſare de epiſtolarum negligentia poſſis: & in oratione pro domo ſua ad pont. neq; citatus neq; accuſatus de eius capite liberis fortunis ad curionem in quo accuſabat culpã uacarem. dicimus accuſo te ad prætorem uel apud prætorem quomodo Cicero in Rhet. Acceſſo ſimile eſt ut docet Agretius.

Incuſare dicimus reprehendere. Colu. Quam ob cauſam ſterilitas cacuminis iure ab antiquis incuſata eſt. uel expone melius. i. non approbata. hoc modo reſpuit huius Idiomatis ſpetiem. Incuſare eſt ſine reſpectu aliquem reprehendere: & ſine diſcrimine ut Cæſar in Commentariis manifeſte probat dicens omnium ordinum adhibitis ad id conſilium Centurionibus uehementer eos incuſauit. certe militibus ſuis maior erat Cæſar. Cornelius tacitus de. Q. Claudio. Cum modo incuſaret flagitia uxoris. nonne maritus maior eſt uxore. & alibi. Comprobauere patres incuſata Antiſtii licentia maiores profecto Senatores antiſtio. Facit ad hoc illud exemplum Diomedis incuſante Cicerone Catilina: conuictus. cum uero ait poeta de ænea in matrem talibus incuſat. tu. dic. i. ſine ullo reſpectu. ita Cornelius tacitus intemperiem cœli incuſantes. Accuſare uero frequentius in cauſa iudiciali dicitur. unde & accuſator incuſator rage. hæc eſt differentia. quam Seruius obſeruare debuerat & alii.

Paſco actiuum. patet Ouidius aereas uolucres corpore paſce tuo. Aliquando ſimpliciter. Virgilius Tityre dum redeo breuis eſt uia paſce capellas. Non autem componitur ſecundo Idiomati. non enim dicitur paſco herbæ ouem. uel cibi hominem. Apuleius in aſino neq; præter unicam paſcit ancillulam quod aperit notam Vallæ alibi repetitam. Antiqui dixerunt paſcit herbã pecus paſcuntur illã rẽ. Virgil. antiquitatis amantiſſimus paſcũtur uero ſyluas & ſũma lycei. Et. ii. æneidi. Coluber mala gramina paſtus. alibi miſeros depaſcitur artus ita dictum ſicut nutritur pro nutrit pòſuere maiores ut docet Marcellus. quod magis placet q̃ dicere deponẽs uoluerit licet id Priſcianus. nam ſi recte intueamur alio modo dicitur ſequor Cæſarem. alio modo herbam paſcor. & ſibi contradicens alia in loco nobiſcum ſentit.

Arguere eſt aliquãdo in diſcrimen uocare. unde argutum iri dixit Feſtus in diſcrimen uocari. Aliquãdo ꝓbare ſeu facere ꝓbationem. Iudicium Fidẽ. Argumentũ. ut ex Quintil. acceptũ. Dicũtur argumẽta quãdoq; fabulæ ad actus ſcœnæq; cõpoſitæ. & orõnũ Cicer. ueluti thema.

Pedianus inquit argumentũ poteſt dici.n.oīs ad ſcribendum deſtinata materia. Cic. ad Bru. Fortaſſe ne nos in Catonem transferamus illi mali aliquid: & ſi argumentũ ſimile nõ erat. Et Virgi. dr̄ argumētũ ingens uulgo pauloq; numeroſius opus dr̄ argumentũ. Aliqñ dicitur qđ facit probationē. indicium fidemq; alia nota ſunt. Frequētius genitiuum: ut Tacitus criminis huius arguebatur. & Apuleius arguere rapinæ dixit ꝓ accuſare de rapina. x. de aſino. ſic Plau. in amphit. alcmena loquente probri ſtupri dedecoris a uiro argutam meo.

Idiomata tertio annotata — Caput. xxii.

DAndi caſus poſt ntm̄ & actm̄ huic Idiomati additur. ut dico multa tibi Dono tibi libꝝ. dono te libro. Virgi. Sergeſtũ æneas promiſſo munere donat. Suetonius in tib. Munera quibus Pompeiia ſexti pompeii a ſorore donatus eſt.

Do tibi librum muneri. do pignori ueſtē. & multi dicũtur ad ſtudia redditus Cic. dixit: do tibi libꝝ dono. i. dono. Virgi. Dono mihi quã dedit olim. Do herbã uictori. i. fateor me uictum. do iugulũ hoſti. i. præbeo me ad interitũ. Cic. pro Milone. Certe optabilius fuit miloni dare iugulum. p. Clodio: nõ ſemel ab illo neq; tum primũ petitũ. ꝙ iugulari a nobis. qui ſe illi nõ iugulandũ tradidiſſet. in eodem ſignificato eſt ꝓſtare iugulum. Seneca: Si gladiator tota pugna timidiſſimus iugulum aduerſario præſtat epiſtola. xxx. in quem ſenſum accipiẽdum eſt illud Terentiani parmenonis dabis ultro ſupplicium licet & dare ſupplicĩũ ſit puniri apud Catullum. tu dabis ſupplicium & dare pœnas. i. pati pœnas. ſic ꝯtra ſumere pœnas i. punire. ſed hæc nota ſunt. Dare cantus idest cantare. Virgilius primo ænæid. Cãtuſq; dedere dare uerba idest decipere ut Terẽt. difficile eſt dare uerba ſeni. & contra dare dicta dicitur idest dicere. Virgilius haud talia dudum dicta dabas.

Inuideo tibi ſcientiam dicitur Virg. inuidet Imperium Romanaſq; inuidet arces. Cicero optimam a nobis naturam inuidiſſe uideantur. Quintilian. uero ſic ait huic rei inuidere. non ut ueteres. &. M. Cicero. præcipue hanc rem. & incumbere illi nõ illum. & plenum uino nõ uini & huic non hunc adulari. iam dicitur hæc ille. Diomedes ponit inuideo tibi gloriam. inuideo gloriæ & gloria. Sed hoc nunc Idiomatis. vi. uel propter gloriam dicitur.

Tollo tibi laudem. dicitur. ſic Cicero tu mihi tollis dolorem. Tollo tibi librum. i. furor uel ſurripio. unde tollii fures. ut apud Senecam eſt dicuntur. Aliquando eleuare in altum unde eſt fluctuſq; ad ſidera tollit. aliqñ interficere uñ carmen apud Suet. ex amphibolo mordax. Quis negat æneæ magna de gẽte neronem? Suſtulit hic matrem. ſuſtulit ille patrem æneas. n. patrem ſuper humeros ex ignibus portauit. Nero matrem ſuſtulit. i. trucidauit.

Indicere denunciare. nõ cõuenit actiuoꝝ Idiomati. Indicere. n. bella indicere famem apud hiſtoricos dr̄. Suet. i dictis uectigalibus. ait in iulio quoq; Cæſare indicto funere rogus extructus eſt. Seneca horrenſius quoq; Simultates tibi indiceret. indoctus quoq; non dictos legimus.

Quod dicitur Indicere denunciare uerũ obnoxiis dicimus Sicut illud Plauti In Aſinaria male cubandũ eſt. Iudicatum me uxor indicit domũ licet nõ ignorem Iudicatum pro iudicatũ in aliquibus exemplis ſcriptũ Sed uerius Thadæus Vgoletus in hec melius ſenſit ſicuti in plurimis locis aliis Plautinis ab eo correctis & caſtigatis in aliquoꝝ inſcitiam unde reputo locum marcelli inibi eſſe deprauatum ſicut quoq; in multis aliis. Quale eſt.

Indico pro iudico. ut mox dicetur.

Indico aũt eſt oſtẽtare. uel uerbũ monſtrationis Cum iactãtia unde Indicatus inde indicatura i. mõſtratio uel oſtẽtatio. Pli. xxxvii. cap. ii. de uaſe Murrino eſcario Neronis. lxxx. Sexter. inqt capaci palne ad Sextarios tres calice ex eo potauit ante hos ãnos conſularis ob amorẽ abraſo eius margine ut tamen iniuria illa pretium augeret nec eſt hodie præſtãtior indicatura. hæc ille. Si uis intelligere indicatura. i. pretiũ: ut Beroaldus in aſino ſuo aureo & Hermolaus in caſtigationibus. falleris & a perte dicis falſum. Nam Pli. inibi ſcribit fuiſſe Vas aliud Murrinũ. ccc. Sexter. emptum fueratq; petronii conſularis inuididia Neronis fractum. Ecce qũo poſſunt dicere indicatura. i. pretio. Quod aũt ſit pro oſtẽtatione uel quadã monſtratione probant inibi Plinii uerba. qui ſubiungit poſt paucula Nero partes illius fracti uaſis tamꝙ magni Alexãdri corpus in conditorio ut oſtentaret placebat. Hæc ille. Ecce quomodo maiorem oſtentationẽ quidẽ ſignificat & præſtantiorem. Non pretium.

Iudicio: ut propoſita exequamur. uiri illi clariſſimi atq; doctiſſimi bonus quandoq; dormitat Homerus. In multis locis indico ſcribuut & dicũt indicare appretiare ẽ unde indicatura. i. ꝓtiũ rationibus ueriſſimis aberraſſe demõſtrẽ neceſſe eſt ut ego meo ſcribere uidear ingenio. Primum caput eſt pro Marcelli non probabili opinione arguenda. Cũ ait indicare ꝓmittere ad dicere Cic. iii. de off. Sæuola publiũ filius cum poſtulaſſet ut ſibi fundus Cuius emptor erat ſemel indicaretur. Ego uerba ipſius Cicerõis perfecte hic adnotaui cum ſenſum ipm̄ patefaciãt

Sic ait tollendum eſt igitur in oibus rebus ɔtrahendis oē mendatium non licitatorem uēdi/
tor nec contra ſe licitatur emptor apponet:uterq; ſi ad eloquendum uenerit:non pluſq̄ ſemel
eloquatur.Q.quidē ſcæuola.L·filius cū poſtulaſſet ut ſibi fundus cuius emptor erat ſemel in
dicaretur.idq; uenditor cū Ita feciſſet dixit ſe pluris exiſtimare addidit centum millia annoꝝ
Hæc ille.Indicaret pceptor meus Ludouicus Carbo Ferrarīī.legebat affirmans dici debere.i.
oſtēderet. Nam ſubſequitur occultus ſenſus cum uidiſſet per apoſiopeſim & audiuiſſet Iudi/
cium de pretio factū ab illo:Sæuola addidit pretium'dicebat quiſpiam Craſſa Minerua q̄uo
ait cuius emptor erat.Reſpondi Iuuenis tale eſt quale illud quos ego ſum totiens Iam dedi/
gnata maritos'apud poetā non qui eſſent mariti ſed qui ſperarent ſe maritos fore.ſic q emp/
tor qui ſperabat ſe emptorem uel paratus eſſet emere'uiſo agro igiē cū quid ille elocutus eēt
audiſſet Sæuola addidit nūmos rei . Si aūt non admittas figuram. Iudicare pro indicare legi
contendimus.Si.n.cōſideramus recte uerbū quod ait ſemel eloquatur.i.unico uerbo expediat:
& apte determinet de ptio.nā eloqui eſt apte de re loqui uel appoſite'unde in Rhetoricis elo.
catio iudicaretur igitur concinne legimus.i.habito apte ſermone de pretio iudicium diceretē
unde ſubdit ſe pluris exiſtimare q̄.ſ.iudicaſſet'exiſtimate.n.cōuenit iudicio'unde Colu·exiſti/
mator dicitur iudex uel determinator ait.n. Vilicus quem prius dixi exiſtimator eſſe non bo/
nus pōt niſi fuerit ēt peritus Et ſic uel male ſcriptus uel impreſſus eſt locus Marcelli uel male
expoſitus ab eo Quod indicare non ēt appretiare ſignet ut illi opinantur . Liquido oſtendit
Plautus in perſa oſtendenti rē ait ille indica fac pretiū hæc ſunt uerba Plauti ſi legas.i. appꝛtia
uidetur ineptum dici fac pretiū appretia.uel appretia fac pretiū.Sine ullo igitur ſcrupulo dici
mus iudica.i.fac iudicium uel de ptio determinationē.Vnde idē inferius ait iudica.i.fac iudi/
cium tuum de ptio ſic ēt Apuleii uerbum in prio dū ait per cunctato ptio ꝙ centū nūmis iu/
dicaret aſpernatus.xx.denarios preſtinaui:non indicaret ulla ratione dici pōt.Et ſic Plautinus
leno in perſe:tua merx eſt tua iudicatio non indicatio quod ſi tamē legas indicatio apte dr̄.i.
oſtentatio.Et ſic legendus Plinii locus.xxyiii.quanti eſt iudicatus non indicatus legendū eſt.
Hæc apte enarrauimus quoq; in cōmento Pliniane pfationis qui mox edetur.In libro de in/
dagine doctoꝝ qui eſt decimus oper's huius aptius fuiſſet tamen cū Horatius ſcribat decies
repetita placebunt ſi bene dicta.nolui fraudare d' te nō Vulgari libellū pharuſiorum noſtroꝝ.
Impingere eſt illidere uel nolenti ingerere actiuis inſertum eo uerſu Virgiliano examinata ſe/
quens impingeret agmina muris . ſignificat quampiam uim Plautus quid huic calix mulſi
impingendus eſt.ut plorare deſinat .
Dicimus deſpectui te habeo:habeo riſui hominem potius & ratione elegantiæ q̄ Idiomatis
ut multa alias huius .
Dico.tibi loquens ut Terentius tibi dico an non:dico apud te eloquendo.Quintilianus.Ego
pro regina Beronice:apud ipſam cauſam dixi.Cice.ad heren.dicat nō ſe de moribus adducere
cenſores.ſed de criminibus aduerſariorum apud iudices dicere·dico cauſam ad ſenatum diem
dico negocio.Terent.Hic nuptiis dictus eſt dies.& Cæſar in cōmēt.dies colloquio dictus ē ex
eo die.v.i.ſtatutus eſt.inde ad quq; dies & in quarto atq; is dies induciis dictus erat .
Relinquo tibi uerba.i.dimitto tibi qd dicas.Cicer.in orat. Verba igitur craſſus mihi reliquit .
Deuoueo Priſcianus in prologo dixit deuoueo tibi opus Iuliane dixerim. Autore Valla'non
latine locutum fuiſſe.præter.n.morem doctorum ſcriptorum locutus eſt.quod cum Pogius
florentinus excuſare conatus eſſet:indoctior eſt habitus. Quis.n.non in malū futuꝝ accipiatē
uel pcipue illud ouidianū. Theſea deuoui quia te dimittere nollet:deuouerūt ſe decii. Codrus
& alii mala omina ſibi imprecantes pro re pu.nos ꝙ Pogius neſciuit tueri . ſubſtringimus .
Ouidius primo faſtis.Huic tibi deuoto numine dexter ades.Dixerit diſertus poeta non ſcrip/
tor alius deuotum opus ideſt deſtinatū dixit.ne deuoueo ideſt dedico dicitur.ſcitur enim poe
tica multa excuſari licentia ſua.autor Quintilianus .
Duco præter notam tertii Idiomatis ſignificationem exiſtimare ſignificat.a græcis inclinatē.
ut Feſtus.nam illi λο γκο .Cicero tuſc.ii.Hieronymus dolore.uacare ſummū bonum dixit
i.opinatus eſt.Et in Pōpeiana uectigalia neruos rei pu.ſemp duximus.Colu. Ac nōſmet ipos
dicimus fortunatos.quod nec orientem ſolem uidimus:nec occidentem.Sueton.in Auguſt.
Nihil conuenientius ducens q̄ necem auunculi uindicare. Ducere quoq; elegāter dicitur prin
cipem eſſe.Vnde Quintilianus ait diſcipulis ducē claſſem multo pulcherrimum.i. q̄do pue
ri ſunt principes claſſis.i.ſui chori uel ſocietatis in ludo cum diſputatur.uel qd' Triuiales aūt
in ordine thematum.unde ductores exercitus.ideſt principes quia eoꝝ eſt ducere ideſt præire
Nam ducere eſt ante eundo agere:ut Virgilius.Hanc etiam uix tityre duco.Agere ſequentis ē.
Ducere in ſexto Idiomate ē deriuare. Virgilius. Progeniem ſed enim troiano a ſanguine duci

au lierat Cicero in Tuſc. Quæſtiones quæ ad uitam moreſq; pertinent a uirtutis fonte ducun tur. Perſius Stemmate ꝙ Thuſco ramum milleſſime ducis. Dicimus ducor gloria ducor me tu Cicero cum uideas eos qui ſtudio aut opinione ducantur idest moueantur uel alliciantur. Opto tibi bona. & opto a diis bona. in. vi. Idiomate. ex Diomede.

Repreſentare quidam huic Idiomati idest referre uel reddere Suetonius in clau. repreſentatu ſus pro opera dignam cuiq; mercedem & alibi repreſentando præmia dixit aliqui finitum putant ſed alia ſignificatione. Quintilianus repreſentatis iudiciis. Columella itaq; non ægre conſequetur ſi ſemper ſe repræſentauerit Valerius Maximus in quarto quod mcdius perſonis ꝙ uerbis repræſentabitur idest referetur Columella ait repræſentant uindem ſaporem oliua rum idest referunt Iuſſo iniſſis antiquum eſt uerbum noſtrum eſt iubeo Cato id poſuit.

Qui credo huic addunt idiomati delirant niſi committere ſignificet. ut Virgilius auſus ſe crede re cœlo. Item parco quando non legitur credor nec parcor. Nec minus ſpondeo reſpondeo. Sunt enim neutra.

Quartum Idioma ſignant agentia. Caput. xxiii.

TRanſitiuum uulgo. Quod caſum proprium paſſionis in qua actus tranſiens ſi gnificatur geminatumq; habet ita unum rei animatæ alteꝝ generaliter dicamus. Dicimus namq; doceo te grammaticam ideo græci dicunt αλλοπαθη. idest ex trinſecus paſſionem facientia ut doceo te doceor a te affirmat Priſcianus.

Doceo te litteras et litteris Cicero ad petum Socratem docuit fidibus nobiliſſimus fidicem: ſed uidetur figurate dictum ut eſt illud ſe fidibus ſcire dicitur etiam grammatica docet homi nes ſermonem latinum Varro ea quæ eſt ſcientia quæ docet quæ ſint. quoq; agro ſerendæ & facienda & docet te in multis.

Induo te ueſtem & ueſte dicitur aliquando ſimpliciter ubi eſt reciprocatio nam induo ueſtē ſcilicet me & dicitur ſic Cicero ad Atticum Quare thalaria induamus & Cor. tac. eſe rimos & amicios magnum animum induiſſe. &. Q. Curtius. iii. loricam tamen quam raro induet bat amicis orantibus ſumpſit. Quomodo uero intelligatur illd Perſii dictaturā induit uxor ad hoc non intellectum eſt dicemus in commentariis Perſii dicimus tamen induo tibi ueſtē Virgilius undecimo Harum unam iuueni ſupremum mœſtus honorem induit iſte induit fa ciem hominis idest accepit.

Cicero epicurus non tamen iuduit perſonam philoſophi. Plinius. xxx. Soleas ex auro quoq; induere ſolebat dixit aliqui uero opinati ſunt idest factas ex auro. ut illud ſolido de marmore templa. alii uero circundare dixerunt. & Syllius Italicus primo Virgilium ſequens dixit. Cunctas ſibi beliger induit iras Hanibal. Et quarto deterſa rubigine Sæuus induit ferro ſplē dor. Gellius item cum Syllio libro. xvi. inquit de arione orauit ut priuſꝙ mortem oppeteret induere permitterent ſua ſibi ueſtimenta. Et Virgilius ſeptimo Indutus capiti ſic regia tecta ſubibat. aliquando induere eſt accipere formam. ut Apuleius. ii. mathamorph. Nam & aues & rurſum canes & mures immo uero etiam muſcas induunt idest accipiunt formam auis ca nis & ſimilia.

Inſtituo te artem rarius. inſtituo te arte frequentius. Quintilianus Nunc quibus inſtituendus ſit artibus qui ſic formaliter fieri poſſit orator.

Cælare & occultare differunt. occultare ab oculis remouere. Virgilius: aut hoc incluſi ligno occultantur achiui. Cælare eſt animi uel opinione remouere Virgilius Factumq; diu cælauit & ægram unde Cicero atq; in omni deliberatione cælandi & occultandi ſpes opinioq; remo uenda cælo dicimus te hanc rem. & de hac re. Cicero ad Metellum Debes exiſtimare te maxi mis de rebus a fratre eſſe cælatum & ad trebatium ſed Baſſus noſter de hoc me libro cæla uit. Ouidius in heroidibus hoc te cælauimus unum.

Calceo per e non per i notandum & pronuntiandum non hominis tantum ſignificatio eſt. Sed & aliorum animalium. unde apud Suetonium calceare mulas. Suetonius in Veſpaſiano Mulionem in itinere quodam ſuſpicatus ad calceandas mulas deſiluiſſe ut adeunt. litigatori ſpatium moraq; præberet interrogauit quanti calceaſſet pactus lucri partem. Plinius de pedi bus cameli. Qua de cauſa in longiore itinere ſine calceatu fatiſcunt in. xvi. de uſu ſuberis præ terea in hyberno fœminarum calceatu.

Cingere circundare unde eſt illud oppida cingere muris unde eſt quod dicitur cingo te zonā & cingo te zona. illud a proprio hoc a mimitico & cingere muros corona. dixit Liuius Cum hoſtes obſiderent.

Exorare eſt obtinere ſimpliciter. aliquando precibus de priore exemplum eſt Columellæ. De

oliuis meminiſſe cõuenit ueteris prouerbii: Eum qui aret oliuetũ rogare fructum. q ſtercoret. exoraret qui cedit cogere. Terentius. in And. idq; nix exoro. orare cauſas apud Tacitum legi: mus idest agere Rogo te atq; oro. dicitur a Tulio hoc magis additur & obſecro. huic Brutus Ciceroni. Oro atq; obſecro te Cicero.

Idioma Quintum. Caput. xxiiii.

Sextus caſus. poſt quartum Idiomate: hoc abſq; præpoſitione ponitur. tem ipſam ponens. ut ſpolio te ueſte. hoc. differt a ſuperiori. Quia tes in ſuperiori uidetur ha bere modum patiendi. ideo ſæpius caſu quarto enuntiantur. aliquando & ablati uo. cum ſimilem uideantur habere huic idiomati ſpetiem.

Exuo præter notam ſignificationem dicitur depono. Valerius Maximus in. vi. ad ultimum totam luxuriam exuit. unde exuuias ſerpentum dicimus: quas deponuit pelliculas. & Apuleius exuuias ſtelionum. Syllius. v. Nec uirtutem exuit illam. ante reluctantes liquit q̃ ſpiritus artus a prima ſignificatione dicuntur exuuiæ. quæ ab hoſtibus. & exutus caſtris apud Liuium idest priuatus hanuo ab Lucio Martio. aliquando pro eripio. Tacitus. xx. quando etiam ſapienti bus cupido gloriæ nouiſſima exuitur. Apuleius tamen non in pꝛimo opꝰficio ſuo dixit. exue re dixit oponere uel detegere in Aſino. Et cum dicto mantica. mea humeros exuo. caſeum cũ pane propere ei porrigo.

Fraudare fraudibus eripere. Valerius Maximus de furio bibaculo. Sed pii ſimul ac religioſi animi laude frandandus non eſt. Suetonius in Claudio. argentarios prætiis rerum coempta rum. Sed & in prætura mercede palmarum aurigeros fraudauerit.

Mulctare punire. Quintilianus. Manilius uirtutem filii morte mulctauit. Cicero in Tuſc. Ca pite damnatos morte mulctauit: nam mulcta dicta a Sabinis pœna. docet Gellius.

Imbuo non eodem modo quo impleo. ſemper habet ſextum caſum. Horatius. Quo ſemel & imbuta recens ſeruabit odorem teſta diu. Cicer. Cumie uiperino morſu uenæ uiſcerum uene no imbutæ retros cruciaſus cierent. dicitur doctrina imbutus. non impletus. Similiter conſue tudine. uirtutibus. ſtudio ſimilibuſq;. & (ut ita dicam quod ſentio) imbutum initiatũ dixerim Quintilianus uocem deliciis ne molliamus ne imbuamur ea conſuetudine quam deſidera turus non ſit. Et in. ii. ait ut oſtendam q̃to ſit melius imbui optimis. Cic. in tuſc. At tu ne dia leticis imbutus quidem. Imbuere initiare uel madefacere. Virgilius. Illius aram. Sæpe tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus. Initiare eadem figura. Cicero. quoniam es initiatus quæ traduntur myſteriis. Initiare ſi dicere eſt idem quod uulgo dicitur epiſcopus tenet ordinatio nes. q ordinantur ad ſacramẽta dicuntur initiari. Et initiati q accipiunt. quaſi initio quodam.

Allicio te muneribus. i. blande attraho uel delectatione aliqua. Cicero. allicere lectorem hoïs & intemperanter abutẽtis. dr̃ autem a lacio cis. Q. dꝰ uerbum autore Feſto. eſt in fraudẽ induce re. unde laceſſere. lactare. illectare ueteres. & nos delectare. oblectare. delectari. oblectari.

Munero te beneficiis. Cicero pro deiotaro. In quo erant ea compoſita quibus te rex munera re conſtituerat. Infamo te opere Tacitus. Secretis eum criminationibus infamauerat.

Aequimparo te ſcientia. Virgilius. Aequiparas calamis & uoce magiſtrum.

Suſtineo me. arte mea. Diomedes.

Orbo crudelem filiis idem.

Tempero me uino & a uino Virgili. Quis talia fando temperet a lachrymis.

Incendo te oratione
Vinco te ſtudio — Diomedes
Soluo te debito.

Intendo iocum ſertis Virgilius. Sed hæc ſignificatio non actiui uis quadrat ideo electiuo dixeri.

Afficio te gaudio. te honore. te fama. te laude. probo. in iniuria. dedecore. idest facio tibi lætitiam. uel do. præſto tibi honorem. do. tibi famam. laudem. uitupero. iniurior. infero dedecus. nota eſt elegantia.

Libero te periculo. dicitur. Quintilianus. Cum patriam periculo liberaſſet. dicitur quoq; libe ro te a periculo. libero te metu. ſuſpitione. confuſione. & libero a metu. a ſuſpitiõe. a confuſiõe Sed hoc differt libero te metu. i. facio te liberum ab iminenti metu. ſimiliter periculo & aliis. Sed libero te a periculo. confuſione, a metu. idest a malo: quod eſſet propter periculum. cõfu ſionem metum. Prioris exemplum ponit Terentius in andria. Hoc me miſerum libera metu. Cic. ad len. ulũ. Quem cũ audio prorſus libero. eũ omni ſuſpitiõe cupiditatis alterius exẽplũ. Seneca in libro de Ira. ut quemadmodum ſe a confuſione liberauit in quam priorum mixtu ra præualuit in priorem ſenſum epiſtola. xvii. animum furoribus libero.

Palpo te munere. Iuuenalis. Quem munere palpat carus: ideſt blandiciis munerum capit. Impartio licet & deponens uſurparit conſuetudo. qua dicitur impartior te bonis meis. Terētius tamen latinitatis copioſus ait Parmenonem ſuum plurima ſalute impartit gnato. Et antiqui dixere referente Marcello. Impartio ſalutem tibi. Plinius quoq; in epiſtolis ad Acilium. rogas ut aliquid ſucciſiui temporis ſtudiis meis ſubtraham impartiam tuis. Cicero huic rei aliquid temporis impartias alibi impartio de rebus te. officiorum libro ſecundo. hominibus indigentibus de re familiari impartiendum. & ad Atti. ii. terentia eſt affectata tuis litteris & tibi multum ſalutis impartit. aliqui notarunt: a: aliqui: e: ſecundum harmoniæ litteralis motum.

Ab Idiomate. yi. Caput. xxv.

SEparatiuum dicunt uulgo. ꝙ perſonam ſignificat ab actu per ablatiuum: ut audio lectionem a Domitio. Ea uox ablatiui denotat perſonam ſeparatam. & ꝙ talis uox recondito ſenſu aliquid ſignificat actionis: poſdr ablatiuum: ut audio a te participe ſenſu qui dicis. hac ui ablatiui alias quoq; eſſe figuras oſtenditur. ut apd Terent. dona tibi adſunt a phedria: ideſt quæ phedria mittit tibi eſt. mihi ocyum a bellis quaſi remotis bellis uel poſt bella ſicut a tergo uaco ab operi quaſi ſemoto opere ocyoſus ſum. Sic Celſus. ii. At æſtas non quidem uacat pleriſq; ab his moribus. Terētius quoq; ea primum ab illio animaduertēda eſt iniuria. i. quam fecerat ille. Cic. de ora. a cæteris ſilētiū fuit. i. oēs ſiluerūt. Accipio a te ſignificatur te dante uel te dare licet a te aliquando dicatur nomine tuo qui dederis. Cicero ad Curionem a te uero bis terue ad ſummum & eas per breues litteras accepi. non autem ex te diceretur hoc diſcrimen ſignat Cicero pro. A. Cecinna. unde deiecti reſtue in hūc locū: ſiue ex quo loco: ſiue a quo loco: eo reſtituas. hæc ille. Q. d ſi legas inibi uerba ſubſequētia facilius cognoſces. Ratione prædicta abltatiuus quoq; caſus quandoq; datur nautris deponētibuſq;. Quintilianus de Demoſthene. Nam faciles habuit uires a natura & a natura ſequebatur meliora quaſi dicat, munere: quod dederat natura. Sic Cicero. Sacerdos aducta in fanum cum currus eſſet ductus a filiis præcata a dea dicitur ut illis præmium daret pro pietate. i. deæ ꝑces egis q̄bꝫ petebat. a dea Datiuus caſus præterea ꝑ ablatiuo huius Idiomatis aliquādo ponitur. ut Virgilius. Solſtitiū pecori defendite. alibi defendo. a frigore myrtos alibi docuimus. Audio te & ex te dicitur. & a te aliquando cum datiuo. ſed tunc ueutrum eſt naturali Idiomate. i. obedio unde audientes dicto. i. obedientes apud ſcriptores. & maxime Cæſarem nitidiſſimum ſcriptorem. & Liuium frequenter Cælius ad Cicerōem omnes oportere ſenatui dicto audientes eſſe uera fatebor. i. audio tibi: in uerbi uoce neſcio an legerim. Exaudire legitur apd Curtium pro obedire: quod imperatu omnes exaudiunt.

Diſco a te: & ex te dicitur: Cæſar in cōment. Se ita á patribus maioribuſq; ſuis didiciſſe. Cicer. niſi ab homine arpinate didiciſſet. Pli. ad Corneliam de magiſtro a quo mores mox primū eloquentiam diſcat male. n. ſine moribus diſcitur. Suent. in Nerone ex Babilo aſtrologo didicit. Addiſco poſuit Gellius. iiii. & Iulius firmicus in prologo ait. Ecce aliud maius addiſcimus quod manifeſtam a priore ſignificat. Licet caper aliter poſuerit.

Habeo fidem. i. credo: non eſt huius Idiomatis. Terentius. Iam propemodū tibi habeo fidē. Aliquando dicitur quod uulgo habere creditum. Cicero in officiis. Summa igitur & perfecta gloria conſtat ex tribus iis. Si diligit multitudo. ſi habet fidem. Si cum admiratione quadam nos dignos putet. Cicero ad Brutum docet elegantiam dicens. Clodii animum perſpectum habeo cognitum iudicatum: & multa eius iudicia: ſed ad ſcribendum non neceſſaria hæc ille. ideſt proculdubio proſpici. cognoſco & cætera.

Abſtineo a luxu me. Cicero in Saluſtium. ſe ab uiris abſtinuerunt. in Tuſc. de Alexandro uix a ſe manus abſtinuit. Seneca de tranquilitate uitæ. Nec periculoſis aſtinent a ſalibus. Lucanus per figuram. Et a trepido uix abſtinet ita magiſtro. aliquando ſine præpoſitione Columella per biduum bos potione primoq; die abſtinendus. Cæſar in Comentar. noſtros expectabat prælioque abſtinebat. Aliquando abſolute. Virgilius. non tamen abſtinuit uociq; iræq; pepercit. Diſiungamus nos a corporibus dicit. Cicero. conſueſcamus mori.

Contineo me a lachrymis. Contineo lachrymas. ſed diuerſa eſt ſignificantia. Cæſar in Comētariis ſuos a prælio continebat.

Prohibeo te a rapina. a te rapinam prohibeo. prohibeo te rapina. conſiderandi ſunt modi figurarum. Cæſar in comēt. Et ſatis habebat in ꝑſentia hoſtē rapinis populatiōibuſq; ꝓhibere. Deſidero a te munera dicitur. Cicero Appio. ꝙ autem tale quid a me deſideras. comparo a te libꝛe recte. i. emo. Apuleius primo de Aſino: a quo inquit iſtorum nugamenta hæc cōparaſti.

IDiomata exceptiua uel ſucciſiua uel electiua. quæ ſortem legemq; per ſe electam habent:& quaſi ſubciſſiua uiam ab aliis:quæ certo limite continentur.

Honori ducitur apud nos hæc res.
Iungo te cum minore.
Confero te cum potentiore.
Cura conſummitur.
Deducor ad honorem.
Obiurgo filium ueteres nos filio.
Impetum in te facio
Interdico tibi aqua & igni.
Exæquo te cum deteriore
Comparo te cum Deo

Diomedes

Cogor inopia cogatorꝶ. Teré. Inopia cognatorꝶ & negligétia coacta Diomedes & alii.

poſtulo a iudice Fabius ſed poſtulandum ét aduerſariis. Sed Cicero ad qntũ fratrẽ alio ſignificatu po ſuiſſe. & alio idiomate uidet̃ dicẽs Seſtius ab iudice i Cn. nerio popinio de ambitu eſt poſtulatus& eodem die a quodam. M. Tullio de ui.i.in iudicium uocatus:& in oratore a.M.duronio de ambitu poſtulatum. Suetonius in auguſt. poſtulatus iniuriarum dixit ideſt accuſatus.

Refero ad patrem.i.pono in conſultationem patris: ſicutfero ad populum. hæc tamen uidẽtur certa ratione conuenire magis neutris.

Habeo pro comperto apud Liuium inuenio ideſt certo.

Delecto me libris dicitur. Cicero ad Atticum.i. Itaq; aut libris me delecto quorum habeo anni feſtiuam copiam aut fluctus nnmero. Qua Ciceronis autoritate. ſi ſignificantiam contemplamur factum eſt ratioue. ſ. ſignificantiæ prælibatæ: ut dicatur delector hac re non ab hac re. & in oratoriis.iii. Nos uocibus delectant dixit.

Reprehendo te in hac re. ſi dicitur: latine dicitur: ut Gellius ſecundo Appollinaris. Sulpitius inter cætera inquibus Cæſelium reprehendit.

Illudo hominem. Virgilius: I uerbis uirtutem illud ſuperbis. Terent. in phor. Illuditis me Cicero ad Brutum Illudimur enim brute. Virgilius uero Certanteq; illudere capto dixit Terent. in Andria. Quibus ſic illudatis Interogo te de hac re Cicero in Vatiniũ. Quid enim de hiſpanienſibus flagitiis tuis ſordidiſſimiſq; furtis interrogem.

Interpello te de negocio ideſt tibi præpono an uelis agere negocium. Seneca. yiii. declam. Diues pauperem de nuptiis filiæ interpellauit.

Caueo mihi a latrone. & latronem caui refert Diomedes. Cellius uero dixit libro ſecundo Socrates dicitur & a uoluptatũm labe cauiſſe. Seneca. yiii. declam. cauete proditionem Horatius hic niger hunc ergo Romane caueto dicitur quoq; caueo amico. Cicero ad appiũ. ego ei melius cauere uolo. q̃ ipſe aliis ſolet. uerbum eſt iuris ideſt facere eum cautum ſeu illeſum a dãno Planc. Ciceroni certe illud caui. ad trebatium uero in topicis & enim cũ tu mihi meiſq; multa ſæpe cauiſſes Apuleiius uero in Aſino ſecundo caue tibi caue fortiter a malis artibus quandoq; habet in ſe particulam prohibendi ut caue legas. Cicero ad ampium caue dubites quin omnia de ſalute ac reditu tuo perfecta ſint. Liuius. yiii. extra ea caue notem ne mittas aliquando tamen ponitur prohibendi particula. Cicero ad Tironem Hæc tibi nota eſſe uolui quæ caue ne te perturbent & impediant ualitudinem tuam Horatius in epiſtolius: uade uale caue ne titubes mãdataq; frangas:& in ſermõibus. tu caue ne minuas tu ne maius facias id. Ouid. ii. faſt. Ne fallare caue teſtant tibi frigora reſtant. Saluſtius in Catilinatio in priorem formam res autem monet me cauere ab illis. Nonnulli falſo inter neutra adnumerant. tantoq; magis delirant. cum Iuuenalis exemplum habent ante oculos in.iii. Cauet hunc quem coccina lenã uitari iubet. & comitum longiſſimus ordo ad quod facit exemplum iam dictum Horatii.

Recreor animi dicitur. Apul. ii. de Aſino reſpiciens ꝑminiſtrantẽ fotidẽ recreabar aĩ. græce eſt.

Cingo lateri zonam. Virgilius. xi. Tempora nudus ad huc laterique accinſerat enſem.

Abſtineo irarum. Horatius in primo carminum mox ubi luſi ſatis abſtineo irarum. Terent. in heau. riſui abſtinent eſt autem græcum quia græci carent ablatiuo:& cũ ablatiuo latini. Celſus debet pridie ab omnibus abſtinere. Suetonius in Iulio. a lepidi quidem ſocietate q̃q̃ magnis conditionibus inuitaretur abſtinuit. Cicero ad Atticum: aliter ut a me manus abſtineam dixit. Liuius. iii. de bel. pu. ab urbe oppugnanda abſtinuere pœnum conſpecta mœnia. Tacitus contumeliis in Vitellium abſtinuit.

Attendo te oculis. Cicero. iii. de offi. Sed cum animum attenderis turpitudine ni uideas eius rei nos uero attendo legenti antiqui:& legentem Diomedes.

Subcingo ſimiliter Virgilius. Succinctam pharetra:& maculoſo tegmine lyncis. Item ueſtio.

Quintil.palliolum ſicut faſciis quibus crura ueſtiuntur.& focalia aurium ligamenta ſola poteſt excuſare ualitudo.Alibi additur præpoſitio & pleraq; contra frigus e ſuo corpore ueſtiuntur Cicero int Tuſc.herbis prata cum ueſtirier.

Diſco apud te.Caper ait quod uerum eſt.Si te rectore:te doctore diſco. Cicero dolobellæ ne habeat burſa Plancus apud quem litteras diſcat.diſco a te.Seneca ab illo diſcis quid & quemadmodum progredi debebeas.Curtius.vii.Et ab iiſdem diſcamus.Tacititus aborigines archadæ ab Euandro didicerũt.Cicero ad Atticum.a quo multo plura didiceris: & alibi ea paleſtra quam a te didicimus·diſco de te ab antiquis dictum eſt exemplo.Cecilius in plocio refert Gellius.Qui ſapit de me diſcet:qui quaſi ab hoſtibus captus Seruio.

Veho te naui.& in naui. Virgilius.& q̃ uentus abas.Gellius dixit uehens in equo ſuper cuiq̃.

Recipio me in caſtra·ideſt uado.Liuius·retro in caſtra ſupra tifara ſe recepit.

Adducitur ad rem honeſtam·perducitur ad ſtudia.Terentius.Illuc filium perduxere meum.

Fugio a te·Cicero in offi.nos naturam ſequamur:& ab omni quod abhorret ab ipſa oculorum auriumq; comprobatione fugiamus.

Animaduerto in te.i.punio te.Suetonius nõ temere in quemq̃ niſi crebris & minutis actibus animaduerti paſſus eſt:unde animaduerſio punitio.

Conduntur in arcam antiqui. ut Caper nos in arca. Virgilius nota conduntur in aluo. Sed Plautus in cicellaria·in latebras abſconditam pectore penitiſſimo.

Cognoſco de hac re:Cicero ad Atticum:quo facilius de Pompei rebus cognoſcerem.

Metuo te.tibi & a te ne aliquis noceat mihi cauſa tua ut Terentius·hei metui a chryſide.

Metuo tibi ne aliquid mali accidat tibi. Terentius:Illius uitæ timeo.timeo de conſulatu dixit Brutus Ciceroni.

Onero cadis uina. Virgilius primo æneidorum uina bonus quæ deinde Cadis onerarat acceſtes plures triuiales inimici litterarum bonarum quales Regii lepidi putant hippalagem.

Impleo uini & uino iam dictum eſt & impleo de uino legimus.Martialis.xii.de loculis eburneis.hos niſi de fulua loculos implere moneta Non decet argentum uilia ligna ferant. aliqui flaua Tibullus & alii fuluo auro ponunt·

Delibuit unguento dixit Plinius·raro eſt.& apud Apuleium unguine delibutus caper per e non per i ſcribendum dixit.

Impendo te antiqui.nos impedo tibi.Sicut illud aſſido ſotium.nos ſotio hodie. Diomedes damno te capitis uel capite.uel decapite.Suetonius·in cali.a ſenatu capitis damnatus eſt.Cicero ad curionem.Condemnabo ego eodem ite crimine.Seneca declam .iii. imprudentis cedis damnatus in exilium abiit.Cicero in Tuſc. ait capite damnatos & in uerrem actione ſecũda M.Atilio.qui de maieſtate damnatus eſt.& pauloante.qui ambo peculatus damnati ſunt.& Suetonius de ambitu condemnatos.reſtituit.Cælius Ciceroni.ne hoc meum officium arrogantiæ condemnes.Cicero in partitione uiros prudentiſſimos in ſcribendo ſummæ ſtultitiæ putet eſſe damnandos.

De Gloſſemmatis actiuorum· Caput. xxvii.

Gloſſemmata obſtruſos ſermones uocat Fulgentius ad calcidum.alii dictiones minus uſitatas.ut ſecundo dictum eſt uolumine.

Cloacare inquinare unde cloacæ dictæ ſunt docet Feſtus.

Battuere eſt uirgis uerberare.Suetonius.Mirmillionem e ludo rudibus ſecum battuentem.Plinius.xxix.Crocodelorum morſibus.cũ aceto in linteolis ut battuerẽtur ante ictũ ulcera.Suetonius alibi battuebat purgatoriis armis.Cicero ad petum battuit inquit prudẽter depreſſit multum prudentius atqui obſcœnum.

Abortare:abortiuum facere.Firmicus.vi.matheſeos abortabit filios geminos.

Lancinnare percutere. Seneca : alium inter leges celebriſq; ſpectaculum fori lancinnauit.

Emaciare.Colu.ne ſiccitas plantas emaciet.& alibi ſolet uniuerſum pecus ita ægrotare ut emacientur. Miſſiculare Plauti eſt in Epidico.i.occulte mittere impetratũ eſt uniptaſt Ancille qd ad me litteras miſſiculabas.

Impinguare. uerbum.ponit Seneca.iii.epiſtolarum.

Opimare.obſecare.ab eodem autore.hyeme autem offæ panis uino madefacte. Sicut etiam palumbes celerius opimant q̃ cæteri cibi.ideſt pinguefaciunt. obeſcare uero dare cibum. Idem madefactò triticoq; pane obeſcant auem.Ineſcare apud Terentium recitamimus.

Concipulauiſti·i.corrupiſti & inuiolaſti.dixit Neuius. recitat Feſtus.

Apologare.poſtulare Senec.epiſt.xlvii. & ſæpe illũ inuicẽ apologauit licet apologus aliud ſit.

HOc anno non uidi eum.in quo notandum eſt ꝙ tempora quæ referuntur nominis uocibus ponuntur in ablatiuo.cum actum in eis ſignificamus: ut hoc menſe legi.aliquando apponitur præpoſitio.Suetonius. Ex eo continuo nata ſoboles adeo in paucis adoleuit diebus : ut non æquipararet modo matricem uerum etiã obtegeret.Terentius in Andria.In paucis diebus chryſis uicina:hæc moritur.aliquando accuſatiuum ſine præpoſitione:ut ſtudeo noctem: & cum præpoſitione : ut ſtudeo per noctem. Virgilius.At pius ænæas per noctem plurima uoluens .

Differentia Ablatiui temporalis & Accuſatiui contra opinionem Marcelli & ſequentium. Capnt. xxxi

ALiqui uoluerunt inter quos eſt Marcellus:alioquin non idignus litteraturæ indagator:per accuſatiuum ſignificari tempus cõtinuum.ſeu ſine intermiſſione.Ablatiuo uero utendum eſt tibi intermiſſio:ſeu tempus non continuum : ut noctem legi ideſt tota nocte.& nocte legi per aliquod ſpatium . Quod plane eſt falſum. de qua re ſi non ignoro diſputatum a Valla.nos tamen & noſtra proferemus Ea ratio eſt inpugnata.ꝙ dicimus uixi triginta annis.& triginta annos.Cicero de panætio. Quia ſcriptum a diſcipulo eius poſſidonio eſt triginta annis uixiſſe:poſtquam eos libros edidiſſet.Var. in ſecũdo de re ruſtica.Quattuor menſibus eſt prægnans Plinius de Elephantis ait decem annis geſtare in utero uulgus exiſtimat. Ariſtoteles biennio.nec amplius q̃ ſingulos ſemel gignere. pluresq; uiuere ducentis annis.quoſdam.ccc.nonne hoc tempus continuum.Pli.xvi.de templo dianæ epheſiæ ualuas e cupreſſo & iam quadringentis prope annis durare materiam omnem nouæ ſimilem.Quintilian.xii.nunc computamus annos non quibus ſtuduimus.ſed q̃bus uiximus.Similiter dicimus uiuere.xxx.annos.Cicero in Tuſcul. Quiſqnam ut nonagita annos uelit uiuere.cum ſexaginta confecerit.reliquos dormiat.Plinius.x. utroq; caſu utrunq; ſignificat & oſtendit uiuunt laconici annis denis.fœmina duodenis.cætera genera.xv. annõs: aliquando.xx.ꝙ accuſatiuus non ſignificet tempus continuum:non dabo tibi exempla poetæ.in quo dictiones aliquando ſuperfluæ.Cicero in oratione pro reditu ſuo.Qui dies totos de officio & de uirtute differunt. ſi ſignificaret tempus continuum uanum eſſet addere totos. Quid ꝙ de Pompeo.Hercule aliquot annos continuos ante legem.Gabiniam uera huiuſmodi ſermonis ratio a nobis oſtendetur.Aut.n.præterito utimur ut aliis temporibus.Si de præterito:dicas uixi triginta annis.ut Terentius in Eun.Liquet mihi deierare iis mẽſibus.vi.uel.vii. prorſus non uidiſſe affirmat Donatus.Inquiens tempus proximum ſignificamus.i.proxime præteritis.Sic Cicero pro Sex.Roſc.An ab eo qui multis annis Romam omnino nõ acceſſerit.i.proxime præteritis.& tempus ſignificat continuum.Si uero accuſatiuo enunties. uideris remotiora ſignificare.ut Cicero.Nec tantum Carthago tantum habuiſſet opum ſexcentum fere annos ſine conſiliis & diſciplina.Eſt & alius modus ſi dicas tribus diebus feci ſignificabis intra trium dierum ſpatium feciſſe.Cicero in Tuſc. Se uidere ꝙ paucis annis magna acceſſio facta eſt.i.intra paucos annos.& animalia menſe pariunt.Plin.i.intra ſpatium menſis. Quando uero alia tempora notamus aut actus:aut conditio eſt.ſi conditio eſt . dicimus lego tribus horis.ſ.quando ſtudeo.Pli.ubi ſupra de Elephantis.& in.xxv.de Elleboro.Eũq; durare . xxx. annis fuerũt.Cum uero ſignificas actum in tempore: ſiguificas rei uel temporis imperfectionem rei uel temporis imperfectionem ut menſe decembri lego.aliquando intra menſis decẽbris ſpatium.etiam ſi pluribus aliis incumbam.hoc ut dubium remoueretur.Varro addit cõtinuis.inter circulum ſeptentrionalem & cardinem cæli.Sol etiam ſex menſibus cõtinuis nõ uidetur.Si non eſſet continuis potuiſſet intelligi intra ſpatium ſex menſium .ſ. aliquando. Quod uero dicit Cicero q̃q̃ te Marce filii annuum iam audientem Cratippum.Non poteſt dici continuum tempus.non.n.ſemper audiuit.oportebat.n.eſſe & cœnare.calceare.dormire & alia facere.Sed quid exactiſſimæ diligentiæ ſignificat. temporiſq; maiorem partem nulla mora obſtante ſignificat.Alias.n.additur continuus. Seneca ad albinam ipſe per decem ãnos continuos patria caruit.Et reciratum exemplum eſt Ciceronis pro lege manilia. Itaq; Igitur ut tandem finiam.cum dicimus ſtudeo noctem.& diem.& horam.non eſt ſignificasio temporis continui ſed uehemẽtioris operæ.& figurati ſermonis ratio.Sicut.n.dicimus uigilo noctem.uiuo ita uitam.uiuo ætatem.dominor annum.De hac re ſic Chariſius figuratus ſermo plus rei atq; momenti ſignificat.& affert decoris plurimum in ornatione ipſe dicebat quandoq; Cicero ſe dies & noctes meditari : quem tamen non credimus expertem fuiſſe ſomni.

Eſt igitur in confeſſo exactiſſimæ diligentiæ uel moræ productioris. uel uehementiæ ſignifi-cari tempus.quod non modo in hac figura.ſed pluribus aliis ſermone figurato cognoſcitur. Dicimus etiam uigilo de nocte.Cicero pro.L.murena. uigilas de nocte ut tuis conſultoribus reſpondeas.& Cicero ad Atticum.De die tantum uidero & ipſum bono modo.

De Verbis Paſſiuis. Caput. xxxi.

AMor a Deo:differt ab ea figura:qua dico me amat Deus: uoce & caſus uerſione tñ eadem eſt ſignificatio.ſed diuerſus eſt modus enuntiationis uarietatis cauſa. paſſi-ua ſignificatio eſt.ut Diomedes docet.& Iam diximus. eſt cum patientiam noſtrã alterius actus ſignificat.Significatio ab eo dicitur modus enuntiationis. Nam ipſe alibi diſtinguit genus a ſignificatione. Quod autem dicit noſtram haud uacat arte: nam per hoc excluduntur neutra in quis & ſi aliqua ſignificant paſſionem non tamen reciproca ſut ita loquar ;enuntiatiõe.ut uapulo ab Antonio.non uapulat me antonius. Quod etiam ſi fiat in aliis non tamen animatæ rei uis applicita eſt. ut aro terram. ideo artificioſe poſitum eſt noſtram.

De Ablatiuo paſſiui. Caput xxxii.

ABlatiuus in paſſiuo addita præpoſitione a.uel ab actionem uel agendi modum ſi-gnificat.quod non eſt aliis præpoſitionibus.Plinius ad lepidam ſcribens ait Cre-das non de puero ſcriptum ſed a puero.dixit Plinius a puero ut autorem ſignificet de uero ſignifat memoriã ut te dixi.multa de Achille Homerus.& ſimilia.Aliquan do datiuus ponitur loco ablatiui.ut Virgilius primo æneæ.nec cernitur ulli .i. ab ullo. Cicero ad Curio.prætefers perſpectum mihi quidem.ſed tamen dulcem & optatũ amorẽ tuum.ad Atticũ quoq; ecce tibi nonis februarii mane accepi litteras duas pro a te. & alibi non deſpero probatum iri Varoni pro a Varone & alibi ſed tuæ nec domui probatur.i.a tua domo.aliq̃ñ paſſiuũ ſine ablatiuo ponitur ut Terentius quid agitur.& Cicer.quæ maxime metuuntur. & alibi uerum autem omniũ nec aptius eſt quicq̃ ad opes tuendas q̃ diligi:nec alienius q̃ time-ri.Et alibi non fuit Iuppiter metuendus.Colu.Cum iã metuitur hyems terra reliquenda eſt. Lucanus dũ metuat ſemper terraq; expecter ab oi.& alibi fæcunda uiroꝝ paupertas ſugitur. aliquando ui abſoluta ut liberor a febre.Cicero ad Attic.te a quartana liberatũ eſſe gaudeo.

De Flo uerbũ quod in paſſiuorum titulo & aliqua rara. Caput xxxiii.

QVæritur quare ſi facio actiuum eſt.non ſeruatum eſt facior. antiquũ uerbũ ſed fio acceptum.Reſponde quia ſi uis huius uerbi facio rei additur animate agit imper fecte ut plurimum.Si.n.dico facio Antonium eſt dicere uel doctum uel amicũ: & ſimilia.Cicero in Tuſc.Cur mortem malũ tibi uideri dicis:quæ aut beatos nos ef ficiet animis manentibus.Seneca faciet uos moderatiores reſpectus noſtri ſi nos conſulueri-mus Alibi in eodem de ira libro.Faciet.n.te aſperum pœnitentia operis infecti: & in libro de clementia idem facit auidos nimia fœlicitas.Terent.in adel.facio te apud illum deum. Com-poſita id quoq; ſignificant.ut calefacio.frigefacio. & ſimilia. Quia ergo uis huius uerbi q̃uis habeat actiui modum.tamen imperfecto quodãmodo habet ideo ẽt paſſiuum.Datur imper fecte uocis.unde ẽt compoſita a facio differunt ab aliis paſſiuis in hoc:ꝙ paſſiua alia finitum ſermonem faciunt.ut ego amor a te. paſſiua uero a fio adiecto complentur: ut calefio a te & frigefio a te.Quid ꝙ & ipſum ſimplex imitatur ſuum actiuũ.qui modus non conuenit alicui neutro.Et ideo Auguſtinus uir ſagaciſſimi ingenii.& eruditiſſimus.Cum recẽſeret in ſua grã-matica neutro paſſiua.non poſuit fio.Inter huius compoſita ponit Colu.confir.Sic.n. cura-bit ut panis diligenter confiat.Virg.iiii.æneæ.confieri poſſit paucis aduerte docebo.ab hoc pu tatur uenire ꝯfore.ut Terẽ.Spero ꝯfore.Liui.v.ex quo ſũma pactæ mercedis gallis conficeret. Antecellor a te Cicero ad Herẽnium.qui ab omnibus iis rebus antecelluntur.

Sileor a te Seneca in hyppolito.Sileantur aliæ ſola ꝯiunx ægæi medea dixit Martialis. reddet Barbara pyramidum ſileat miracula memphis.Et ut Virgilis.Quis te magne Cato Tacitũ. Cicer.pro.P.L.Flacco ea res ſiletur. & Liuius de multis populis poſt tot ſæcula ſileantur.

Peto licet raro primæ & ſecundæ perſonæ additũ ſit ut illud retiarii piſcem peto non te peto in tertia perſona quoq; legitur.Seneca.vi.declam.petitur duci ad ſuppliciũ puella. & ſacris in litteris legitur.quicquid petieritis patrem.uſui eſt ratum.

ET ſunt reſipua actiua: quorum ſignificatione uſus non admittit paſſiuum. ut abortare parere. Similiter eſt mãdere filios. Cicero hortatur me frater ut meos miſer malis manderem natos: Aequiparo Cicero. Nemo eſt qui me factis æquiperare queat applico non dicimus applicor. Cicer. v. tuſc. Qui ſapientes habentur nudi ætatem agunt & caucaſi niues hyemalemq; uim perferunt ſine dolore. cumq; ad flammam ſe applicuerint. ſine gemitu aduruntur. Succollo quoq; Varro. iii. de re ruſt. apes regem ſuum ſequuntur quoq; it. & feſſum ſubleuant & ſi nequit uolare ſuccollãt. i. baiulant. Plinius idem memorans ait feſſum humeris ſubleuant ualidus fatigatum ex toto portant. & Suetonius in Clau. & quia diffugerant uiciſſim ſuccollantibus in caſtra delatus eſt. & in aſſumptione principatus omnis donec permiſſa mora ſuccollatus & a præſente comitatu imperator conſultatus. Succollor non lectum eſt. ſimiliter dicitur hæc res fugit me. i. ignoto nõ tamen fugior ab hac re. dicitur manet te. i. futurum eſt. Virg. Te quoq; magna manent noſtris penetralia regnis. & alibi qui te cumq; manent iſto certamine caſus. Et te Turne manent. te triſte manebit. ſupplicium. non tamen maneor. Oculo non oculor. Virgil. Claſſem in conuexo nemorum ſub rupe cauata occulit. Cicero. ii. tuſc. tertiam tamen ponit perſonam. Quod ſpartiatæ etiam in fœminas tranſtulerunt: quæ cæteris in urbibus molliſſimo cultu occuluntur parietum umbris. Sic etiam dicimus lacto te. i. decipio uel in aliquam uoluntatem induco. unde oblecto nicolaum. delecto theſeum. Terent. in Andria. niſi me lactaſſes amantem. & tamen non dicitur lactor nec oblector delector a te. & ſi actus eſt modo actui. ut delecto patrem. quia paſſiui modus non patitur in hoc puram conuerſionem deponens formatum eſt ui paſſiua. Sed non recta. hinc ſimile eſt quod læto lætas dicitur actiue. i. facio lætũ. Apuleius. iii. de Aſino. Sed frontem tuam ſerena uenuſtate lætabit: dixerim ego renuntiatũ antiquitati reuocatũ ab Apuleio Liuius in egiſto docente Marcel. Iã ne oculos ſpetie lætauiſti optabili. Actus in pelopidis: & re triplicem lætarem bono. Et ſimiliter ut alibi triſto & triſtor. Virgil. Subito contriſtat puluere cœlum ſæpelio hominem dicitur unde ſepeliendus a Cicer. Non tamen ſepelior legitur niſi figurate uel mimitice. Sunt etiam paſſiua quæ actiua forma carent ut inuehor in æmulos. inuectus in hoſtem ſuum. Similiter dicitur ictus fulmine non tamen icor legitur. & afflatus uẽtis. Virgil. & ſi dixit fulminis afflauit uentis & contigit igni. afflor tamen dicitur. item rumpitur inuidia quidam. non tamen rumpo iuidia inimicum. Diſcrutior animi. Findor & reliqua hoc genus.

De Idiomata Eſſectiua. Caput. xxxv.

ADhibeo ad panem uinum. quidam addiderunt. Cicero. v. Tuſc. Quos negat ad panem adhibere quicq̃ præter naſturcium.

Adiungo dolori & ad dolorem. Sulpitius ad Ciceronem qui ad dolorem adiungi potuit. Cicero philipica. v. Cæſar ad ſe neminem adiunxit.

Amitto a te repello uel remoueo. Terentius in phor. Immo quod nunc aiunt auribus teneo lupum. neq; quomodo a me amittam inuenio: neq; uti retineam ſcio.

Oraturx pa a nobis. eo Idiomate quo petitur pax dici poteſt. Virgilius. x. Si mora præſentis leti tempuſq; caduco oratur iuueni.

CVR. LANCILOTTI Paſii Ferrarienſis Laureati In Librum Quintum de Litte ratura non Vulgari. Ad Clariſſimum Ptolomeum. Illuſtriſſimi Principis Mantuæ a Secretis meritiss.

Præfatio.

CLARISSIME .D. Ptolomee Virtus tua quæ nullius expers eſt
landis plurimũ ad hanc tibi dicandam cum libello Præfationẽ
me penitus allexit. Nec modicum in cauſa fuit Quod ingeniũ
doctrina. & Sublimitas Fratris tui Baptiſtæ qui ordini Carmeli
tarum maximam terris famam religioſi habitu contulit. Sem-
per amaui Quid loquor? Domum tuam colui ut potẽ ingeniis
refertam. Decet igitur huius mei cultus aliquid q uale q̃tulũcũq;
ue ſit præmeferræ. quo pateat te Ita eſſe dicamus. Igitur hunc ti
bi libellum Litteraturæ non Vulgaris Quintum. Cuius indica-
tura. Sit tibi laus auſpicium Et memoria eorum quæ dicentur.
Aiunt pleriq; me ludibrio habitum iri apud te. qui maledicos
obtrectatores linguacesq; refugis penitus & ab omni obtrectatione abhorres. Quid q̃ inui-
di. maligni liuore Pallidiuſculi Buxo- dicturiſq; ad aram lugdunẽſem me ſcriptorum obtre
ctatorem appellant. At ego te uirum integerrimum habeo te qui non niſi recta probes. Hoc
argumento nec te hæc legiſſe. credo ubi legeris me litterarum bonarum amicum non obtre-
ctatorem ſcriptorum Syncero iudicio cogniturũ. Eſt ꝑfecto pia ueluti oraculũ ueritate deco
rum quod ait Comicus: obſequium amicos ueritas odium parit. Exemplum proponere eſt
ipſius Priſciani. Qui cum omnes antiquos caſtigarit atq; pene aboleuerit morſibus ſuis: ma-
gna Id arte ſuiq; oſtentatione cum uideretur nullum mordere: perfecit ſilentio ut reſponde-
rem. Sed tua: Eruditio. tuum ut Catõis Iudicium. hoc agit ut rũpam ſilentium. Ego cum exa
mina & iudicia & ſcripta maiorum euoluerim: uideo pro ueritate nullam habitam eſſe perſo
næ rationem. Pro Priſciano tibi obiiciam Ariſtotelem philoſophorum ſummum. Nec ſilebo
præclariſſimum illum Amaſinum ſcriptorem: licet ſit græcus autor Strabonem. qui primo &
ſecundo de ſui ordinis libro ſcriptores delirantes oſtendit nominatim atq; ex iis nonnullos in
opere deinde ipſo pro teſtibus habet. Ad Ariſtotelem redeo an te latet quos nominatim deli-
rare oſtendit. Ignoras ne Platonem (ut aiunt) præceptorem quantopere taxet? illud fuit her-
cle pro locorum ueritate falſum demonſtrare. Græcos inquies aſpice: & lege Cenſorem illum
Gellium. qui Virgilium. Ciceronem. Senecam. Tyronem atq; alios errare. futileſq; eſſe pleraq;
oſtendit. & Plinium ipm nonnulla ſciuiſſe certa rõne demonſtrat. taceo de eodem Macrobiũ.
Quid q̃ Plinius ingeniorum ſpecimen: quos imitatus autores aliquando mordet. & ſubſa-
nat. Et quid de Seruio. qui Donati monumenta cõmento ſuo oſtendit q̃ digna forent. Dein
de in æneidorum cõmento carpens non parcit nomini. a quo tamen (ſic auſim dicere) ſi ue-
ra ſint utriuſq; exemplaria non pauca mutuatus eſt. Et quid dicis inter neotericos de Vallen-
ſe noſtro? Qui Boetium. Marcellum. Priſcianum. Seruium. taxat licentiſſime. Sed quid hos
Macrobium. Lactantium. Hieronymum. & iure conſultos uidetur ita agere: ut flocipendat.
Sed quid Vallenſem? Cuius & nos rationes pluriſariam refellimus dicam? Philippus Beroal
dus litteratiſſimus non occultato nomine. errores Seruianos annotauit. nonne & ii leguntur
Et nod calumniantium: Sed & candidorum lectorum iudicio ſi non omnes: approbantur
non de improbo iudicio damnantum. unde & plurima uera prædicantur. Taceamus Domi
tium Merullam atq; hoc genus recentiores. Quid euagamur? Priſcianus ut uere ꝓdicat Lau
rentius. in epiſtola ſua. Dum antiquis detrahit carpitq; antiquorum grammaticorum monu
menta atq; incuriam parem in ſe ſortem poſteris reliquit. Nos antiquorum ſcriptorum mo-
numenta ueneramur. Et quo ad patitur ratio ipſa Priſcianum. Eſt ne hoc gratiam operi au-
ferre? Gratiam auferrem. Si quales Hiſidorus. Catholicon. Vgutio. taceo alios & latinitatis ho
ſtes. Proferrem nugas. Et ſi ii impreſſi ſunt ii pretium ſuum habent. Et reris nos omnium
humillimos in ſpongiam incubituros curioſorum. Laurentium qui naſuto iudicio indigne
plurimos carpit refellimus. redarguimus. ubiue demeretur probamus. Nulla ueritas gaudet
plauſoris clamore perſonarumue ulla ratione obtegi non debet Priſcianum cum pro anti-
quorum uirorum honore atq; meritis. tum pro ueritate quandoq; taxamus proque utilitate
diſcentium. quibus omnia hæc elaborantur Priſciano. ſit uerbo uenia. Incognita protulimus
nec Priſciano modo. ſed & regularum ſcriptoribus non animaduerſa docemus. Et id qui-
dem certa antiquorum ratione ſcriptorum atq; autoritate probatorum. Nihil noſtrũ (ut abſit
ſuperbia) eſt niſi obſeruatio dictorum. quæ artis executio eſt. oia ex autoribus accepta uel ex

eorũ ſcriptis penſiculate. Omnia ueneranda antiquitatis maieſtas propoſuit. uel ratio cui aliter non poteſt repugnari exacuit ingenium. Debeon irrideri? dic obſecro tuo iudicio? Quid eſt in noſtris nugis quod ſuo careat autoritatis. conſuetudinis: ratiõiſq; munimine. Ratiões dixerunt aliqui uel ex antiquis electæ ſunt. uel ita pẽſiculatæ ut aliter aberres. Autorum docuit obſeruatio. Cõprobarunt exempla. Quid deſideras? Sed hæc ſatis non. n. uereor ſi noſtras cõpares obſeruationes neotericorum regulis. iudicio me tuo a doctis ludibrio habitũ iri: quos liuor non oblectat. At dices te irridebunt triuiales oẽſue. qbus Priſcianus quibus Valla phœbæi luminis inſtar. atq; dictionis oraculum uidetur. Et apud me non parui ingenii doctrinæ atq; autoritatis eſt Priſcianus. nõ indignus laudari Valla. Sed ita ut litteratos non autores cẽſeam. Quod ipſe Theodorus Gaza uerißime diſputauit. In maioribus. n. inquit ad autores confugit minora patagiis autoritatum ornat Priſcianus. quo ſcientiam oſtentet: autoritatemq; aucupetur. Sed quid hæc ne quicq̃ pedagogis grata reuoluo? paucis malo hæc mea ꝓbari. uel lecta non improbari. q̃ uulgo imperito iactanter extolli. Quid. n. aliud eſt triuiali aura gaudere q̃ fumo inani paſcier? Quod uero non omnia excuſſerim. certam ſum ſecutus celeberrime ſcriptoris Columellæ autoritatem. Qui & cum alii de agricultura ſcripſiſſent plurimi: ſcribẽs quoq; ait: Nulla eſt ars q̃ ſingulari ꝯſũmata ſit ingenio. Quapropter ut in magna ſylua boni uenatoris eſt indaganter feras q̃ plurimas capere. nec cuiq̃ culpæ fuit nõ oĩs cœpiſſe. Ita nobis ſatis abũdeq; eſt tã diffuſæ materiæ quã ſuſcepimus maximam partem tradidiſſe. Vale.

De Defectiuis notatum præter antedicta. Caput. primũ.

NEutrum quid ſit in ſuperioribus explicatum eſt. Quoniam omnia uerba defectiua ut plurimum neutra ſunt dicemus ſaltem de iis quæ Dõatus in arte aliqua ſũt defectiua per modos ut cedo. i. dic: alia per formas ut faceſſo. alia per coniugatiões ut adſum. alia per genera: ut ſoleo. alia per numeros & modos: ut faxo. faxis. faxit. faximus faxitis: faxint: nec plura alia per figuras. ut impleo. alia per tempora. ut fero alia per perſonas inter quæ Sergius dicit etiam impersonalia. quæ & ſunt paſſiue uocis imperandi quoq; modo carent. ut docet phocas. in maiori.

Primum Idioma neutrorum. Caput. ſecundum.

SVm bonus: uiuo lætus. coniunctiua ab antiquis formula dicitur. ut eſt apud Chariſium: & Ariſtoteles in primo Periherminias libro. dixit hoc uerbum eſt. ſignificat quandam compoſitionem. quam ſine extremis non eſt intelligere. Noui copulatiuum dicit. quia caſus certo naturæ officio copulantur. ut Virgilius. Aſt ego quæ diuum incedo regina Iouiſq;. eſt autem copulo uerbum non indecorum. Cicero uoluptatem cum honeſtate. Clithomachus & Calipho copulauit. Eleganter dicimus eſt mihi honori. eſt mihi laudi. uituperio. damno. pro eo quod eſt ex ea re habeo honorem: laudem: uituperium. damnum. & ſimilia. Clam me eſt idest ignoto. Gelli. ii. ea res clam patre fuit. utiturq; Terentius. Item eſt mihi curæ uoluptati ocyo dicimus. eſt mihi liber idest habeo librum: eſt mihi amicus. habeo amicum. Virgilius. Eſt mihi diſparibus ſeptem cõpacta cicuti fiſtuli. Eſt mihi opus hac te. ueteres dixerunt per omnes caſus excepto uocandi caſu. ut eſt mihi opus huius huic rei & hanc rem docet Diomedes. Cicero ad uoluminum. eſt mihi opus limatulo & politulo tuo iudicio. Gellius ex manlio nihil ſibi diuitias opus eſſe nos diuitias dicimus affirmatq; utinam hoc orationis nullum eſſe. Dicimus eſt in numero. Cum quis eſt alicuius pretii & Quintilianus ait ſcriptores reductos fuiſſe in ordinem. hoc eſt in numerum aliorum. qui ſunt in pretio. Propertius. Quæcunq; erat in numero Romana puella Dicimus eſt mihi curæ poetica infamiæ. eſt mihi amor. Sum illi moræ. eſt mihi gloriæ amicicia tua. & ſimilia. ſũ tibi teſtimonio: ſum tibi auxilio. eſt mihi gaudio aduerſarius argumento. eſt mihi autoritas. bono eſt mihi ueritas. & ſimilia dicimus eſt mihi cordi ii placet. & eſt in mentem dicitur non in mente ut docet Gellius ex amphitrione Plauti nunc uero mihi in mentem fuit. uſui tibi ſum. riſui eſt mihi aduerſarius. i. in riſum habeo. legitur apud Suetonium in Tyberio ſunt ad Antonium litteræ idest quæ miſſæ fuerunt ad Antonium. Sermo eſt figuratus. ſicut alibi ad quem ſunt Ciceronis epiſtolæ. i. quas olim miſit Cicero. Dicimus quoq; eſt mihi nomen Lãcioto. Liuius. Cui Seruio Tullio nomen fuit. Quintilianus uero dixit: Quid Gliconi cui ſpiridon fuit cognomen. Valerius uero Maximus. cui Plutoni cognonomen erat ergo dicemus eſt mihi nomen Laciotus. ut Terentius ecyra. eſt nomen huic fabulæ. Eſt mihi nomen Lancioto. Dixit Liuius uia nomentana: Cui ficulenſi nomen fuit. Gellius. libro decimoquinto. Cap. xxix. oſtendit dici eſt mihi nomen Iulius. nomen eſt iulii nomen Iulio. quod perinde eſt per ac ſi dicam mihi nomen eſt Iulium. Phirmicus in ꝓhemio: Prope alueũ ſymethini oĩs oſtditur. Cui Palicus nomen ẽ. Eſt mihi melius. i. paulo magis ualeo i infirmitate. Cic. ad Att.

Cum grauius ægrum eſſe reliquiſſem. Sed nuntiauit melius eſſe ei: eſt ſilentium a turba/ideſt omnis turba ſilet. ut Cicero in orat. ipſe conticuit & a cæteris ſilentium fui*. Illud quoq; no/tandum q[uod] non dicitur ego uocor tu uocaris/tu nominaris/ille nuncupatur/ad pronomẽ refe/rens uerba/ſed uocor Lancilotus/nominaris Franciſcus: nuncupatur Antonius/docuit Priſcia. alio licet in loco lib. xiii. dixit/Priſcianus ego uocor tu uocaris herodianus.

Secundi Idiomatis. Caput .iii.

SVm quoq; huius Iidiomatis uidetur: ut principis eſt gloria/præceptoris eſt uirtus: & ſimiliter/aliquando pro intereſt/ut hominis eſt hærere rationi/præceptoris eſt docere. i. officium præceptoris.

Carere & egere/hoc differunt/ut ex prima Ciceronis tuſc. Carere ſeu nomen ipſum carendi ſolum dicitur in uitiis/non. n. dr̃ de mortuo caret oculis/eſt ergo ſentientis nõn eorũ q nulli ſunt/neq; dicimus carere hominem pẽnis. Carere igitur ſignificat egere eo quod habere uelis/ineſt. n. uelle in carendo/ut illud Iuuenalis. Cariturus turture magno. Et dicimus nõ ha/beo frebrem/non uero careo febre/quia nemo uult habere febrem. Si dicamus alia quadam notione uerbi/ut ſi quis patiatur febrem/dolorem capitis/tormina/cum ceſſat febris: utrum dicamus carere febri/certe non: quod tamen Cicero/ad Atticum. Tu quoniam quartana cares At dicemus non habere febrem Nam habere eſt eorum quorum uerſa quandoq; eſt ſignifi/catio/ut homo habet pecunias. & habetur a pecuniis: unde elegãs illud dictum ab Ariſtippo. habeo laidem non habeor a laide/ea erat meretrix. Egere uero dicimus neceſſariis. Virg. rerum omnium egenos dicit Troianos/cum multa donarint Didoni: reſtãtia flammis Troiæ. Ergo non carebant omnibus uel non deerant omnia. Sed egebant neceſſariis: unde & illud. & duris urgens in rebus egeſtas/homini defuncto oculos deeſſe dicimus. Careo huius rei & hac re. Itẽ lego clari autores poſuerunt. Cicero pro lege manilia. Magna ac multo maxima parte nõ uti/litatis. Sed dignitatis atq; imperii Caruit. Terentius in andria. quaſi tu huius indigeas patris. Ad atticum tamen indigeo tui conſilii. Careo quidem antiqui Ennius & Pacuuius iunxerũt ab hoc caritas dicta ſine aſpiratione/ideſt penuria: ut caritas annonæ apud Liuium alias uirtus ch. aſpirato a græco eſt: illinc rem claram dicimus/& caro pretio. hinc carum amicum.

Abundo hac re & huius rei. Sed hoc priſcis dictum uiris. Lucilius referente Marcello Satyr. vi Et quarum habundemus rerum/& quarum indigemus. Cicero quoq; ad Torquatum. quæ ad conſolandum maioris ingenii: & ad ferendum ſingularis uirtutis indigeat. aliquando ab/ſolute eſt abundat/ideſt copioſus eſt undis Pli. xviii. fons abũdat quidem largus ſed terris ho/rarum ſpatiis diſpenſatus inter intolas.

Certus ſum huius rei & incertus ponit Diomedes.

Satagit/Terentius hic ſatagit rerum ſuarum/dictum uerbum ut ait Fabius/ab aphro Domi/tio is enim cum Mallium ſcurram multum in agendo diſcurſantem/ſalientem/manus iactã/tem/zonam deiicientem/& reponetem/non agere dixit/ſed ſatagere nulla eſt alterius uerbi ſi/militudo: hæc Fabius/eſt igitur ſatagit poſitione ſine aliis perſonis temporibus & modis/q̃q̃ in ſacris legitur. Martha ſatagebat circa frequens miniſterium.

Meminit huius rei dicitur/ideſt fecit mentionem. Quitil. Nec omnino huius rei meminit uſq̃ poeta/ideſt mentionem fecit. Gellius Lucilius quoq; legis iſtius meminit. dicitur etiam memi/nit de hac re. Cic. pro lege agaria me unum ex omnibus hominibus nouis de quibus memi/niſſe poſſumus/ideſt recordari: & ad Atticum de erote & metio minero & de omnibus quæ te uelle ſuſpicor/alibi accuſatiuo non eſt mei temporis iniurias meminiſſe. Q. Metellus ad ra/tionem de illo quidem meminiſſe nolo uel recordari uel facere mentionem.

Luxurio. abundo Virgilius. Luxuriatq; thoris animoſum pectus. Luxurior uero deponens aliam habet ſignifiſicationem/ſignificat ſtimulis luxuriæ furere. Colum. de pecudibus quã diu non laſciuit: obſcuro & calido ſepto claudatur. poſt eam luxuriantem uirgea cum compa/ribus area claudi oportebit.

Mereo huius idiomatis reputatur/ideſt milito prima breui. Luca. ære merent partio/Sueton. quandoq; accuſatiuo iungit/quorum duces/ait in Nerone quadragena milia ſeſtertia mere/bant/unde meretrices & pueri meritorii. Mœreo diphthongo notum eſt: aliquando abſolute eſt præſtare beneficium. Virgilius. vi. Quiq; ſui memores alios fecere merendo.

Tertio Idiomati Caput. iiii.

RE ſpõdere dr̃ ſatisfacere. Colu. Nec ullũ legumẽ minus agro nocet. Sed raro r̃ndet i. ſatisfacit uel reddit. Idẽ auror pluribus locis meo iudicio hoc exẽplũ ꝯuenit abſo/lutæ ſignificatiõi. & Cic. ad Atti. tamen fit ut ſæpe ii qui debeãt non r̃ndeant ad tempus. aliquando conuenire. Virg. dictis reſpõdent cætera matris reliqua nota.

Diffido tibi.& fido tibi.& te.Cicero.Mecum ipſe conſiderans huic incipio ſententiæ diffidere
& alibi:qua maxime arte confideret.unde errauit Seruius dicẽs ſupero eo Virg.y.faſ.eſt te cy
herea meis ꝯfidere regnis.ait fido tñ dtñ regir:Cæſar in coment.cui q̃ maxime confidebat.
Obtingere & contingere.hoc differunt:obringere eſt ſorte uel debito.Contingere eſt caſu.trã
qllus ludos autem uictoriæ non audetibus facere.quibus obtigerat.id munus ipſe edidit.
Conducere utile eſſe & abſolute dicitur. Cicero ad Ruffum:Dubitare non poſſumus quin
ea maxime conducant.quæ ſunt rectiſſima.
Obtrecto ſotio.i.detraho.unde obtrectatores.Cicero in Tuſc.obtrectare uero alteri. aliquãdo
habet quartum Idioma.Valer.max.vii.Quid ſtultum & inutile ſit eas obtrectare uites: quibꝫ
ipſe fouerit.i.contra ſententiam tractare de hoc in lectionibus Plinii.
Indulgeo labori.i.do operam.Quintil. Sed quid ego indulgeo dolori.cui ſi frenos remittas:
nulla materia non maxima eſt.& illud indulgere gulæ noli.uenuſtius dicebat Ludouicus car
bo.Indulgeo dolori.i.capio dolorem.propoſitum ſignificationis exemplum eſt.Virgilius in
Geor.Indulge ordinibus.ſecto uia limite quadret.i.ſis operoſus in ordinibus inſignia trium=
phi indulſit cæſar dixit Tacitus.
Inſideo illi:ideſt ſuper eum ſto.uel ſum.Virgilius:Inſideat quantus miſeræ deus.& in Sexto.
Floribus inſidunt uariis.
Adſum rei.& ad rem.Cato.Mulier ne ad rem diuinam adſiet.
Accedo tibi: uerbum eſt Fabii nec accedo celſo.i.aſſentior.Terentius uero cum ait accedit ad
hæc mala intellige.i.additur aliqñ per datiuũ Dido Ouidiana.Accedet fatis matris miſerabilis
infans.unde acceſſiões.i.incremẽta.Cic.q̃tæcũq; acceſſiones tibi fiẽt & dignitatis & fortunæ.
Ignoſcas ſceleri dicitur.Platus in muſtelaria.Stultitiæ adoleſcentiæq; eius ignoſcas. dicitur &
ignoſcas culpam Plautus in milite.Nam hæc mihi ignoſcas.Terent.in phor.inde ait ignoſcẽ
da iniuria:parco pecuniis.i.abſtineo ab expendendo.Liuius.ix.de.ii.bello pu.frumento ex ita
lia aduecto parcit & parco iræ ſtimulum & ſimiliter.i. abſtineo.
Detraho tibi.i.minuo laudem tuã.Ouid.Detrahat autori multum fortuna licebit. Dicimus
detraho honorem tibi.Cicero in epiſtola ad appium.Si quid fortuna tibi detraxit:& detraho
de honore tuo. Suetonius in uitellio de illius ampliſſima dignitate detrahere.
Occumbit morti.Virgilius:Seu certe occumbere morti:dicitur occumbit mortem. ut Sueto
nius in Auguſto:uoluntariam occubuiſſet necem.aliquando abſolute.
Cedo potenti.miniſtro parenti.Obſtrepo tibi. Supplico principi. Extorqueo nolenti docuit
Diomedes.ſed cedo locis dixit Virgilius.yii.Cede locis ego ſi qua ſuper fortuna laborum eſt.
& cedere terga.Lucanus.yii.nec cedere quiſq̃ hoſtis terga uelit.
Inſiſto labori.Quintil.in prio uulgarem uiam ingreſſus alienis demum ueſtigiis inſiſterem.
Dicimus inſiſto hoſtiũ.i.ſto ſuper hoſtium Virg.Nulli fas caſto ſceleratum inſiſtere limen.
Propinquo domui:Virgilius.ii.Iamq; propinquabam portis & tranſitiue.Virgilius.x. Tu ri=
te propinques augurium.Syll.ii.Mortem licet arma propinquẽt.
Sufficio præter iam nota.dicitur miniſtrare.Virg. Ipſe pater danais animos uireſq; ſecundas
ſufficit:atq; deos in dardana ſuſcitat arma.dicitur hoc idiomate ſufficit mihi amor tuus.
Anteeo tibi.ideſt ſupero te.Cicero:omnibus diligentia anteibat.iii.q; de natur. deorum ho=
mines beſtiis antecedunt aliqui in.yi.caſum ponũt quẽdandi putãt Dicimus & ãteeo te inge
nio.Terentius in phor.Incredibile eſt quanto herum ſapientia anteeo:Virgilius:Qui cando
re niues anteirent curſibus auras.
Officio offeci.i.noceo:Plinius nec uero Iſocrati quo minus haberetur ſũmus orator effecit
Cic.in tuſc.offecerat uidelicet apricãti paſſiuũ ꝓtulit Lucretius officiũtur uri: coganẽ tardius
ire.Noceo interim legimus accipit uocẽ & cum paſſiuo:Solinus cap.iii.de menſtruis quoq; al
tera pars ſi noceatur Victruuius.ii.ſpiſſis compactiõibus:Solidata neq; a tẽpeſtatibus neq; ab
ignis uehementia nocẽt:ea eſt ꝑfectura Stationenſis ad hæc quæ cum ſubide ac multi noce=
rentur dixit Apuleius primo methamor.noceo te dixiſſe antiquos conatus Priſc.adduxit uer
ſum Luca.lib.iii.Inſiluit ſolo nociturus põdere puppim deinde ait magis dicẽdũ eſſe inſiluit
puppim.Quod aliq dicũt noceo tibi malũ uel aliqd declarant cũ.n.Virg. ait & ſi non aliqua
nocuiſſes mortuus eſſes exponit Seruius aliqua uel aliqua ui uel aliqua ratione.

Idioma Quartum Caput. y.

Oleo unguentum:Cice.in Antonium:uinũ redolentibus:& Marſis hyrcum: qua
ſignificantia idiomatis:dicitur tibi uox hoiem ſonat Virgil.primo æneı. nec uox
hominẽ ſonat o dea certe:Terentius quoq; dixit olet unguenta Demea.Ouidius
uitioſe: Si Diomedi credimus dixit:perq; locos ſacros & olentia ſulphure fertur.

Et Virgilium.ſic dixiſſe putant.feruet opus redolentq; thymo fragrautia mella.ſed fruſtra eſt
enim ordo redolent mella fragrantia thymo.Plinius'ultium mira natura:ſaporem alienum
in ſe trahendi:qualem & redolent ſalicum patauinæ in paluſtribus uindemiæ. Val.Maxi. de
Plutone.At quidē mihi apes nō montem hyemetum:thumi florem redolentem.ab hoc uet
bo uenit ſubolet.i.præſentio dicitur ſubolet mihi Terentius in phor.nunquid patri ſubolent
Verſifico uerſificas. Apule. in deo Socratis'uel Sybillæ fatiloquia uerſificet.unde uerſificator.
Tero ocya'ideſt tempus conſummo teroq; tempus dicitur. Liuius in tertio. Sedulo tempus
recens:diem præriperent Internuntii miſſi in caſtra.

Mendico mendicas.Iuue.Et mendicatus uicta Carthagine panis.& abſolute.Iuuenalis dectis
mendicat ſylua camœnis. Suetonius quoq; in Iulio a ſotiis pecunias accepit emendicatas.
Conſolidare non ridiculum eſt uocabulum.huius Idiomatis Cicero ad ruffum neceſſe erat
rationes confectas:& conſolidata:ſolutas deponeremus.

Feneſtrare foramen facere,uel perforare.nam feneſtra pro foramine lato capitur.Virgilius. In
gentem lato dedit ore feneſtram. Plinius'media oculorum cornea feneſtrault pupilla. cuius
anguſtiæ nō ſinunt euagari:In certam aciē.male qdam ſaneſtrā malunt dici ut Plutar. docet.
Abrogo legem dicimus.Plinius de Cleophante medico.Id ſolum poſſumus indignari.unde
hominem e leuiſſima gente:ſine opibus ullis uectigalis ſui cauſa repente leges humano ge"
neri dediſſe:quas poſtea tamen abrogauere multi.

Dicimus habito urbem. Virgilius.Atq; humiles habitare caſas & in urbe notum eſt.

Tranſeo urbem & per urbem Cæſer de Rhodano.In commentis nonnullis locis uado tran
ſitur & Quintilianus.v.neq; a nobis negligenter locus iſte tranſibitur.

Taceo hanc rem &,de hac re.Quintil. neq; oio huius rei meminit uſq; poeta ipſe ꝑfecto nō
taciturus de tāta ſua gloria,Cic.ad Attic.multa & dicūtur arroganter & tacētur quottidie. Sic
ſileo Martialis Barbara pyramidum ſileat miracula tēplis.Cic.ad Attic.ii. Tu hoc ſilebis.

Reſcire uerbum.nō eſt uerum ſcire ut Triuiales putant. Sed ſuper iis ut ait Gellius quæ aut
conſulto conſilio latuerunt.aut ꝯtra ſpem opinionē ue uſu uenerunt.Terent. qd' ſi reſciuero.
Friare.ſuffriare.perfriare.infriare:uerba ſunt Plinii.Colu.Catoniſq; Vetruuii.Eſt aūt frangere
minutum conterendo.unde Friabilis Colu.in ultimo.Scurpulus aridæ myrrhæ ſena ſuffria
tur:infra baccas albi generis myrti q̄ maturiſſimas legito. & perfriato.ait ne Interiora ſentina
conteras. Varro quoq; cinere facto e ficulneis lignis infriandum.paulo plus calido q̄ tepidio
re.q infriare ſignificet'confriare & conquaſſare ſubdens declarat. Var. deinde conciendum le
niter ipſo uaſe ut manu non tangas Cato ſummito farinæ minutæ ꝯchas duas infriaſ aqua
paulum bibat.Plinius.xxxiii.de alabaſtro fœmina nitet contra friabilis.

Vſucapio & pignoris capio iunctæ ſunt partes:& productæ dicebantur ut dixit Gellius unde
uſucapio nomen hebetur ut.ff.de uſucapionibus eſt enim capio quaſi captio & in uſu & in
pignore tum quis tenet rem qua utitur.

Exherbare agrum uel ex agro eſt herbam extirpare.Columella exherbandus eſt locus.

Exarare publice ſcribere uel ſcripta publice edere.Suetonius in otone ſereto quaſi captato bi
nos codicilos exarauit.Cicer.ad cornificium.hæc cum eſſem in ſenatu exaraui.

Duplico ſtipendium non eſt Triuiale.Sueto.in Iulio.Stipendium duplicauit & alibi,quoq; is
ſcriptor Valer.Max:vi.amaritudinem fati deſiderio duplicant.

Mollire tenerum facere & placare. Virgilius mollitq; animos & temperat iras Cicero molliūt
animos noſtros.Quintilianus uocem deliciis nec molliamus.

Oppeto mortem:oppeto peſtem.aliqñ per ſe plenum. Virg.O terq; quaterq; beati. Quis ant
te ora patrum Troiæ ſub mœnibus altis Cōtigit oppetere. Sic etiam dicimus obeo mortē.
Cito pro Milone.primum illud uulnus accipit quo teterrimam mortem obiret. Sed iſta pot
rius ſimilitudinaria(ut ita loquar)ſunt idiomatis quarti.ſicut etiam illud exeo hominē.i. mo
rior'Perpetrare.i'facere:& in bonum quandoq; dicitut.Gellius.vii. pacificatio. ppetrari nequi
uit.Liuius.xxv.ante diem quinto calē.maias perpetrato ſacro Inermes.

Perfrico faciem.perfrico os.perfrico frontem.i.pudorem depono.Plinius in præfatione per,
fricui faciem nec tamen profeci.Martialis:& ſi perfricuit frontem poſuitq; pudorem. Cicero
tu idem cum os perfricuiſti ſoles dicere.

Supplere eſt reponere.quod eſt quoq; recompenſare. Virg.remigium ſupplet.Gellius uero ſic
ii.quod adhuc uſq; deeſt & latet diuinatione ſupplendum eſt.

Ligurire eſt ſuauibus eſcis bona conſumere.liguria enim ſuaue eſt. Terentius. patria qui obli
gurierat bona:alii a lingo inclinant. Marcellus dixit deguſtare abligurire multa conſumere
cum auiditate.Horatius ſemeſos piſces tepidumq; ligurierit ius.

Infuſcare denigrare.Cicero barba pedore horrida atq; intonſa infuſcat pectus. Illuuie ſcabrũ
Virgil.in Geor.nigris infuſcet uellera pullis/Colu.Iam in fuſcata & nonnulla propemodum
nigra fuerunt.alibi non patitur ea prærepi aut infuſcari.
Pelliculare eſt tegmen rei inanimatæ ponere ut uaſis uitreis fit uulgo.Columella.xiii. & uas
opperculatum pelliculant.
Glubere dicitur a gluma.i.folliculo grani:Ita.n.uocatur a Varrone eſtq; corticem ſummoue-
re ita is gluberi granum dicit Cato.ſalictum ſuo tempore cedito/glubito.recteq; religato.
Condire dicimus epulas & præparare cibaria ad longum uſum:unde cõdiri pyra cidonia: po
ma & condimenta uulgo uocamus confectões:ut nuces conditæ.Cicero enim rebus lacedæ-
moniorum epulæ condiuntur.Aperio caput.i.nudo/& litteras recludo quæ obſignatæ fuerãt
Cic.ut uidi obſignatam epiſtolam breuitatem eius aperui rurſus.
Diſputo hanc rem:& de hac re.Cicero pluta in hanc ſententiam ab eiſdem contra uerecun-
diam diſputantur.Quintil.de facto diſputent cum de amore queratur.
Operculo uaſa:uerbum eſt Columellæ.
Lirare iugera dicimus.i.facere liram.hoc eſt ſulcũ iugero.Columel.lirantur una iugera. aliqñ
eſt per ſe lirare ſulcum rectum facere.unde de lirare quaſi a recto tramite ſulco rationeq; diſce
dere.Terentius deliras tu te ipſe.
Concinnare.diſponere/uel componere.Cato ſi uoles cocinnare/ut aluum bonam faciat & cõ
cinnus diſpoſitus & compoſitus.& pulcher/unde concinna/lamos dixit Horatius in epiſtolis.
Antiquare ut Feſtus eſt in morem priſtinum reducere.Liuius uero.xxvii.Rogatio de imperio
eius abrogando/antiquaretur.i.deponeretur.in priorem uero ſententiam.Libro octauo ait tri
bus omnes præter Polliam antiquarunt legem.
Participo uerbum non eſt ineptum.Cicero qui alteri exitium parat tunc ſcire oportet ſibi pa
ratam peſtem ut participet parem.
Stabilire firmare.Cicero inumerabiles alios:q hanc rẽ. p.ſtabiliuerunt quos equidẽ in deoꝝ
imortaliũ cœtu ac numero repono.unde ſtabilitus legitur.Suetonius in claud. Imperio ſtabi
lito.Senec.ad Gallionẽ de uita beata ẽ ergo uita i recto certoq; iudicio ſtabilita & imutabilis.
Scalpo ſcabiem.i.unguibus ſtimulo uel lacero.Suetonius in Domitiano. ac dum exulceratã
in fronte uerucam uehementius ſcalpit profluente ſanguine.
Gelare quoq; huius Idiomatis eſt.Seneca in natur.hoc enim uenit quas frigus ab ipſa tenui-
tate facere gelat.& Columella.Candidus aprica zephirus regelauerit aura.
Deriuare diuertere Cicero pro Milone.dicam enim non deriuandi criminis cauſa. Sed ut fa-
ctum eſt eo inficias/ideſt nego doctorum eſt & Gellius præcipue hoc utitur.& Liuius.
Contabulare.eſt tabularum ponte facere.uel tabulis componere Suetonius non ſine admira
tione anguſtiorem heleſpontum contabulauerint.
Delibrare eſt librum/ideſt corticem detrahere uerbum eſt Columel.Plin. & aliorum de agri-
cultura ſcribentium.
Scabo quoq; interim abſolutum non eſt.Pli.xi.in quodã genere pro manibus ad ſcabẽdum
corpus.itaq; i infantia ſcabunt hoc alibi:ẽt a ſcaber ſcabies a ſcabie ſcabo.ſicut ab armis armo.
Medicina aluum ſoluit/ideſt facit egeri humores.Plinius/ſiluestris lauus aluum ſoluit.
Fibulare apud Columellam legitur & refibulare.i.ferro colligare. Columella omniſq; parie-
tum & ſoli iuncturæ teſtaceis puluinis fibulantur:& apud medicine ſcriptores eloquentes fi-
bulãtur ruptotũ coxæ.Celſus.vii.infibulare adoleſcentulos interdum ualitudinis cauſa cõſue-
uerunt.Diffibulare.Statius. vi.theb.corro clamidem diffibulat auro.
Loricari dicuntur parietes cum exterius aguntur marmore uel lapide uel alia re. Varro
parietes & ſolum opere tectorio marmorato loricandi.ſed hoc quoq; in participus.idem cru
ſtare ponit Plinius libro.xxxyi.cuius autoritate latine dicemus cruſtari muros: quibus lateri-
ciis ſuper additum marmor a cruſta.nam proprie. ut Seruius & acron editur cruſtum unde
cruſtula.quod non eſui eſt:cruſta dicitur.Hos arguit Plinius autoritas.xix.ð papauere ait.hoc
panis ruſtici triſtæ inſpergitur adfuſo ouo inherens.ubi interiorem cruſtam apio agitq; ceria
li ſapore condiunt.Quid q; cruſtulatum genere fœminino pro edulio legimus.

Quintum Idioma Caput. yl

EFFectiua uulgo aiunt quia uerba per ſe plena ſunt.g.ιδιοπαθια uocant. Sunt
enim cum ex ſe in ſe ipſa fit extrinſecus paſſio.licet caſibus ſignificantibus cauſam
effectus circunſcribantur.ut gaudeo pingueo ſimilia.In horum numero ſunt in-
choatiua ſimiliſq; ſignificationis.licet figurate dicamus gaudeo gaudium.Cælius ad Cicero-
nem.puto ut ſuum gaudium gauderemus.ſic dicimus uiuo uitam.ſeruio ſeruitutem.

Fabius.yii.docet & Gellius.diciturq; id gaudeo. Cicero ad atticum.hodiuero mirum & id gaudet quem ... illo certiorem.

Acere & exacere.i.acidum eſſe unde aceſco ponit Colume.deinde exacuit & emiſit liquorem.

Fructifico.abſolute eſt ſignificationis.licet poſſit accipere caſum cauſæ poſuit Columella.

Rigere aliquãdo abſolutum.Ouid.tamen in meta.Arua rigẽt auro madidis ſquallẽtia glebis.

Catholica Regula

Illud quoq; non prætereas cauſam ſignificans caſus uel effectum-omnibus uerbis addi poſſe uidetur ut amo te uirtute tua uel ob uirtutem tuam & ſic in reliquis.

Sexto Idiomate. Caput. yii.

ABſoluta dicuntur uerba.i.perfecta ſine caſu appoſito licet figurate dicamus. ut apud Virgilium. Tuq; inuade uiam.& exeo hominem.i.morior.Solinus tacitus in arce ubi nũc eſt ædes Iunonis monetæ:qui anno poſtq̃ ingreſſus urbem fuerat a laurentibus interemptus ſeptuageſima olympiade hominem exiuit. & adeo hominem idest eo ad hominem.Terentius in And.aliquot me adierunt. licet non ignorem quid Donatus.Virgilius.Quin adeas uatem præcibuſq; oracula poſcas.

Salue & uale hoc Idiomate Virgil.xi.Salue æternum mihi maxime palla æternũq; uale ubi Seruius ait. Varro in libris logiſtoricis dicit Ideo mortuis ſalue & uale dicimus. q ualere aut ſalui eſſe non poſſint.Sed q ab hiis recedimus nunq uiſuri eos.hinc ortum eſt.ut etiam maledicti ſignificationem interdum uale obtineat.ut Terentius.Valeant qui inter nos diſſidium uolunt.hoc eſt etiam diſcedant ut nunq̃ ad noſtrum reuertantur aſpectum.Ergo cum mortuo dicitur uale non etymologia cõſideranda eſt.ſed conſuetudo q nullis uale dicimus niſi a quibus recedamus.hæc ille quam ratiõem ueriſſimam putem:quia legimus. Romulus ideo primus in fine epiſtolarum uale poni uoluit tanquam ſermo recedere a legente uideatur.Romulum intellige grãmaticum de quo alias.

Euenire extra uenire.abſolute eſt.Cato in re ruſt.uirgultaq; grãdire beneq; euenire ſinas indinabat dies.pro ueniebat ueſpera poſuit Tacitus.xii.

Anticipare interim abſolute. Suetonius Carnulium nomine anticipaſſe cum exclamauerit .i. ante cœpiſſe:aliquando tranſitiue ut in tyberio & Clau.Sæculares quaſi anticipatos ab auguſto.Virgilius in Roſis. Aeſtiferum ſuadens anticipare diem ideſt præocupare.

Dicitur nauigo mare & in mari.habito urbem & in urbe curro uiam & per uiam.& abſolute nauigo.curo.ſto.& ſimilia nota.

Scaturit.i.emittit fons.Sicut manat tertiæ perſonæ tantum eſt enuntiatio. & meth. ad aliæ ut Cælius Ciceroni:hoc ſcaturit huius uoluntatis Initium.

Ceſſare ab opera deſiſtere.Virgil.& ſi quid ceſſare potes requieſce ſub umbra.diciturq; ceſſare agrum a Colu.quando non laboratur.& dicitur ab aliquibus ceſſare a labore. Venio elegãter dicitur litteræ ueniunt.ideſt portantur.& ueniſſe litteras portatas fuiſſe Ouidi. Quam legis a rapta briſeide littera uenit:& alibi.triſtis ad hipſiphilen ab Iaſone littera uenit.Cælius ad Ciceronem a te littere non uenerunt.Cicero ad Brutum epiſtola.xi.Quod ſcribis in Italia a te cõmoraturum dum tibi litteræ ueniant meæ.

Incedere & ire hoc differunt.incedere molliorum eſt.Virgil.Aſt ego quæ diuum incedo regina.Vadere & ire omnium dicuntur.Virgil. uadimus immixti danais. Ambulare eſt in certo curſu:unde naues ambulare lectũ eſt.Cato in re ruſt.mulier ambulatrix neſiet.i.deerratrix. & Liuius.xxi.poſtq̃ ipſi ſententia ſtetit pergere ire atq; Italiam petere per auxeſin dictum.

Lacus fluit in flumen.& influit in flumen.Dictio eſt Cæſaris.

Tranſire ad ad uitam.Plin.xx.dixit pro reuerti ad priſtina ſua uires a morbo & langore.

Hyberno nas.hyeme moror:uel tempus iterim ago hyemale uel hiemis. Perſius hybernatq; meum mare:& hybernari uoce deponentis dicuntur milites & ſimiliter beſtiæ:æſtiuare. Varro de re ruſt.ii.Nam mihi egreges In Apulia hybernabant:quia in reatinis montibus æſtiuabant.Suetonius Aſſidueq; in urbe hyemaret.Cæſar in commentar. Quæ circum aquileiiam hyemabant. Vernare quoq; uere florere dicitur & exire: Culumella Rupibus enneis uernãtia lilia ſcripſit.Similiter de apibus dixit Cum uernant & exundant nouis fœtibus.

Strenuo is quod uulgo Strenuro tas Colu.viii. Surculi neptæ ſilueſtris lana inuoluti natibus inferuntur uerſanturq; donec ſtrenuat ouis.

Aſſeuerare affirmare ueriore ratione uel periculo urgentiore Columella:Higinius maiores ſecutus autores prodidit ipſe non expertus non aſſeuerare audet.

Diſcordare abſolute Columella de apibus Et tanquam domino mortuo familia nimia licẽtia diſcordat ideſt in diſcordia eſt diciturq; diſcordo a te Quintilian. a ſermone tenui ſublime

itidumq; diſcordat. unde errarent triuiales qui dicut adiectiuum cum ſubſtãtiuo diſcordat. niſi Tacitus dixiſſet cum quis æternum diſcordant. Aliquãdo dicitur diſcordamus inter nos Terentius in andria. Qui ſcis eos nunc diſcordare inter ſe. dicitur etiam concordare. Plinius yi. Et corrudam unde aſparagi fiaut concordare amicitiam.

Clatrat. ponit Colu. i. facit clatratas ſeu uacerras. Eſt. n. ſæpis genus factũ ex trãſuerſis tranſpoſitiſq; lignis more feneſtrarum unde clatrate quoq; dictæ.

Gliſcere. creſcere ſignificat. unde temere inter actiua poſitum ab aliquibus. Virg. Gliſcit uiolẽtia turno. dicimus furor gliſcit. & gliſcit furore. Colu. yiii. paleis uero: quæ omnibꝫ pene regionibus abundãt ẽt gliſcit. & alibi de gallinis quæ prima luna ſignari cœpta uiceſſima pgliſcit.

Sapio idest ſapiens ſum unde ſaperda legitur ſapiens quaſi uel elegans recitat Marcellus ex Varrone: licet etiam pro peſſimo piſce accipiatur. ut docet Feſtus.

Squallere ut. ii. ait Gel. dicitur a ſquãmarũ crebritate quicquid nimis inculcatum obſitũq; aliq re eſt incutiẽs uidentibus horrorẽ: id ſquallere olim dicebatur. hinc Virg. tunicã ſquallẽtẽ auro.

Deſæuire uehementi crudelitate moueri. Suetonius de Nerone cũ affatim deſæuiſſet.

Pernoctare: nocte uigilare. Suetonius ſæpe ſine tentorio pernoctaret.

Subcœno: quod uulgo ante cœno. Fabius. Feſtinemus ſubcenant.

Perſeuero ras. dĩ nonnullis tñ inſipidum. Suet. in Veſpaſiano. eũ uocare perſeuerarunt.

Fracere fraces facere hoc eſt feces. uel in fecem uerti Cato ſinito quatriduũ fraceſcat. ubi bene fracuerit uitto condito.

Aeſtuo. ſudo. ardeo. & ſimilia. y. ſextoq; Idiomati applicantur id fitq; uiribus præpoſitionis. Aliquando uim tranſitiua habent. ut ardeo philipum. i. amo figuratũ eſt. quod ſudo ueſtẽ dĩ unde apud Fabium inſudata ueſte duraudum legitur. Ita quoq; uigilo noctem. Quintilianus plera q; aſpere ſunt concitateq; dicenda. Et uigilãde noctes. Fuligo lucubrationũ bibẽda. Virgilius arte laboratæ ueſtes: & tranſeo uiam dicta ſuperius.

Viuo uitam. Quintilianus atq; ut accuſatoriam uitam uiuere.

Cõniueri. eſt oculis ſignũ facere alterius demiſſa pupilla. Quintil. Nã ſi ẽ ſignũ adulteræ lanari cum uiris erit & ꝯniuere cum adoleſcentibus. Colu. & conniuentis oculos uiolaria ſoluunt.

Perennare continuare eſt. Columella atq; in palum formata uſq; in alteram ceſſiõem perennat. unde perennis idest continuus.

Ientare. eſt primum cibum capere. unde ientacula. Suetoni. in uitelio. ut mane ſingulos iam ne ientaſſent ſciſcitarentur.

Aurigare. eſt currum ducere. Suetonius aurigabat extructo plurifariam circo & alibi nec ulliſ niſi e ſenatorio inde aurigantibus.

Peierare non eſt falſum iurare ſi Ciceroni credimus. ſed quod ex animi tui ſententia iuraueris: ſicut uerbis concipitur more noſtro id non facere periurium eſt.

Septimo Idiomate. ubi errores Triuialium & aliquorũ. Caput. yiii.

ADditur hoc Idiomati ui ſignificationis paſſiuæ. alias. n. uariantur caſus in quo erit opere pretium diſcere errores Triuialium regularum. Dicimus Iulia nubit Cæſari. Hieronymus in Iouinianum. nubitur uſurpat. dicimus Iulia nupta eſt cum Paulo. Plaut. in amphit. Qui cum alcmena eſt nupta. Apuleius. ii. meth. Quæ cum Milõe quem dicis hoſpita nupta eſt. loquitur de pamphila. Terent. in phor. natam inueni nuptam eſſe cum filiuo tuo. Quod uero dicunt triuiales regulæ Iulia nubit a patre. In ſentutinis olenticetis grãmatice eſt ſicut etiam exulo a principe. Et cum quæritur quomodo dicatur nuptus nuptum. ſi fœmina huic uerbo ſemper habet rectum caſum. reſpõdet Priſcianus animus mulieris eſt nuptus. quod plane ridiculum eſt. dicitur. n. nubere maritari. quod irent mulieres uelatæ ad maritum. nubereq; uelare dictum. unde nubes & nuptiæ ut Seruius docet & nubila quia uelant aerem. aliquando dicunt nuptus genere maſculino quia etiam dicebãt uiros nubere. ut Marcellus ex Pomponio. Sed meus frater poſtq̃ uidit me indeiectum domo nupſit poſterius dotatæ uetulæ uaricoſæ aphræ. in quem Morem exiſtimatur Valerius dixiſſe libro quarto de amore coniugali his uerbis. Quid aliud adiecerim q̃ dignas fuiſſe quibus minyæ nuberent. minyæ uero theſſali ſunt qui acceperunt fœminas ſpartanorum in uxores. Exigitius uero grãmaticus dicit ailudi ad mutationem habitus de qua ibi Vallerius. quod illi muliebribus ueſtibus induti mulieres uirilibus fuere quo mariti carcerem effugerent. aliqui uero nuberent. i. uelarentur quia mulieres uelarunt maritos. hactenus de Valerio aliq ut ad Priſcianum uerius nuptum uerum putant. ꝙ maſculi fœminarum loco per luxum acciperentur. Martialis. Barbatus rigido nupſit caliſtratus aphro: nunc qua lege ſolet nubere uirgo uiro. Iuuenalis. Quid quæris nubit amicus. Suet. de Nerone. Sicut ipſi ſporus ita ipſe nupſit Dori

phoro nuptum genere neutro ꝓbat Feſtus.nupta uerba inquit dicebantur ab antiquis . quæ
uirginem dicere non licebat.Plaut. Virgo ſum nondum didici dicere uerba nupta & nuptū
ſic animal dicere poterimus.Si dicas actiue eam ſignificationem.dices do filiam meam i ma
trimonium.ponit Cæſar.ſimiliter colloco nuptū.Valerius ponit dare nuptui.& Terentius in
phor.dare nuptum alibi ut ponit nuptum uirginem collocaui.Maritare notum eſt .
Exulo abſolute eſt & frequētius dicit̃ elegantiaq; eſt exulo Ferrariæ .i. ſum in exilio dum ſto
Ferrariæ.uel dum ſum in exilio.Iubeor ſtare Ferrariæ.Exulo Ferraria.ideſt pulſus ſum uel coa
ctus.ire Ferraria alio.Plin.xxix. Eidemq; in gallia exulanti deinde reſtituto intra paucos ānos
eſt igitur exulare.extra ſolum ire uel eſſe. Senec.epiſtola . L i. literni honeſtius Scipio q̄ baiis
exulabat. Terent.in Eun.nam domo exulo:& ita accipitur locus ille Apuleii in Socrate . quæ
omnes turbellæ poteſtateſq; procul a deorum cæleſtium tranquillitate exulant. & exulo apđ
gallos.i.ſum in exilio & ſto in gallia. Valer.Maxi. Hannibal uero cum apud regem pruſiam
exularet.& Virgilius.x.de Menelao prothei aduſq; columnas exulat .
Vapulo a te dicitur.Quintilianus.ix.An ab reo fuſtibus uapulaſſet: quod ideo receſſi quia tri
uialis interrogatus ignorabat exemplum .
Veneo & uenio:dictum eſt ab antiquis eo uenum.i.uēdo:ut Gellius iis uerbis.ſues autem fœ
minas ſi ſteriles eſſent uenum iſſent ex edito ædilium poſſe agi. & alibi . Maluit compilari q̄
uenire.& Cicero quoq; in libris de oratore prius dixerat.i.ut furarentur uel diripi.hoc ita ex
ponitur ex uerbis Quintil.qui ait ſic Fabritius reſpondit ſe a ciue ſpoliari malle q̄ ab hoſte ue
nire quos duci addictos prohibuiſſet alibi quoq; ſæpe Valerius de ælia familia:ut niſi fundus
quem unum reliquerat ueniiſſet dotem unde acciperet non extitiſſet.Cicero ad Attic.Futuro
uenibo dixit.Nihil eſt.ſ.emptori loci ſi uenibunt quid fieri poſſit uidimus.Plini xxxvii. Ma
gnificat Arceſilaum .L.Luculi familarem cuius proplaſticen pluris uenire ſolitam ab artifici
bus ipſorum q̄ aliorum opera.dī ueneo nis nit.uenimus tis.eunt.uenire niiſſe.uenii.Supino ue
num unde uenundo.Varro in pluribus locis tum.iii.paria ſingula uulgo ueneunt ꝓpter pe
nuriam magno.Cato olea pendēs in fundo uenebit.Pli.xv.Apio clau.cæci nepote.L. Iunio.
conſ.olei libræ duodenæ aſſibusueniere.Suet. i Tyberio triſq; mulos.xxx. millibus nummū
ueniiſſe grauiter conqueſtus eſt.Plautus Venūdari ergo ſeruum iube.Sed hoc inter paſſiua eſt
exemplo Plinii.Qui ait Thimomacus bizantinus.Cæſaris dictatoris ætate Aiacem pinxit: &
Medeam ab eo inueneris genetricis æde poſitas octoginta millibus uenundatas talentis . &
apud Gellium.vii.Mancipia coronis.Licere uendi.licitari quoq; legitur.quod inter deponen
tia eſt unde licitari Feſto autore in mercato contendentes .

De nouo genere uerbor: inſito regulis.& inibi triuialia regular: Caput. ix.

QVod aliquæ regulæ ponunt neutro paſſiua.dicit Auguſtinus in grāmatice de neu
tro paſſiuis hæc.Nouellū genus uerbi euphonia inuenit.ut gaudeo gauiſus ſum .
non gaudi.quod mirum ē poſitum inter ordines cum hæc uerba ſint diſperſa per
alia Idiomata.ponuntur in deliramētis triuialibus Mutuo Mingo Cicotrigonizo
Item ebrior.Excuſabunt ſe forſan illo exemplo Plinii.xxxi. Eudoxus & theocritus. Inebriari
fontibus quos diximus referunt non aduertentes multa eſſe quæ ſunt in cōpoſitione admiſ
ſa quæ ſimplicibus carent ut relictus non tamen lictus . Delibutus unguento apud Apuleiū
& alios non tamen delibuo. Vellibrio.Meio latine dicimus.Mutuor & item.i.accipio.ꝯmodo
quoq; uerbum illud ꝓtereo ut In obſcœnis.Riſitq; præterimus contentor contentaris poſitū
in fecutinis.Nam qđ legitur ꝯtētus ut Iuue.uno ꝯtētū carcere Romā nomē ē haud ꝓcipiū.

De Verbis neutris exceptæ actionis. Caput . x.

SVnt quædam uerba neutra quæ in tertiis dumtaxat perſonis enuntiātur.Seruius
in quarto ningit prima & ſecunda perſona caret. nam non eſt in noſtro arbitrio
Sed ad deum pertinet . aliqui tamen . Martianus in geometria in liguria campi
ſunt appellati.ꝙ dimicante eo.i.herculæ ſaxis ferunt pluiſſe cœlum. ideo non nu
merant inter defectiua:quia docente Priſciano per proſopopiiam accipiunt alias perſonas.ali
quando ut ſi fingamus deum dicere ego pluo.& ſi alloqui fingamus deum dicamus tu deus
pluis.Seneca in hyppolito.in me tona in me fige me uelox cremes . ibi loquitur hyppolitus
ad Iouem.Similiter ſi dicamus tu latras.i.uideris latrari.Iuuenalis appula gannit ſicut in am
plexu & methaph.in aliis perſonis.Varro cui Coſſutius.quoniam balaſti iquit o fauſtule ho
rum igitur uerborum duplex eſt ratio.Alia ſunt quæ per proſopopiiam ideſt conformationē
uel apoſtropham.Si Priſciano credimus deo tribuimus . Altera uero per methaphoram hoc
eſt tranſlationem recipere poſſunt perſonas.Prioris.exēpla ſunt pluit ningit fulminat tonat
coruſcat.Altera uero:ut balat hinnit latrat grunnit: & ſimilia.Exceptæ actionis dicūtur uerba

quia non omnibus datus eius actionis modus naturaliter.non ut triuiales aiunt.quia regunt
nominatiuum qui ſemper intelligitur deus.freti Priſciano:ſunt enim abſolutæ interim d'fini
tæq; ſignificationis.ut illud nocte plutit tota.Ouid.iiii.faſtorum . da ueniam culpe nondum
degrandinat obſit Agreſti fauno ſuppoſuiſſe pecus.& Virgil.in geor.Aut boreæ de parte tru
cis cum fulminat &cũ euriq; zephiriq; tonat domus.Igitur priora ſũt ut pluit:ut ex Martião
in dialeticis:quia ſine caſu tertiæ perſonæ actum ſignificat.quæ ſpeties remota ab aliis. Altera
uero ut latrat dicuntur exceptæ quoq; actionis:quia nulli in tertia perſona cõuenit actus ille.
niſi cuius eſt proprium:ut latrat canis:quo iure Chariſius appellat ea uerba omnia naturales
actus.q; caſus non ſubintelligatur interim ſed ponatur.probat Virgil.in georgicis non deſior
aere grando.nec deconcuſſa tantum pluit:illice glandis.Plinius.ii.effigies quæ pluerat ſpon
giæ fere ſimilis fuit. Vetruuius.ii:Qua poſſit ex hymbribus aqua pluere.Statius.vii.thebaidos
Infeſtumq; tonat pater:& mala fulgura lucent.viii.quoq; ait.Cum Iuppiter omni axe tonat
& inferius ſaxa pluunt uolucres imitãtur fulgura glãdes.Martialis:Sic tonat ille deus.Cũ ſine
nube tonat:lapidauerat d cælo poſuit Liu.ſeptio tertiæ decadis q; ſimplicia pfecte ſignificent
ſine caſus adiectione aut ſubintellectu:probat Martianus in dialeticis iis uerbis. cum dicimus
pluit iam poteſt eſſe uerum.uel falſum.cum non addamus nomen: quia notum eſt q; pluit.
Cum uero diſputat cum aliquid iam ſignificet:non tamen aut falſum dici poteſt : ſi nomen
non addatur.Hæc ille.uernat.autumnat.fulgurat.ponit Plinius.ii.Cap .Lii. fulgurat.Lvi. &
alibi capit.xcviii.Plin . in epiſtolis. Sed lata oratio magnifica & excelſa tonat & fulgurat oĩa
deniq; perturbat.& Plinius maior in præfatione.Fulgurat in nullo uis unquam uerius dicta
eloquentiæ.Pericles quoq; dictus orando fulgurare tonare cuncta permiſcere. Tranſlatiua ut
te dicas abſolute.Quintii.Galbæ penulam toganti reſpondit : non pluit non eſt opus tibi ſi
pluit ipſe utar.Seneca in queſtionibus.nam ſereno quo cœlo aliquando tonat & pluit. dicit
lapides & lapidibus ut apud Valerium in piceno lapides pluiſſe. & idem cum Solino Plinio
lapidibus pluiſſe.& ſanguine. & carne. & lacte . Liuius in.iii.Iter alia prodigia carnem pluit
quem hymbrem ingens numerus auium uolitando rapuiſſe fertur in monte: albano lapidi
bus pluiſſe.idem primo ab urbe.viiq;.Namq; & lapidibus pluit:& nox interdiu uiſa accendi
idem.x.Nam & terram multifariã pluiſſe & in exercitu. Appii claudii pleroſq; fulmine ictos
nunciatum eſt.In.vii tertiæ pluiſſe lacte dixit.& in.x.de bel.mandonito ſanguinem pluit. &
pluit aqua recto caſu probatum eſt ſupra.diciturq; in hanc regionem impluit. & quare lapi
des pluant dixit Plinius.idem cap.xcviii. ſecundi . & impluit in cauernam idem celebre fanũ
hẽt Veneris paphos in cuius quandam aream noctis impluit.legitur perpluit tectum.i.pluit
per tegulas aqua in domum. Quintil.vi. Cum cœnaculum eius perplueret uidetur autem p
anaſtrophen dici ut perpluit tectum.i.pluit per tectum.Plautus in muſtellaria: perpluunt ti
gna.putrefacitq; operam fabri.In hanc ſententiam dicit Seneca perlucere mendacium.tenue
eſt mendacium perlucet.Dicebatur olim ninguit:ut diximus ex Seruio.& ninguit a ningue.
Lucretius:albas effundere ningues ponuntur dieſcit.noteſcit.ueſperaſcit.obtenebrat.Varro ſe
cundo ruſticorum.& rurſus paſcunt quo ad contenebrauit.Pli.vii.deinde cum ad ueſperauiſ
ſet.cum gemitu precibuſq;.Liuius lapidauerat de cœlo dixit.i.lapidibus pluerat ueis.vii.de ſe
cundo bel.pun.Verba quæ non niſi per methaphoram poſſunt habere perſonas : ſunt quæ
irrationalium uoces ſignificant.ut latrat.hinnit.mugit.glocit.gannit.coaxat . & ipſa iure ap
pellata exceptæ actionis.latrant canes:licet Ennius latrare pro poſcere dixerit : ſumpta a cani
bus ratione.hinnire equorum.mugire boum.& taurorum:balare ouium.Virgil.balantumq;
gregem fluuio merſare ſalubri:Grunire ſuum.Cic.in tuſc. ait Grunitum cum iugulatur ſus:
fringultiunt luſciniæ ponit Apuleius in floridis.idem in coſmographia dicit coruum clangere
& Colu.anſerem legitur.Terrinat perdirũ eſt ut docet Pollux.Equit equa cum appetit equũ
unde equienti mulæ ſcribit Colu.Glocit gallia incubens idem autor oua q; recentiſſima ſup
ponantur glocientibus:ſic.n.ruſtici uocant aues quæ uolunt incubare:pipit dicitur apud eun
dem pullus cum primum natus incipit facere uocem.Coaxare ranarum eſt. Rudere aſinorũ:
Perſius Findor ut archadiæ pecuniara rudere dicas Virgil.uero de leõibus prima correpta po
ſuit.Sera ſub nocte rudendum:& ſic ratione ſignificati abolere Syllabæ repugnantia. Barrhit
elephas:Pli.x.Nam barrhus dicitur elephas Horatius.Nigriſq; ſimillima barrhis.Barrhitus di
citurq; clamor militum romanorum qui prius non attollebantur q̃ utraq; acies iungeretur ſi
gnificat Gellius manifeſteq; oſtendit Cæſar in comment.non fruſtra ſinquit antiquitus inſti
tum eſt ut ſigna undiq; continerent clamoremq; uniuerſi tollerent quibus rebus hoſtes terre
ri & ſuos incitari exiſtimauerunt . Quædam uſus autorũ fecit ſimilia ut alluit muros fluuius
ideſt labitur apud muros.Tacitus amnem araxem qui mœnia alluit ponte tranſgrederetur :

pertinet nam rariſſime pertineo. Et uerbũ illud ualeat ualeãt. Terẽt. in Andria. imo habeat ualeat u uat cũ illa. & alibi ualeãt q inter nos diſſidiũ cõrunt hoc eſt recedant: ut Lactãtius quoq; ſentit: qa diſcedentibus & mortuis dr̃ uale: ſic Plau. in rudente uel ſuda uel peri algu uel uale. Virg. Iamq; uale & nati ſerua cõis amorẽ. Sic ut ſalue qđ defectiuũ uiris & p̃ſentibus q aderit aut ſtabit. Virg. Cõtinuo ſalue fatis mihi debita tellus. Cic. ad att. Indicatiuo huius uerbi uſus eſt dicens: & ſaluebis a meo Cic. Plau. in truculento. Salue ſatis eſt mihi tuæ ſalutis nihil morior nã ſalueo: ualebis ẽt dixit Martialis: cũ pinguis mihi turtur erit lã tũ ualebis. Et in epiſtolis Si uales bene eſt ego qđẽ ualeo. Item iubeo te ſaluere. qđ & poetæ Horat. uerbis amatorẽ fuſcũ ſaluere iubemus. Cic. ad atti. ſaluebis a meo cicerone. Donat. dixit, Valeant imp̃cationis & renuntiationis eſt uerbũ: additũ eſt ꝯſtat. i. manifeſtũ eſt. Tinnit dicitur non tinnio: ut quidam cõmentator. ſomniat Perſius ſatyra: neq̃ ſubærato mendoſum tinniat auro. Si tinnitus ut ẽt docet Diomed. & recitauimus. iii. uolumine: eſt fabricatæ materiæ colliſio qũo tinnio dicimus & ſimiliter reboat. Virg. iii. geor. Reboant ſyluæq; & magnus olympus: hic. n. actionis modus non eſt rõalis. unde ẽ qđ Seruius ait Reboo. caret exẽplo niſi metaphora: uel mimiſi dicamus rõem uidetur probare Priſc. Nam coax taratantara. modos caſuũ nõ admittũt: ni per plaſticẽ ut Papirianus fiat coax & mimiſi inde coaxo: hoc aũt ſterile qđ nomen eſſe ꝓbat illud Ennii at tuba terribili ſonitu taratantara dixit. Sicilit quoq; ẽ apud ueteres dicit Varro in re ruſt. pratum ſicilire. qñ in ſectione remanſit aliqua herba intõſa unde a ſectiõe ſicilire dr̃ Gẽmet quoq; cũ fit oculus dr̃ in uite. flexus eſt tertiæ perſonæ unde gẽment quoq; in plurali dixit Colu. & alii ſcriptores. Sic ẽt pucet: imputretq; ut Perſius q multa fidelia putet. Colu. Ipſum animal mus oleo necatur merſum & cum imputruerit conteritur. Addimus decoxit. quod defectiuis ineſſe putant unde decoctores Columella. res ipſa tamen decoxit domino: eſt enim decoquere patrimonia abſummere: unde decoctio abſumptio. tractum ab iis qui gulæ uitio omnia conſummunt coquendo: ideſt arte culinæ. & decoctor Plinius: non apud antiquos numerus ultra centum milliaritaq; hoc hodie multiplicatur: ut decies centena millia aut ſæpius dicantur. fœnus hoc dicit nummus que percuſſus. poſtea diuites cognominati dummodo notum ſit eum qui primus accepit hoc nomen decoxiſſe creditoribus ſuis. Valerius Maximus: Quid craſſo nonne pecuniæ magnitudo locuples nomen dedit. Sed ei poſtq̃ inopiam turpẽ decoctoris ſuperſtitione immiſit. Si quidem bona eius a creditoribus quia ſolidum præſtare non poterat uenierunt. Sapit ideſt ſapidum eſt quidam addidere.

De Neutris quæ in uoce actiua ponuntur pro tranſitiuis paſſiuis & item quæ pro actiuis accepta. Caput. xi.

INundant ſanguine foſſæ: pro inundentur: ſimiliter uergit pro uergitur. Coeo nõ coeor dicitur pro conuenire. & tamen Cicero dixit coin ſocietatem: & multum coitur humani generis apud Lucanum eo modo quo aratur & reliqua hoc genus. Cicero in Tuſcul. Sed ultro appetendus ſubeundus dolor. Perſius quoq;. o Iane a tergo quem nulla ciconia pinſint. & tamen nullus legit pinſor: uel excuſetur Priſcianus talia uerba tantum in tertia perſona accipiantur paſſiue. Idem ponit aſſimulo. ut Virgilius formam aſſimulata camertæ.

Idiomata exceptiua uel electiua neutrorum. Caput xii.

GAudeo gaudium uiuo uitam. Seruio ſeruitutem dicitur ut iam libauimus. Cicero ad Trebatium in topicis. Qui ab ingenuis oriũdi ſunt ne id quidem ſatis eſt quorum maiorum nemo ſeruitutem ſeruiuit. Gellius primo cuius parentes alter amboue ſeruitutem ſeruiuerunt.

Parco tibi pecuniam. i. ſeruo. Virgil. x. Argenti atq; auri numeras quæ multa talẽta gnatis parce tuis unde parcus dicitur ideſt conſeruator. Sic apes parcæ dicuntur a poeta. i. ſeruatrices.

Exulo Ferrariæ apud gallos diximus ſuperius ex Valerio.

Incido in æs profitentur docti & in ære doctiores poſſe dici aſſẽ mant. Q. Sidonius ad Apolinarem ſuum. Illud ſane uelut atticas leges ita in ære credite inciſum nos ſub ope Chriſti &c. Plinius in panagyri. Quæ uos patres conſcripti ne qua interciperet obliuio & in publica acta mittenda & incidenda in ære cenſuiſtis. Cicero in oratione de ſignis id non modo conſcripſerunt uerum etiam in ære inciſum nobis tradiderunt. Plinius. xxxiiii. Cap. ix. Tabulis æreis in quibus publicæ conſtitutiones inciduntur. non obſeruauit hæc Valla.

Cœno apud te Cicero in epiſtolis ad Lentulum ea die cauſa apud Pompeium cœnaui. Plini. in epiſtolis. potes apparatius cœnare quod multos. & cum Iulio cœnaui dici poteſt ut probauimus in præpoſitionibus.

Abhorreo ab hac re & hanc rem dicit. Terẽt. abhorrẽti ab re uxoria Catullus in epithalamio.

Sæuaq; abhorrebas priſci precepta parentis. Suet. ut obſcœnum obſtentum abhorrentibus nic in galba & in uitellio. Adhuc abhorrẽtes quoſdam cadauerum tabem in anguſto pumil os atq; diſtortos & omnis generis eiuſdem: ut ludibria naturæ adhorrebat. Cicero in officiis quod adhorreret ab ipſa oculorum animiq; cõprobatione. dicimuſq; abhorreo a te uolunta te. Curcius. vii. nec colore quidem abhorret a cæteris.

Deficio a te. i. fugio a parte tua. Cic ad Caſſiũ. Qui cum illo a re. p. defecerunt alii achiuis infe (runt.

Influit in lacum. Cæſar multis capitibus in occeanum influit.

Poto apud te & tecum dicitur. Sed illud intelligitur domi tuæ: uel tuis ſumptibus. Terẽtius in phormione. Nam potaturus. eſt apud me hodie.

Renũtio tibi de re tua. & renuntio liti uocabulum eſt iuris. Sulpitius ad Ciceronẽ. Cum mihi eſſet renuntiatum de obitu Tuliolæ tuæ. Legulei dicunt renuntio tibi omnia mea iura cum dicimus renuntio liti. uis eſt abſoluta eo pacto quo dicitur inuideo tibi. idq; ſignificat tenuo litem pro iuris forma. ſto iudicio tuo dicit Cicero. viii. ad atti. & alii.

Mereo de te. i. facio tibi beneficium. Virgil. Si bene quid de te merui. & in deponenti uoce a Cicerone & eloquentibus dicitur de me optime meritis qui mihi fecere beneficium. Adſum pugnæ & in pugna. & ad pugnam. Virg. v. æn. Nunc ultro ad cineres ipſius & oſſa parentis haud equidem ſine mente reor ſine numine diuũ Adſumus ad negotium. Terent. in phor. atq; alie mihi aduocabo amicos qui ad hãc rem adſient. Cicero. ii. de oratore in pauli pugna non affuerat. Liuius. xlviiii. die tamen dicta ad quam non affuerat igitur adſum ad diem di ces pugna non affuerat. Reſpondeo ad argumentum. Vetruuius ſecundo cum eximuntur non poſſunt ad id reſpondere.

Abſum magno ſpatio. & magnum ſpatium. Cæſar. ii. reliquæq; legiones magnum ſpatium abeſſent. Virgilius. nec longis inter ſe paſſibus abſunt. abeſt tibi. Ouidius. Virque mihi dento ſine carendus abeſt. abſum a te. Ouidius in arte. Inſidiæ ſacris a uatibus abſunt. Q. Curtius. . viii. haud procul abſum a fine mundi.

Ignoſco tibi ſcelus. Terentius in phormione. Ego nauſiſtrata eſſe in hac re culpam meritam non nego. Sed eam quæ ſit ignoſcenda. Cicero ad Atticũ. quod uelim mihi ignoſcas. & ali bi a te peto ut hoc mihi ignoſcas.

Gaudet mihi animus. Terentius in eunuch.

Sacrificio tauris lito uictima. Virgilius animaq; litandum argolica.

Pendo tibi pœnas. i. punior. Virg. cui pendere pœnas. Cecropidæ iuſſi & pendet animi ideſt animo dubioſo eſt. Cicero ad Atti. oſtendis te pẽdere animi & alibi potius q̃ animi pẽdeam.

Inquiro a te dicimus. Seneca. inquiro a te & ab omnibus ſciſcitor.

Excidit mihi ſcalprum. Diomedes. qui ait quoq;. ſuccurrit mihi hæc res ideſt uenit in mentẽ.

Spero abs te bonum. Cicero ad cunonem: quæ ad ſumma uirtute ſummoq; ingenio expectã da ſunt: & ante ſcito ea expectari a te.

Indulgeo me & tibi Teren. in eun. hercle me nimis indulgeo. Iuuenalis. indulge ueniam pue ris dicit damaſippus ad illos.

Venit mihi in mentem huius rei. Diomedes Macrobius primo ſatur. uenit ecce illius uerſus pomponiani in mentem qui ex atellana. Cicero in uer. Cum mihi tyndaritani illius uenit in mentem. & in libris de oratore. totiens tibi tuarum uirtutum uenit in mentem. Gellius pri mo. tibi quoq; illius concionatoriæ uenit in mentem. & uenit in mentem cui ſeruiuerim. Virgilius. non uenit in mentem quorum conſederis aruis. & uenit hæc res in mentem. Cic in uerrem uenit tibi in mentem nunquam. p. r. dignitas.

Communico cum iulio de multis. Communico cum iulio. communico hanc rem uel con ſilium. Suetonius cum pluribus de ratione belli communicauit alibi duo conſilium cõmuni cauerũt. Varro in primo de re ruſtica Cõmunicandũ quoq; cum iis. quæ facienda ſunt opera Cicero. C. Marius cymbricæ uictoriæ gloriam cum collega Catulo communicauit.

Deſiſto cœptis. & ab incepto. hoc Diomedes Virgilius. me ne incœpto deſiſtere uictam.

Diſcrepo. diſſentio. diſſideo a te elegantiam ſignificat Diomedes. diſcrepo ab ignauo. diſſen tio ab æquitate. diſſideo ab opinione. Cicero diſcrepat a timendo confidere. & ad Atticum. quid ualde diſcrepat ab iis epiſtolis.

Doleo hanc rem. hac re. dolet mihi caput. Cic in tuſ. dũmodo dolent aliquid doleat quod iu bet. Sulpitius ad ciceronem. An illius uicem credo doles. Marius Ciceroni. uiri ampliſſimi. do leo grauem cauſam. Columella. ſi equo maxillæ dolent calido aceto fouẽdæ. doleo ab animo doleo ab oculis doleo ab egritudine. Plautus in ciſtellaria dixit.

Lugeo uitam. Cicero. quid ego nunc lugeam uitam hominum. in tuſc. ubi etiam cum fi

lii mortem mœreret.& ad Atticum formam rei publicæ lugeo. Eo inficias .i. nego uerbum Gelii.Liuii.& doctiſſimoꝝ.Liui.xi.eunt inficias.

Permiſceo aquam uino.Colume.ſunt qui multitudini ſtudentes aquam ficis permiſcent.Aliquando actiue ſed rariſſime.Virgilius.Se quoq; principibns permixtum agnouit achiuis.

Meio abſolute dicitur Perſius extra mēte.& aliquando datiuum quale eſt illud apud eundē patritiæ Immeiat uuluæ.Quod ſi talibus uerbis uti cū honeſtate uoles dicere potes uādo ad requiſita naturæ.Sic legitur in Saluſt.hiſt.ad requiſita naturæ properantem.

Satisfacio tibi debitum.& debito.Cato in re ruſtica.Doni cum pecuniam ſatisfecerit.aut delegerit pecus & familia quæ illi erit pignori ſunto.Et ſatisfacio d Cæſare ideſt pro Cæſaris debito.Seneca.lachrymas ſollicita mater abſtergit.cui de pedagogo ſatisfactum eſt.

Memini hanc rem & de hac re.& huius rei dici oſtendimus in ordinario idiomate.

Concedo tibi meritis.uel ſcientia.Syllius Italicus.meritis non conceſſure Camillo.

Aro.Aſino.æquo.uacca.boue.tauro.non cum aſino.Varro in re ruſtica.non ibi bubus grauibus.Sed uaccis & aſinis.q arant eo facilus ad aratrum leue adduci poſſunt ad molas.

Gemo dolore.& Gemo caſum amici.Virgilius.Præcipue pius æneas nunc acris oronti: nunc amici caſum gemit. & crudelia ſecum fata lyci.fortemq; gyam.fortemq; cloantum.

Viuo in diem & in horam.Arbores uero in horas non in horam creſcunt.Cicero itaq; quinta philippica.Hæc qui in horam uiuerent.non modo de fortunis. & bonis ciuium. ſed ne qdē de ſua utilitate cogitauerunt.Virgilius.Gallo noſter amor tantum mihi creſcit in horas

Sufficio ad rem.Quintilian.in primo.Ad quas mens nec corpus nec dies ipſe ſufficiet. & in quinto ad quod ſufficiunt intentio.ratio.

Subeo tecto tectum & ad tectum.Virgi.Iamq; propinquabant tectis muroq; ſubibant.alibi hæc limina uictor alcides ſubiit.& alibi ad tecta ſubibant pauperis euandri.

Aſſentio tibi & aſſentio abſolute & aſſentior ut obiter declaretur.Fab.dictum adhuc non intellectum dicitur.uerba ſunt Fabii.Nam ſiue eſt falſum aſſentior.Siſenna dixit aſſentio,multiq; hunc & analogiam ſecuti.Siue illud uerū eſt:hæc quoq; pars conſenſu defenditur. At ille pinguis pexuſq; doctor:aut illic detractionem aut hic adiectiōem putabit eſſe.eſt ordo. Siſenna dixit aſſentio multiq; hunc & analogiam ſecuti.ſ.ſunt illud aſſentior ſcilicet quod abnuit Siſenna.ſiue falſum.ſiue uerum eſt.hæc quoque pars ſcilicet aſſentior defenditur.q.d. utroq; modo dicam. per tranſmutationem cum utrinq; ſit imitatio. pexus autem & pinguis ideſt imperitus rudiſque doctor putabit fieri in altero detractionem in altero adiectionem. multa enim uerba dici per tranſmutationem caput hoc probat.Adiectio uero & detractio non fiūt niſi in præeſiſtenti materia:ut docet Philoſophus.ideo hæc fit partibus uerborum:ut nutritor pro nutrito.non uerbis rudem & imperitum doctorem interpretamur præter commentariorum opinionem ſententiam noſtram probat Cicero.qui modo aſſentio modo aſſentior dixit.ut in primo ad Atticum Ciceroni nullum.S.C.facienti aſſenſerunt.& in ſexto eiuſdem puerum inquies & fortaſſe fatuum & non grauem & non continentem aſſentio fieri non potuit.& ad Lentulum.bibulo aſſenſum eſt.de tribus legatis.Plautus quoq; in amphit. Adſunt teſtes qui illud quod ego dicam aſſentiant.Cicero ad Atticum quoq; .ii.Cenſuit hæc Cato.aſſenſit ſecutus equiti.Ad Cælium uero.Competitor tuus & item meus aſſenſus eſt ei. & in ſeptimo ad Atticum.Eſ porro aſſenſus eſt familiaris meus.& in tertio Pompeio aſſentior.pluria ſunt de hoc Ciceronis exempla. Non ignoro Gellium. xviiii. ſcribere muneror pro munero.ſignificor pro ſignifico.ſacrificor pro ſacrifico.aſſentior pro aſſentio.Sed Quintilianus doctior Gellio.viiii.ſic ait.Quod mirum minus eſt.quod in natura uerborum eſt.& quæ facimus patiendi modo:& quæ patimur.ut uapulo.ideoq; frequens permutatio eſt. & plura utroq; modo efferuntur.luxuriatur luxuriat.fluctuatur & fluctuat.aſſentior & aſſentio. hæc ille. Quæ uerba noſtra manifeſte probant ſententiam a grammaticis non animaduerſam.

Parco tibi. & parco tibi iniuriam. Interim abſtinere dicitur unde eſt parce furori. Parce lachrymis & hoc genus locutionis unde parcus homo & parſimonia.Species quidem abſtinētiæ a theologis memorantur.

Affluit Cæſari amor.Ouidius de remedio.Affluit in cautis deſidioſus amor.

Tempero mihi.& tempero a lachrymis.Cicero epiſtolarum.x.Sed uſq; mihi temperaui.Virgilius quis talia fando temperet a lachrymis & hoc ſupra.

Laboro abſolute.Iuuenalis.una laboranti poterit ſuccurrere lunæ. laboro hanc rem Virgilius arte laboratæ ueſtes.laboro ex renibus.Cicero in tuſc. nam cum ex renibus laboraret. ipſe in eiulatu clamitabat.

Sudo in humorem dicitur.Valerius max.in ſicilia duo ſcuta in ſanguinem inſudaſſe.

Diſpartio opus i libros. Cic. hæc græci i ſingulas ſcholas diſptiũt. & alibi rẽ definit gña diſptit.
Congruimus inter nos. Cicero ea congruunt inter ſe. alibi datiuo cum finem bonorum ſen-ſerint congrue naturæ. Fabius interſe congruunt præcepta. & experimenta. Congruit ad mores. Gellius. xii. nihil prorſus ad noſtras pauperrimas litteras congruentem.
Ludo aleis & aleas. ludo troiam & ludo troia. Suetonius in Iulio. troiam luſit. turma duplex maiorum numerus puerorum.
Detraho tibi detraho de te. i. obloquor in uituperium tuum. Cicero ad atticum. ille in achaia non ceſſat de nobis detrahere nihil uidelicet tuæ litteræ proferunt.
Fido tibi & te dici poſſe diximus iam. legimus quoq; fido amicum. Sta. ii. in theb. martiſq; ex ſemine theron. terrigenas confixus auos. ita legendum affirmat Priſcianus. Si uerius con-templemur ſermo eſt figuratus ut intelligamur confiſus terrigenas eſſe auos.
Hæreo muro dicitur. Virgil. hærent parietibus ſcalæ & in muro. Ouidius. Iunctoq; in corpore inhærent. Virg. v. æn. Saxis in prominentibus exit. Terentius in eodem luto hæſitas. Cic. Diſcuntur & inhæreſcunt penitus in mentibus. hæreo ad murum. Plautus in pſeudulo. Ne ad fundas uiſcus adhæreſcat.
Studeo huic rei in hanc rem & in hac re. Quintil. queadmodum pictores in id ſolum ſtudẽt ut deſcribere tabulas lineis ac menſuris ſciant. Gellius. x. Si quis in ea re ſtudebat aut ſe ſe ad conuiuia applicabat. & ſtudeo apud Platonem. Quintil. xi. ideoq; ipſe tam diligenter apud Andronicum hyppocratem ſtuduit. quod eſt docẽte Hyppocrate. Cicero in Saluſtium nihil aliud ſtudet niſi ut lutulentus ius. Titinius in pſaltria ferentinatis populus res græcas ſtudet. Fabius alibi in quam rem ſtudendum ſit.
Excello fortis. i. ſum excellentior. Cicero pro Pompeio. Hunc hominem tantum excellere cæteris & in rhetoricis. de Zeuſi qui tam lõge cæteris excellere pictoribus exiſtimabatur.
Antecello. ſic quoq; in Pompeiana Aſia uero optima eſt & fertilis. & ubertate agrorum & uarietate fructuum. & pactionis magnitudine. earum rerum: quæ exportantur facile omnibus terris antecellat. Similiter anteſtabat cæteris uenuſtate dixit Gellius libro. vii. dictum. iii. idiomati. Indo medicinas in mel. i. impono. Cato medlolos qui indat & plumbet. & alibi marmor ſi indes in culeum. & alibi in fiſcellam indito. unde inditum nomen. i. impoſitum.
Prodeſt mihi ad negocia. Plinius allium ad multa ruris & precipue medicamenta prodeſſe creditur. Ire pedibus in ſententiam apud Liuium & Gellium. unde pedarii ſenatores. & pedarea ſententia. Pendet animi. Cic. iiii. tuſc. Exanimatuſq; pendet animi. i. in ſuſpẽſo & ſollicito eſt. Cælius ædilis ad Curionem. Ego quidem uehementer animi pendeo.
Præſto fortio ingenio dicimus. Saluſtius præſtare cæteris animalibus. Fabius. ii. qui eloquentia cæteris pſtet. & cum accuſatiuo. Idem pſtat ingenio alius alium. Virgi. Ibo animis contra uel magnum pſtat Achillem. Teren. uero in eun. homo homini quid pſtat. Gellius menedemus & Theophraſtus ingenio atq; doctrina cæteros præſtabant.

Neutrorum gloſſemmata. Caput. xiii.

Averuncare eſt uiolenter extrahere. Cato uiduertatem. uaſtitudinem. calamitatem intemperieſq; prohibeſſis. defendas auerunceſq;.
Plumare plumam facere. Gellius. ii. pullis iam iam plumantibus.
Bubulcitare fũgi officio bubulci. Plautus docet me amare & te bubulcitare. Apuleius in primo floridorum. Eſt apud indos gens que nihil amplius q̃ bubulcitare nouit.
Buccinare eſt bucca uocem emittere. cum uocentur porci. & buccina ſignum bucca factum. licet alias pro inſtrumento bellico. Varro Subulcus debet conſueſacere omnia: ut faciant ad buccinam. primo cum iam incluſerunt cum buccinatum eſt aperiunt ut exire poſſint. tomicare a uetruulo poſitum. Ivii. ſignificat per extra minute incidere ut uideatur folia ſparthi tomi. n. græce ſectio & thomica apud eũdem uideatur dici quod uulgo dĩt phriſum. Betere. i. ire ex Varrone poſuit Marcellus. mulierem foras betere iuſſit.
Saluiare apud Columellam aliqui ſaliuare dicunt eo medicamine ſaluiandum pecus ægrotũ Saluiati uocabulum. & ſaluiato alibi eſt. Eſt autem ut ipſe autor oſtendit cum ſale addito ſub liquidum emplaſtrũ. Saluiare uerbum ipſe circũſcribit. Itaq; & fœtæ cythiſuſq; uiridis ſi & torrefactũ ordeũ maceratũq; eruũ pbet & tenerius ollus torrido mollitoq; millio & per uiã lacte ſaluiet. Eſt igir ſaluiate ſaluiato medicare qd' ruſticũ eſt Aliqui non indocti ſaliuare & ſaliuare & ſaliuatum legunt. iudicent hæc critici.
Protitat icitare Colut peluſiaci ꝑritet pocula zithi. Se. xxiii. & icertus fui quẽ ſpes aliq̃ ꝑritet
Reciprocat fretum euripi dixit Liuius. xxviii.
Frigutdire. ſubtiliter agere & uafre ponit Plautiades.

Catillare eodem docente eſt per alienas domos gyrare. a canibus tractum putat remantius.

Illatebrare.Q.Cladius poſuit in primo annali ut Gellius docet.

Diurnare diu uiuere ex ea figura qua eſt perennare docet Gellius.xvii. illud a diurnis hoc a perennis uidetur inflecti.

Edulcare quo matius in mimiambis uſus teſte Gellio eſt dulcius reddere uerba illius ſunt. qua propter edulcare conuenit uitam.

Albicaſſit aliq legunt albicaſſit paragogũ eſt ab albeſco.uſus idem Matius. Et hoc ubi de inchoatiuorum ratione.

Idem quoq; Antiſtare.i.præcellere docet.& Venuſtare hylarare.

Mutire apud Tere.in and.itaq; nihil mutire audeo:neq; dicere.neq; facere aliqd.ex Ennio eſt referẽte Donato.Perſius men mutire nefas a mutis dictum ait Varro q nil aliud q̃ mu dicit

Muſſare.tacere. Virgilius muſſat rex ipſe Latinus.

Blatterare eſt ſtulte uel inaniter loqui.ut Feſtus quoq; docet.

Lutare.luto circunlinire.Cato amurca omne quod lutaueris.

Palare.uites dicitur ad palum religare uel plantare palum uiti.Columella.uitis paletur & capite tenuis alligetur alibi pallatam uineam dicit.

Obacerare.obloqui.alteriuſq; ſermonem mole teimpedire.autor Feſtus.quod ſumptum uidetur a paleis quas.g.ακυρα uocant.Itaq; frumentum & panis non ſine paleis acerofum dicitur.Item lutum aceratum paleis mixtum.

Verare.eſt uerum dicere ut Gellius refert ex Ennio.xiii.annalium.Satin uates uertãt ætate in agunda.Cratire poſuit Plinius.xviii.a crate qua uerrunt poſt arationem per arua.

Replumbari.poſitum a iur ſconſulto.ff.de auro & argento legato.pro eo quod eſt reuelli:& reſolui.emblemata & uaſis & lapidibus incluſa replumbari.& plumbare Cato dixit.

Diluculare.diluculum fieri.Gellius.ii.icцirco die craſtino ubi primum diluculabit.

Palmare eſt materies alligare.ponit Columella.

Tertiare tertio ponere.ſic Iterare.iterum facere.eodem autore.ea q; ſi difficilis eſt ſcinditur operis tribus iteratur duabus.tertiatur una.& tertiatum ſolũ alibi dicit. Et tertiariũ legitur alibi a Pli.Sed alia eſt ſignificaturus materia.

Subare dicitur cum libidinantur ſues.unde tranſlatio in cætera animalia ut docet Porphirio Pli.x.Verrem ſubantes audita uoce niſi admittatur.cibum non capere uſq; in maciem.

Puluerare.in puluerem reducere & puluera tio ſcriptoris de agricultura eſt.

Inurinare.hoc tamen aliqui negant gloſſemma.Columella. lacus piſcinaq; manu fiant: ut ſint quibus inurinare poſſint aues.i.natare uel mergere ſe natando.

Decacuminare.eſt arborem infra cacumen incidere. Columella ulmus anteq̃ librum demittit:decacuminanda eſt iuxta ramulum.alibi etiam hoc uocabulo Plinius.

Diuarico diuaricas.eſt quod ſeparo uel ſcindo.Varro ne cuius ungulæ diuaricent unde diuaricari rami dicuntur a Catone.

Obſtringilare.eſt uerbum fictitium a ſtrigibus ut aliqui putant.quod fit in deriſionem & detractionem.i.oponere uel contradicere. Varro obſtrigilandi cauſa ſingulinas reprehendis.Antiquarii Strium anguſtum ante Lacuna ſtria.apud Varronem quam ſulcus ob uomerem facit.unde obſtringulare dicunt quando homines in deriſionem labia comprimunt.Alii a contrario.Nonius Marcellus ait obſtrigilare obſtare.quod uerbis probatur Varrõis. Quod curio cum id feciſſet dicebat amicis.ut ille nunciaretur ſe obſtringulaturum.ne triumphus decerneretur.aut iterum fieret conſul.alii a ſtrigibus ſunt aut ſtriges ordines inter ſe rerum coniunctc collocaturam a ſtrigendo docet Feſtus.

Emplaſtrare Gloſſemma eſt notum.quod & arboribus uitibus ad ſignificant ſcriptores ruſticorũ.Lignare.i.incidere ligna:uel portare. Liuius.xxv.lignatũ pabulatũq; progreſſos excipet.

Trulliſare ponit Vetru.lv.teſta his uerbis tecta cum calce trulliſſetur. Inflexum uidetur a trulla uaſe Iuue.ſi trulla inueſo crepitũ dedit aurea fundo uñ trulliſſare.i.in formã trullæ cõponere

Polluctare eſt lautum & ſuptuoſis ſacrificium facere unde polluctam caſtori dixit Nonius unde egregio meo iudicio Thadeus ugoletus parmenſis pollicibiliter in moſtellaria Plauti largiter & ſplendide interpretatur.

Grandire.apud Catonem.ab hoc ingranduit.ponit Columella.

Apuleiiana Gloſſemmata omittimus.tanquam opifice ſuo contenta.præterea nõ omnia aucupari profeſſi ſumus bonos uenatores imitati.

De Neutris & deponentibus quæ idem nunc ſignificant: & quæ olim uel diuerſum: & tamen effigie uel ſcriptione ſimilia. Caput. xiiii.

Reuerto dicimus & reuertor. Cicero. qui ſemel egreſſi nunq̃ domum reuertere pro reuerterũt. & alibi ſi ille non reuertiſſet monendum eſſet. Ea in iii epiſtolarum. ut uidit intereſſe tua: conſcendens iam nauem epheſo laodiceam reuertit. Varro ante quam exeant paſtum & cum reuerterunt. Cic. ad Cecinnam. eo die tamen ad me reuerterunt. Cæſar de diuitiato gallo dimiſſis heduorum copiis ad eum reuerterat. Cicero ad Varronem. ſaniores q̃ qui miſſis opibus. domum non reuerterunt. Val. max. v. Si in urbem reuertiſſet. & Liuius. viii. Sed cum reuertiſſet potiſſimum ex tribunis conſularibus habuiſſe.

Contriſto contriſtor. Seneca alii lectio ingenium & ſtudio fatigatum non ſine tamen ſtudio reficit: nec ſcribere tantum nec legere tantum debemus altera res contriſtabit: uires exhauriet de ſtilo dico: altera ſoluet ac diluet. Virgilius contriſtat puluere cœlum.

Mereo & mereor. Virgil. ſi bene quid de te merui. Terent. hoc unum ſcio hanc meritam eſſe ut memor eſſes ſui: uñ demereor: Quint. Simul ut amãtiſſimos mei pleiore demerer obſequio

Aſſentio & aſſentior. Sed hæc alia declarauimus narratione.

Fabrico fabricor. Cicero. ut. n. pictores & hii qui ſigna fabricant. Quintil. Dum ille uerba fabricetur. Colu. non pigeat iugum fabricare. Cicero: quæ ea fabricatus in cœlo eſſet. & alibi foramina illa patent ad animum a corpore calidiſſimo artificio fabricata eſt natura paſſiue. Plinius. xxxiiii. præterea alio fœdus aſpectu fabricatus eſt.

Auſpico & auſpicor. Gellius. Nam magiſtratus quando prima die eſt eis auſpicandum: & id ſuper quo auſpicauerunt. agendum poſt mediam noctem auſpicantur.

Inſinuo inſinnor. aliqui tamen ad actiua referunt. Virgi. per pectora cunctis inſinuat pauor. Seruius eo loco pro inſinuatur dixit. Quod Marcellus exponit immititur.

Inſinuari ut erudiris placet. conciliari quoq; dicitnr. Suetonius in otone. per hunc inſinuatus Neroni facile ſummum locum tenuit. Idem alio loco congruentia morum inſinuatus. Firmicus octauo. amicus regi corporis pulchritudine inſinuatus. Actiui forma. Iuſtinus cui ſe celeriter officii comitate & ſequendi gratia inſinuauit. Inſinuatioq; dicitur artificioſum exordium. eſt quo non recta uia conciliat ſibi auditores orator. acutiores aſinuando utrũq; putant dictum. Virg. Sinuantq; immenſa uolumine terga. Gellius tertio. In locum inſinuant fraudi & pernicici obnoxium.

Inimico & inimicor. poſita ſunt deſolor deſolo. Virgilius. xi. Vidimus igẽtes & deſolauimus agros.

Pignero & pigneror. ſed aliqui uolunt pignerari eſſe pignori dare uel obligare. Suet. in uitellio. utq; ex aure matris detractum unionem pignerauit. ad itineris impenſas. pignerari pignori accipere. Idem in Claudio. primus cæſarum fidem militis etiam premio pigneratus.

Indago indagor. Cicero ad atticum. hoc tu indaga ut ſoles aſt hoc magis.

Fœnero & fœneror. ſimiliter. Terent. in adel. ne non iſtuc tibi fœneratet.

Lachrymo & lachrymor. Cicero. ii. tuſc. audi ne illachryma.

Adulo adulor. Cicero ibidem punctum cauda noſtrum adulat ſanguinem. hoc eſt lambit ebibit. alio longe pacto dixit Lucretius gannitu uoces adulant. Tacitus uero ne codicillis quidẽ neronem aut tigillinum aut quem alium potentium adulatus eſt.

Meridio & meridior. eſt die dormire. Suetonius ut emanaret in uulgus miſſos a meſſalina uxore Claudii: qui eum meridiantem quaſi britannici emulum ſtrangularent.

Medico & medicor. Virgilius. ſemina uidi equidẽ multos medicare ferentes. & alibi ſenibus medicantur anhelis. Terentius in and. gnato ut medicarer tuo. Plin. quo quaſi remedio medicatur. ne noceri poſſit exciſis uiſceribus.

Partio & partior. Oui. in primo met· Partiri limite cãpũ: Cic· gñã definit· rẽ diſptit· Irẽ ipertio Ter· in eun· plurima ſalute ipartit gnato parmenonẽ ſuũ· Et i ade· Ceſſo herũ hoc malo ipartiri· & ad Atti· Cic· dolorẽq; ſuũ imptire nobis & alibi in tuis maximis curis aliqd ipartias tpis: huic quoq; cogitatiõi· & diſpartior· Plaut· in captiuis· nec querũt cõplecti ſatis ẽt diſpartimini

Præuertor & præuerto. i. tranſeo Virg· primo æn· uolueremq; fuga præuertitur hebrum· ubi Seruius ait præuertitur. i. tranſit & præuertit dicitur idem dixit urbanus· errat igitur triuialis ille regienſis fatuus inſulſus dignus quoto quoq; die ferula qui putauit eſſe imperſonale

Querito· & proquiritor· Apuleii uerbum

Liquo & liquor· Vergi· in georg· Cauis cum montibus humor liquitur· prima longa contra breuem· Lucanus· ereptaq; tela liquauit· Virg· in moreto· Foraminibuſq; liquatur· Emundata ceres· Liqueo liquidus fio· Plautus in caſſina· quandam pro gnatis in ſortiendo deliqueret· & Varro de proprietate ſcriprorum· Quid eſt autem aliquid eius generis: quod liquiſſet in forma eſſet infuſum· unde liquens· Virg· cum liquentia mella ſtipant: alii a liquor

Hyemo.as.& hyemor aris.dicta uidetur.Cic.ad atti.quoniam ſcribis hyematum te in epiro. Horatius contra.ii.ſermo. Defendes piſces hyemat mare cum ſale panis hunc ſecutus perſius infit hybernatq; meum mare.Cice. ad atti.non ſpero te iſtic iucunde hyemare & libenter te quieſcere.Nanciſco & nanciſcor dicta legimus.Gracchus pro ſe ſi nanciſcam populi deſideriũ comprobo rei publicæ commoda . alii nancio non nanciſcor dixere unde uenerit nanciſcor. Auguro & auguror. Virg.ueri ſi quid mens augurat opto.Ouid. protinus illa meos auguror eſſe deos.Non tamen ignoro Seruium ex Plinio dicere augurari eſſe captare auguriis futura. ſed uſurpatum Ouidii eſt. Aliqui addũt mutuo.mutuor.paſco.paſcor.& depaſcor uideãt illi. Opino.opinor.Plautus.in bachidibus pceſtinum eſſe opinio ita eſt gulloſus.

Opitulo.opitulor.Liuius referẽte Marcello in equo troiano.da mihi opes has quas peto pro cor porrige opitula.

Aucupor & aucupo.Cuncto conctor.Contemplo contemplor.Plautus in aſinaria.Contemples meum caput.aliqui inter deſita numerant.

Vago & uagor.Virg.totaq; uagatur urbe furens.Plautus in milite te aliqui uitii probriq; ple nus qui contra uicinos uagas.

Auſpico.auſpicor.Plautus in perſa.lucro faciendo ego auſpicaui.

Scrutor & ſcruto.Plautus in aulularia.poſtremo hunc iam perſcrutaui.

Populo.populor.Virg.populantq; ingentem farris aceruum.Liuius primo ab urbe cum ma gna trepidatione agreſtium populantur.

Bello.bellor. Vigilius Pictis bellantur amazones armis.

Labo labor.labaſco. Virg.labit ariete crebro ianua.Terent.labaſcit uno uerbo tam cito.Horatius.fugaces labuntur anni.

Copulo & copulor.Plautus in adularia.adeunt conſiſtunt copulantur dextras.

Stabulo.ſtabulor.Virg.In foribus ſtabulant.Colu.piſces quod in pratis ſtabulentur.ſaxatiles dicti.& alibi ſtabulantur pecus . melius ad hybernos exortus . Varro φ ibi paſcatur pecus ac ſtabulatur tecte uilla appellatur.& alibi.ſtabulantur turdi ac pauones.in alio uero loco alienũ uero pecus in ſuo fundo paſcat ac ſtabulet.

Fructifico.fructificor.Cic.ad atti.exoſa.n.arbor eſt non euulſa ita q̃ fructificetur uides.

Aemulo æmulor.Apuleius in primo aſini.patris tui uirtutes æmulaueris.

Auſculto auſcultor.i.morem gero.Terent.pamphilum ne adiutem an auſcultem ſeni. aliquã do audire ut Terent.auſculta pauca.refert Priſcianus.tunc erit actiuum.

Digno dignas.& dignor dignaris.Virgi. Tali me dignor honore. Auſonius.Cum uigiles lu minum uocare dignabunt choreæ. hoc tamen aliqui deſitum putarunt. Quidam Elucubro & elucubror ponunt hoc Cicero ad Atticum . Eam epiſtolam quam eram elucubratus ad te non dedi.Item mugino & muginor.Sed hoc legi illud nõ memini.Cice.ad atticum.de ocel la dum tu muginaris ne quicq̃ mihi reſcribis.

De neutris que idem ſignificabant cum deponentibus.ſed uſus deſiit. Cap. xv.

ALtercο altercor. Arbitro arbitror. Amplexo amplexor. Crimino criminor. Digno dignor. Certo certor. Imito imitor. Omino ominor. Miro miror. Præſtolo præſto lor. Oſculo oſculor. Rixo rixor. Preco precor. Læto lætor. Lucto luctor. Largio lar gior. Proficiſco proficiſcor. Sortio ſortior. Modero moderor. Polliceo polliceor. Fru ſtro fruſtror. Minito minitor. Paciſco paciſcor. Recordo recordor. Tuto tutor. Manduco man ducor. Adiuro adiutor. Focillo Focillor. Modero moderor. Prælio prælior. Expergiſco expergi ſcor. Congredio congredior. Execro execror. Percuncto percunctor. Conuiuo conuiuor. Po tio potior. Præſagitur pſagit. Munero muneror. Et ut pleriq; murmuro murmuror. Ad hæc uidetur Gellius ponere contemplo contemplor. Cum ait Plautus contemples ipſe dicit. pro contemplens ſicut Chariſius quoq;. Adulo. meridio. opino. opitulo. aucupo. cuncto. uago. ſcruto. auſpico. Plautus tamen in caſſina. licet dicat abi tu hinc cunctas alii feſtinant.

De deponentibus que exciderunt neutris Gellio docente & aliis. Cap. xvi.

FAtiſcor fatiſco. Virg. rimiſq; fatiſcunt. Significor pro ſignifico. Sacrificor pro ſacrifi co numeror pro numero. ruminor pro rumino. Virgil. pallentes ruminat herbas. & quidam piſces ruminare ait Plin. Igneſcor igneſco. Indagor indago. Fœneror pro fœnero. Cicero tamen ad atti. hoc tu indaga ut ſoles . Inter hæc annumerauit theodorus præſagitur licet contra aliqui ſentiant.

Catholica. Caput. xvii.

H Aec ideo ueteres docente Gellio inter ſe mutua inuerterunt elegātiæ gratia. Quam ut docuimus auctore Chariſio prodit uarietas: a qua ſinonymorū ratio eſt. & pluri um uerborum ſignificantia eadem. ut enſis mucro gladius. pulſo. uerbero. occido. trucido. interimo. huic multiplicibus ſermōibus in unum ſenſum facta cōcinnatio Quare facta ſit uerborum proxima diuiſio. Cum Priſcianus quæ idem ſignificabāt cum neutris & deponentia in deſita ſub uno titulo miſcuerit. & inibi ſententia obſeruatione digna. Caput. xviii.

A Duertendum in idiomatum regularūq; obſeruatione quod in principio fere quinti Plinius de dubio ſermone ait. Non quod autores dicere debuerint. Sed quid dixerunt obſeruet grammaticus. ut ſæpe contendit cum Pomponio Seneca. Autoritatem. n. facit perſonarum & temporis ratio. Non obſcurum ſit illud ideo Enniū. Actium Neuium Pacuuium. Lucretium. ſæpiſſime & Plautum dixiſſe: que repudiata poſteritas omiſit. plurima. n. eorum ut ſanioſa abominamur latinitas principe Cicerone florem ſuū nacta eſt. & ab iis qui ſecuti non degenerat. ideo patauinitas Liuii ſi modo eſt nullā adimit eloquentiæ fidem. & grammatico obſeruationem. licet paſſa ſit obſtrigilantium calumnias. hæc ille: nos igitur fortiti uoces ſumus ut ſex per ſe nota ſit: floreſcq; noui a ueteribus dignoſcantur. De deponentibus primum idioma. Caput. xviiii.

E Fficior bonus. uideor doctus. hac ſignificatione copulatiua recte dicuntur. Aliqua tamen paſſiua funguntur hac figura. ut ſi dicas uocor pius. dicor iuſtus a te. doctus a præceptore fio. certior fio ab antonio. reuertor iuſtus a ſacris. gradior armatus. Idiomatis ſecundi. Capu. xx.

M Ercor ans. uoce deponenti actiuorum quæ pretium imitatur regulam ſignificantium. Virgil. Magno mercentur atridæ. Pli. xxxv. Cuius tabulam argonautas. cxliiii. talentis Hortenſius orator mercatus eſt. ab hoc uerbo uenit mercatus & mercatū participium illud Virgilius mercatiq; ſolum facti de nomine byrſan. alterum nomen ut ad mercatum uado. Terent. in phorm. Ego me rure ſenibus Sanium dicam ire ad mercatum ancillulam emptum. & alibi me aſſimularam ire ad mercatum. Delos quoque inſula mercatu græcorum celebrata eſt ut ſcribit Plin. unde uidetur & mercatus. tus. tui. dici non mercatum.

Obliuiſcor huius rei. idiomatis ordine. Virgil. oblituſue fui eſt Ithacus diſcrimine tanto. Autores quoq; dixerunt obliuiſcor. hanc rem. Virgi. Hinc iam obliuiſcere graios numeratum olim inter cōmunia: unde in buccolicis. Non oblita mihi tot carmina. q uero dicunt obliuiſcor hāc rem in totum. non placent nam Plautus in bacchidibus ait. oblitus ſum omnia.

Recordor. ſimile eſt. Cicero Ampio: Recordare tuas litteras: quibus magnum animum mihi ſemper oſtendiſti. & ad Metellum recordare cætera: & ad curionem: unde ſi quando quod nolim diſplicere tuum conſilium cœperit. poſſit meum recordari. Dicimus etiam recordor de te. Cicero in tuſc. Et quid de te recordere. & in lege agraria. Si recordari de notis hominibus uolueritis.

Diſcrutior animi. & animo dixit diomedes. quidam paſſiuum putant.

Fungimur officio. non officii ut functus magiſtratu. Suetonius ſummis honoribus functus alibi functus prætura. fungimur etiam uirtute. Quintilianus ſexto. Cum omni uirtute quæ in fœminas cadit functa ſit inſanabilem attulit marito dolorem dicimus. Fungor uicem & uice. Suet. in auguſ. Somnii uicem preſidendo fungerentur fungor uice Fabius. Quādo orator poſt queſtionem probationis uice fungitur. hic mortui defæcti dicti quia deſunt fungi officio uitæ & periclis. Verg. Pelagi defuncte periclis. Aliquando accuſatiuū. Terent. functus eſt adoleſcentuli officium liberalis. & in heau. frugi & temperati officium ſum functus. Suetonius in aug. & minore modeſtia ſenatoria munera fungerētur. fructus fato ideſt mortuus dixit Valerius libro quinto.

Veſcor cibo. unde ueſca dicuntur: quæ eſui ſunt ut Feſtus & Seruius. tamq; de homine q̄ de aliis. Plinius. Nunc principatus Scaro datur: qui ſolus piſcium dicitur ruminare herbiſq; ueſci non aliis piſcibus. homo dicitur ueſci ætherea aura dum uiuit. aliquando abſolute ut iam docuimus. Valerius quoq; flacus. iiii. argo. aſtra ſimul ueſciq; iubent ac mittere curas. Horatius ante larem meum ſecundo ſerm. Veſcor hanc rem dictum legimus. Tibullus. uera cano ſic uſque ſacras innoxia laurus ueſcar. de ueſco tamen aliqui dicunt contra lege Gellium.

Vtor communibus. Cicero in offici. de collocanda pecunia & de utenda olim accuſatiuo iungebant: ut Diomedes & Marcellus. Cato uicinas aliaſq; mulieres quāminimum utatur. Suetonius utroq; ſignificauit iu galba adeoq; ſe abutendum permiſit. & tradidit. Cato etiam li

nico uſq; adeo donec caſeum cum melle abuſus fueris. Varro in .iii. ruſticorum: quam rem medici eo nomine utuntur. Plaut. in aſin. quæ utimur græca mercamur fide.

Potior regni & regno. & antiqui regnum dixerũt. Suet. in ueſpaſiano rerum potiretur. Virg. ſceptriſq; potitum: aliquando abſolute. Terent. modo ut potiar. eſt autem potiri optatis: uel que labore acquiſita obtinere. ueluti Cicero. potiri rerum uolunt. Terentius uero patria poti tur cõmoda. Virg. Auro ut potitur. Ouid. Mars uidet hanc uiſamq; cupit potiturq; cupitam Pli. Et nos adeo rerum potiri uidemus. Cæſar in coment. Totius galliæ ſe potiri ſperant. & alibi impio potirentur. Cicero ad lentulum. ſi exploratum tibi ſit poſſe te illius regni potiri. Liuius. iii. de bel. pu. ii. ut potientes rerum ſuarum.

Frui apud theologos dicitur de diuinis. ſed nota mẽtem theologoꝝ quã Laurentius uel par uifecit uel non accepit. uel ſubtilior q̃ deceat cenſor. Sic. n. ex diuo Thoma aquinate fruitur diuinis quia ſolida in cælo gaudia delectationes. non futuræ in iis quieſcit animus aſpectu ipſo diuino: qui totus gloriæ in ſui contemplatione principiũ in quo omnis delectatio. Nõ igitur ab re dicũt theologi ſiquidem frui delectationis. utilitatiſq; eſt & expleti animi. Cicero in officiis. expetetur diuitiæ tum ad uſus uitæ neceſſarios: tum ad perfruendas uoluptates. Et in pompeiana. putatis ne uos illis rebus poſſe frui? niſi. eos qui uobis fructuoſi ſunt conſerua ueritis. loquitur de uectigalibus. Seneca epiſtola. lxxv. Fruũtur uoluptatibus: quas & magis capiunt. & ex facilli ſine ullo pudoris & pœnitentiæ metu. Pli. ad calphurnium. ſine me ſua uitate eius ſine laboribus perfrui. Cic. in tuſc. de Zenone Epicureo. Zeno iſtorum accutiſſi mus contẽdere & magna uoce dicere ſolebat eſſe beatum qui preſentibus uoluptatibus frue retur. Confidere quoq; ſe fruiturum aut in omni aut in magna parte uitæ ſuæ. Quid q; frui mur quod amamus. Terent. in phor. Ita dii bene me ament: ut mihi liceat quod amo frui. Ita religioſi quod maxime amarunt in uita frui poſt diſceſſum dicunt. Aptaq; eſt compara tio uitæ noſtræ cum ruſticis. Qui ut ait Virgil. Frigoribus parto agricolæ plerumq; fruuntur Oportet igitur pro defenſione theologorum: contemplari & intueri quid referat excellentia dictionum. ut. n. dicitur urbem per excellẽtiam. i. Romam. & poetam. i. Homerum. uel apud nos Virgilium. ita frui uita diuina eſſentia. diuino aſpectu. & ſimilibus dictum a theologis. non tam ratione ſigificationis qua excellentiæ. Nonne herbæ homineſq; & ſidera dicuntur & tamen quadã excellentia id ſæpius dictum de ſideribus. non diceremus angelus utitur deo ſed fruitur etiam in latinis fruimur gloria dicimus. Pli. xxxvi. non patiemur duos Caios uel Nerones hac quidem gloria famæ frui. hæc ille. utilitatis exemplum dat Liuius. vii. de. ii. bel. pu. ut agrum campanum fruendum locarent.

Tertio Idiomati. Caputi xxi.

Dominor populo dicimus. & in populo. Virg. uictis dominabitur argis. Cicero ue tat dominans in nobis deus. dicimus dominor in populum. Ouid. primo meth. Deerat adhuc & quod dominari in cætera poſſet. Seneca dꝫ ira. iii. Nullus affectus eſt in quem ira non dominetur. Abſolute quoq; dicitur: Virgil. Vrbs antiqua ruit multos dominata per annos. Columella unum. n. ac ſolum dominatur in ruſticatione. & il lud Ciceronis in officiis. O domus antiqua q̃ diſpari domino domineris.

Adulari huic. non hunc ut aſſerit Fabius. Valerius tamen max. de ſeueritate ait thimagoram eſſe adulatum darium. alterum exemplum poſuimus ſupra ex Tacito.

Lenocinor amico. Plinius ad ortalem libro iſti nouitas lenocinetur & applaudat. i. blãdiatur. & alibi cum illi neceſſitas lenocinetur.

Gratificari rem gratam facere. Tranquillus non eſt gratificatus matri. Quintil. vii. Gratifican tes atridis. Aduerſor huic iam omnes dicunt & hunc aliqui autores tacitus deos in fauſtam adoptionem aduerſantes.

Medeor animo. & uulneri. Fabius quæ oculis aut uulneribus medeatur. Cicero. Nam hoc ef ficit philoſophia medetur animis Similiter medicor datiuo. Virgilius. Senibus medicantur hanelis. aliquando paſſiue legitur ſed a medico eſt Pli. chalbanum ut etiam eius odore medi centur apes incendi conuenit. Suetonius uero nomen aliquando fieri ſignificat in claudio: quæ boletum medicatum cibarium talium obtulerat cum accuſat. Virgi. Sed non dardaniæ medicari cuſpis ictum eualuit.

Morigeror. i. obſequor. Terent. in adel. atq; ſi adoleſcenti eſſes morigeratus.

Præſtolor aris. antiqui ut Diomedes præſtolor nutrici dixerunt. i. expecto. Cicero. Qui tibi ad forum aurelium præſtolarentur. unde fit utroq; caſu dicamus. Nam Terẽtius in eunuch. ait. Quem præſtolare Parmeno? & ad atticum Cic. ſcribis in formiano te præſtolet uſque ad. iii. Nonas Maias.

Geniculor uictori.i.genuflecto.& geniculatis calamis legitur apud Plinium.i.incuruis.

Miſereor tibi græce eſt. Cicero ſecun.tuſc. Patrii uſus peſtibus miſere gentes noſtras flebũt miſerias. miſerere genitiuo latinũ eſt. Virgi. Miſerere animi nõ digna ferentis. miſeror actiũ poſcit Virgil. Miſeratus amantem. Seneca In uita beata huic miſereor illũ Inſtruo poſuit datiuum.

Preuaricor obnoxio. Patrocinor patriæ docet Diomedes. Imprecor malis: aliquando accuſandi caſu figurate. Virg.in.iiii.æn. Litora litoribus cõtraria fluctibus undas. Imprecor armis pugnent ipſiq; nepotes.

Idioma quartum Caput xxii.

Reuereor habeo in reuerentiam Columella. Cum præcipue Tremerii autoritatem reuereri. Item reuerens reuerentiſſimus. non reuerendiſſimus. licet Cod. de monacis. paragr. ordinationem uſus ſit Iuſtinianus uel alius pro eo actiue ſignificationis Suetonius in Veſpaſiano. Sed meritorum fiducias minus ſui reuerentem. & de Nerone iudices aut priuſquã inciperet reuerentiſſime alloquebatur. eodem uerbo in auguſto & alibi Columella. Liuius primo. Nec reuerita cœtum uirorum euocauit uirum e curia.

Deprecari ualde precari. Suetonius in Veſpaſiano in hunc poſtea deprecãtem haud ultra uerba excanduit. & deprecator qui pro alio deprecatur. Cæſar in commentar. Heduum mittunt ut deprecatore eo a ſequanis hoc impetrarent. Terentius Deprecatorem paro. aliquando refutare. Statius.viii.theb. nec deprecor umbram accipere. Lucan. nec deprecor hoſti ſeruari. Virg. Haud equidem merui nec deprecor. aliquãdo quaſi deteſtor exequor depello. uel abhominor Catullus monſtrante Gellio.vii. ego quaſi eadem totidem mox deprecor illi. dicitur deprecari quoq; precando auertere ut deprecor mortem. Liuius.viii. Q. Fabio pœnam deprecãti ſuã Suetonius. Tum demum a pœnitentiam reuerſi repreſſo ac retento uehiculo inuidiam quæ ſibi fieret deprecati ſunt. In auguſto quoq; in deprecandam grauiori adulterii pœna. ab hoc uerbo deprecatio eſt apud Rhetoricos. docet Cicero in qua non defenſio acti: ſed ignoſcẽdi poſtulatio uel miſericordiæ continetur. aliquando purgare uel excuſare. Cicero quid tacet hortenſius auaritiæ uel crimina frugalitatis laudibus deprecabitur. notatum ab Agrætio idq; Cicero primo ad Herennium.

Precor bonas preces antiqui dixere. Cato hoc piaculo immolando bonas preces precor. Aliquando precor tibi quod nos te. Virgilius.viii. Optime graiugenum cui me fortuna precari. Et uita comptos uoluit prætendere ramos. Quod uero dicit Quintilianus oram ſoluentibus bene precemur. eſt uis datiui ideſt in fauorem utilitatemq;.

Cauillor aris. dicitur a Quintiliano iis uerbis. Quo minus ferendi qui hanc artem ut tenuem ac ieiunam cauillantur.

Imaginor hoc Idioma capit. quia plerumq; loco accuſatiui habet uerbum. Plinius ad Octauianum. Imaginor qui concurſus: quæ admiratio. & alibi ad Arinium imaginare: quæ ſollicitudo nobis. & in principio quinti libri mox imaginatus ueniſſe Neronem. Et Calphurnia uxor eius imaginata collabi faſtigium domus inuenitur. Imagino neutrorum. ſed ui facti. ut Gellius.xv. ſpeculata in certo loco poſitum nihil imaginat alioſum tranſlatum facit imagines. Imaginoſum uero Catullus appellat ſpeculum ab imaginibus.

Mentior uerum. aliqui dicunt. ſed uerius abſolute eſt. Iuuenalis mentiri neſcio librum ſi malus eſt nequeo laudare. mentior de hac re dicimus. Quintilianus redarguit Cicero Vibium Curium multum de annis ſuis mentientum.

Vlciſcor iniuriam.i. facio de iniuria uindictam. Quintilianus habet interim lachrymas ex miſeratione eius rei quam ulciſcitur. aut eius caſum quem ulciſcitur.

Obteſtari. eſt pluſq̃ orare. ut Cic. ad Atticũ ſignificat. a te peto uel potius precibus omnibus oro & obteſtor. Et item plus eſt q̃ obſecrare ut ad Cur. te obſecrare obteſtariq; non dubitem.

Abhominor idem quod abhorreo uerbum Ciceronis Quintiliani Suetonii.

Odor aris. latinum eſt odore ſentire. Colu. de bubus domandis deinde nares perfricato: ut hominem diſcant odorari. & Cic. ad Atticum: tu uelim & Fabium ſi quẽ habes aditũ odorere.

Admiror uirtutem. uel uirtute. Cic. admiratũ leonem nouitate nominis. al quando abſolute. Sic ẽt miror. Expergiſci.i. ↄmouere. Tacitus.xiiii. niſi q̃d Seneca & Brutus expergiſcerentur.

Peculari. eſt fraudare. unde peculatores qui rem publicam fraudarunt dicti & lex Iulia depeculatu eſt autem inflexum uerbum a pecude ut Feſtus ait.

Partiri. ponitur ut illud Virgilii partiri limite campum. aliquando paſſiue. Cicero in Tuſc. cã porro eſſe naturam quatuor gignentium corporum ut quaſi partita habeant inter ſe & diuiſa momenta ut terrena & humida ſuopte nutu.

Inficior aris. negare eſt idemq; ite inficias uerbum Gellianum & eruditorum

Latrocinari aliquando dicitur ut Nonius militare mercede a latrone uocabulo inflexum. ni

latrones qđ Lateri tegis adhererẽt'uel a λατρία ſeruitute dicti:unde idolatria:nũc uero latro
cinari craſſatores in uiis adorientes dicũtur Cic.in offi. Nũ eoꝝ cuipiam qui una latrocinant':
furante aliquid aut eripit is ne ſibi latrocinio teliquit locum. me iudice ui idiomatis uſus eſt.
Peregrinor'& abſolutum & hoc idioma capit:eſt autem extra ſedes ſuas aliena uagari uel per
ragrarẽ a quo uerbo peregrinor:& peregrinus. Virgilius Lybiæ deſerta peragro. Sermo peregri
nus a Fabio dicitur alienus a Romana lingua Cicero'Ille infinitatem omnem peregrinaba
tur.ut in nulla extremitate conſiſteret.

Antiquari obſoleſieri. Tullius de officiis:pernicioſa.n.Philippus in tribunatu cum legẽ agra
riam ferret:quam antiquari facile eſt paſſus:in eo uehementer ſe moderatum prebuit. Feſtus
tamen uoluit dici antiquari'ideſt in priſtinum morem reducere & uidetur abſolute.

Sequor te notum eſt aliqñ ſignificat futurum. Cicero ad Cæliũ ea quæ ſeqtur in magno ter
rore eſt.i.æſtas'Ita capiendus ille uerſus qđ ſeqtur ſpecta qđ q; iminet ante uideto.i.qd futuꝝ
eſt'Aliqñ ire Virg. Italiam noo ſponte ſequor'aliquando imitor'ut ſeqnor Ariſtotelem'aliqñ
ſignificat tp̃us:ut Pli.in grãmatice ſecuti Cic.ideſt qui fuerunt poſt Ciceronem. Perſequor te
interim accipitur'ut hoſtem:Aliquando pone uel poſt amicum ſequor apud Terentium in
Andria. Simon de fratre phania inquit is me in aſiam perſequẽs'ideſt poſt me ueniens.

Idioma quintum. Caput. xxiii.

LAetor'ſicut gaudeo'doctrina paſſiua quidem eſt ſignificatio ſi agendi modo enun
cietur.dicitur lætifico'ſicut pacifico:lætor autore Varrone dicitur ab eo quod latius
gaudiũ ꝑpter magni boni opinioni diffuſum. Itaq; Terẽt.ait' Gaudia ſua ſi hoies
omnes conferant in unum locum mea tamen ſuperet læticia. Sic cum ſe habent
læta.hinc in tuſc. Cicero. Lætitia præſentium bonorum eſt:ut adepta iam aliquid concupitũ
efferatur & geſtiat. Gaudere uero interius.etiam nullo ſigno.

Cõtriſtari uenuſte dr̃ ẽt de inanimatis metaph. Colu. Ramũ q lætior eſt ceteris in olea ſi reci
deris tota arbor cõtriſtabitur.& alibi ſurculi ſeptentrionem deſiderant qa contriſtantur æſtu.

Redulceor ab ulcere ut cutis redulceatur putridis humoribus.i.in ulcus prouenit. Columella
Scabræ pati quæ prius aſpera teſta defricata uel pumice redulcerãtur. quidam a dulcedine id
putant inflecti uiderint illi. Exulceror quoq; ponit Cicero ad Lentulum'ut i rebus multo an
te q̃ profectus es ab ipſo rege & intimiſue domeſticis Pompeii clam exulceratis. ſed recte in
tuenti reſpicit idioma actiuum. Contentor contentaris dicitutur a triualibus ineptum eſt qa
caret exemplo nam contentus:alias diximus.nomen eſt.

In Sexto Idiomate. Caput. xxiiii.

GRadior ad ſcholam:ut uado dicitut. Et Rotor dicitur abſolute ut quadripedo dr̃.
Rotari dicitur pauo.autore Columella. Cum ſemet ipſum ueluti mirantem cau
dæ gemmatis penis protegit idq; cum facit rotari dicitur hæc ile.
Gradior uiam'dixere'ut uado uiam.uiuo uitam. Columel. Sed uterq; ſexus & ui
tem recte graditur.& terram commode proſcindit.

Expatiari non de uia ſolum dicitur ſed in oratione. Quintilianus. Ego autem confiteor hoc
expatiandi genus.non narrationi quidem ſed etiam queſtionibus.

Epulari'comeſſari' Virgil. Gens epulata toris lenæum libat honorem. Colu. Aſſueſcatq; ruſti
cus circa larem domini familiarem ſemper epulari atq; ipſe in conſpectu eoꝝ ſemp epuletur.

Balbucinari.ideſt lingua balba loqui ut ſenes:quod Cicero in Catone dixit de Metello.

Libidinor'aris.uerſari in libidine. Martialis'Poſt hæc omnia cum libidinatur.

Digladiari.pugnare'diſcordare. Cicero Digladientur illi per me licet.

Ocyari eſt delectationem capere. Cicero'Cum Syracuſas ocyandi cauſa non negociandi ui ipſe
dicere ſolebat contuliſſet dictabat ſe hercules aliquos emere uelle.

Sermocinor.i.habeo ſermonem. Suetonius'Zenonem quendam exquiſitius ſermocinantem
cum interrogaſſet quænam illa tam moleſta dialectos eſſet.

Meretricor'aris. Colu. Plurimum affert mali ſi operario meretricandi poteſtas fiat.

Nundinari pallam uendere. Præmiari pretium capere. Suetonius de Tito in contionibus pa
tris nundinari præmiariq; ſolitum.

Pabulor'aris.i.paſco. Colu. Sic.n.pabulatur ad genus auium.

Nauiculari eſt ocyoſa cymba uehi. Martialis.iii. Piger lucrino nauiculatur in ſtagno.

Fructicari.i.fructum facere dixit Cicero ad Atticum.

Cauſari cauſam inuenire. Virgil. Cauſando noſtros in longum ducis amores. Suet.in Nerõe.
Cauſatus nondum eſſe fatalem horam. Quintilian. Cauſanti pupillo ſic tutor iraſcatur unq̃
ut non maneant ueſtigia amoris.& ſacra quædam patris eius memoria Valla tamen uoluit

…ut dicatur cauſas agenti.Liu.iiii.de.ii.bel.pun.Locrenſes pfugiſſe ipſum cauſarẽtur.&.viii.i. cauſando corrumpi equos.per cauſcas moras iunectendo.

Spicari.i.ſpicam facere.Siliquari ſiliquam facere.gloſſemmata ſunt Pliniana.xyiii.

Aquor/aris.eſt ire per aquam ſeu delectationis cauſa uel militiæ.Virgili. Sub mœnibus urbis aquantur.Suet.in Galba.Vbi adaquari ſolebat.Colu.Conuenit plerumq; ab hora ſecũda ob/ ſideri ſpecnlariq; quæ turba ſit aquantium.& Liu.xvii.Miſit ad flumen ubi aquabantur. Cellius uero dixit.xvii.Significat uerba caſtrenſia lignantur pabulantur aquantur & fruiſcitur.

Diſplodeor eſt eundo pedes in diuerſa iactare. Varro/ Diſtantibus inter ſe pedibus non latis neq; ingredientibus qui diſplodentur.gloſſematicum putatur uerbum.

Ingredior præter notum incipio.Cicer.ad Curionem. Qui ingredior ad explicandam ratio/ nem ſententiæ meæ.Quintil.Et quæ in quaq; ætate inchoanda dicere ingrediar.

Concionor.ideſt conuoco populum.Cicero.Itaq; uelut e ſuperiore loco concionandnm.alibi concionari ex turri alta ſolebat.

Diuerſor.ſignificat certa mora uerſati. Valerius Maximus de Cicerone cum in uilla quadam campi attinatis diuerſaretur.

Frumentari.frumenta querere apud Liuium & frumentatores libro.yiii.&.xxyi.

Negociari.agere negocia.Cicero ad Seruium.Mindio fratri qui heli negociatus eſt.

Septimo Idiomate. Caput. xxy.

NAſcor.renaſcor/otior:in prima uel ſecunda perſona rata licet/ſunt quandoq; tamen Cic.paſſionemq; abſolutã non.n.dr̃ naſcor a Franciſco.ut amor a Frãciſco.Sed qa modum a quo uidentur habere:ideo iuncta ablatiuo qui paſſiuis applicatur. Cic.i tuſc.Nã principiũ extinctũ uec ipſum alio renaſceret̃. Ita naſcũtur herbæ ab humore ex humore/ex terra/a terra:cœlo oriuntur ſydera/ſed re uera utroq; mõ utrumq; dicitur ut eſt apud Martianum.Tacitus quoq; dixit generari & naſci a pñcipibus fortuitum.

Idiomata exceptiua uel electiua deponentium. Caput. xxyſ.

DEprecor bonum a te.Cicero pro Murena. Quæ deprecatus a diis immortalibus ſum iudices.& palo.poſt.Eadem precor a diis immortalibus.Valer.Max.de neglecta religione.Perquam ſtultum eſſe argumentando a quibus dona precamur ab his porrigentibus nolle ſummere.dicimus te precor.& precor abſolute.Eodẽ mo/ do patior dicimus patior multa ab æmulis multa patior & patior.Sic perperior.eadem ſignificatione.Columella.In hortis perpetitur querulæ ſemper conuicia ranæ.Cõfiteor iniuriam & de iniuria Gellius.iiii.Et cum de perſidia confeſſi eſſent necati ſunt.

Glorior apud te.Cicero.Marce fili licet mihi apud te gloriari ad quem hereditas huius gloriæ & factorum imitatio pertinet.Item glorior meis de meis in meis diuitiis.Seneca epiſt.lxxyiii Vides aliquẽ gloriari ſenectute lõga.Cic.in Vatiniũ. Te tuis diuitiis intollerãtius gloriaris.ii. de offi.Licet in hoc quodammodo gloriari.

Mutuor tuaris/in cõibus regulis eſt mutuo as.qđ neq; apud Cic.& Quintil.pbatoſq; in pædia nõ eſt.Sed tñ mutuor dicimus a te mutuor hanc rem Quinti.referã accepiſti ultro es mutuatus a me.Apuleius ſub q̃ ſpetie mutuari cupis.Cicer.in tuſc.uirtus a uiris nomen ẽ mutuata.i.accepit & in offi.L.qdẽ craſſus cũ eſſet admodũ adoleſceus non aliunde eſt mutuatus ſed ipſe ſibi peperit maximam laudem.Fab.xii.quas mutuari ſolemus.Cicero ad Atticum.Solus inquit age a celio mutuabimur.

Solor me patientia mea.ita Cicero ad Atticum.Hoc me conſolor.figurate dicitur. ſolor labo/ res:uciam diximus ex Virgil.Hoc equidem occaſum troiæ triſtiſq; ruinas ſolabar.

Aſſentior hanc rem tibi.Cicero in.orat.Nam neq; ego aſſentior illud Theophraſto.

Minor tibi mortem.Cicero pro Milone. Quorum utriq; mortem eſſe minitatum diciturq; turris minatur ruinam ideſt patata eſt ad caſum.

Miror hanc rem.hac re.huius rei. hoc poſtremum græca imitatio.Virgil.xi.Iuſticiæ ne prius mirer belliue laborum.& in primo Miratur mollem ænæas.ſic etiam.Horatius græca imitat̃ qua paupere daunus agneſtum regauit populorum.

Vlciſcor de te.i.contra te facio uindictam.uel accipio pœnam de te in uindictam. Terentius in Andria.haud de te ulciſci ſinit.Vlciſcor hoſtem rectum eſt idioma.& patet.

Conteſtari litem dicimus.cum duo aut plures aduerſarii ordinato iudicio dicere ſolent teſtes eſtote.ſcribit Feſtus.& apud iuriſconſ.de litis conteſtatione.

Nitor baculo.Conor magna.Exector meretricem.intueor imaginem. Calumnior uiduam. aſpernor pauperem.deſpicor uicinam.ordior arma.periclitor hoſpitem

Ingredior forum.dicere aggredior. hæc Diomedes. Quæ nos aptiſſime poſuimus. Idioma quartum uidetur deſiderare.

Alloquor te hanc rem. Virgilius ſexto. Extremum fato quod te alloquor hoc eſt & de hac re dicitur ab aliquibus.

Deponentium Gloſſemata. Caput. xxvii.

NEpotari eſt luxurioſe uiuere. uel prodigalitate. Tertullianus in apologetico. Ariſtippus inquit in purpura nepotatur.
Caluitur idest fruſtratur a caluis inimicis tractum. quod omnibus ſint fruſtratui. Plautus in caſſina. Nam tibi ſola ſum ſoror manus caluitur.
Vanor aris. ideſt uentillo uentillas. Varro in re ruſt. Vt quod leuiſſimum eſt in eo atq; appellatur acus palea uanatur foras extra aream.
Helluari eſt quoq; meminit Gellius iis uerbis. Cum legibus iſtis ſitu atq; ſenio oblitteratis plериq; in patrimoniis helluarentur: & familiam pecuniamq; ſuam praudiorum gurgitibus proluiſſent. unde helluones dicti: qui gullæ uitio abſummunt omnia.
Ringitur ideſt iraſcitur. Terentius in phor. Dum tibi ſit quod placet illo ringitur.
Hallucinari. i. errare nõ ꝯſiſtere. ſermonari ꝓ quo Gellius ait dicit ſermocinari ſed corruptius.
Muginari. ideſt murmurare. ex Lucilio Marcellus. quidam putant eſſe gloſſemma: ut Cicero dixit & iam recitatum eſt. Baubantur canes Lucretius inde Socratis baubantur in ædibus.
Nidulari nidum facere. ex Varrone idem Gellius. ii. Auicula inquit eſt parua uota eſt caſullas habitat nidulaturq; in ſegetibus. & iii. Alcyones anni in qua nidulantur.
Tiburcinari eſt raptim comedere. Plautus in perſa. Tiburcinari de ſuo ſi quid eſt domi unde tiburchinabundum praue loquentes dicunt. edacem.
Lupari. Scortari. a lupis ideſt meretricibus dictum unde lupanar locus earum.
Exequior. conuiuor in exequiis. ex Varrone Marcellus.
Aeditor. ideſt Aedes tueor. unde æditui a iuriſperitis & hyſtoricis.
Recentatur. ideſt renouatur uel denuo naſcitur. Martius in mimiiambis dixit iis uerbis quæ recitat Gellius. Iã iam albicaſſit Phœbus & recentatur cõmune lumen hoĩbus & uoluptas.
Succenturiari. ideſt reponi. Fauorinus orator dixit iis uerbis negant cœnam lautam eſſe niſi cum lubentiſſime edis tum auferatur & alia æſca melior atq; amplior ſuccenturietur.

De Deponentibus quæ olim fuerunt comunia ex Priſciano Caput. xxviii.

ADminiculor. Auguror. Adipiſcor. Abominor Conſequor Adorior Vtor Abutor Admiror Teſtor. Aſpernor Architector Adſector Argumentor Reor Vereor Arbitror Solor: Conſolor Compiſcor Depiſcor Machinor Polliceor Cõteſtor Tutor Vador. Velificor Confiteor Tueor Stipulor Comminiſcor Calumnior Carnificor. Demolior Dominor Depeculor Ementior Exordior Fruitor For Faris. meditor Obliuiſcor. unde Virgilius. Non oblita mihi tot carmina. Metor Adulor Teſtor Deteſtor. Horatius in carminibus. Bella matribus deteſtata Dignor Virgilius. Coniugio Anchiſi ueneris digna ire ſuperbo. Auxilior quoq; antiqui poſuerunt. Adulor. Execror. Blandior. Conſolor. Nutricor Conſequor Conſector Veſifican. Iunen. Velificatus athos. Ex iis quædam participia reperiũtur paſſiua ſignificatione qua arguitur comunis ſignificatio.

De præteritis doponentium & communium. Caput. xxix.

PRæterita communium & deponentium uerborumq; in or deſunt apud latinos: & futurum ſubiunctiui: ſed loco eorum accipitur participium. & ſum es eſt. quod ideo fit: ut ait Priſcianus: in examinatione imitatione græcorum: quia in quibus græci deficiunt. ſecunda & tertia perſona indicatiui in præterito per participium eas declinant. & optanui quoq; & ſubiunctiui. ſic nos ab amor amatus ſum uel fui. amatus eram uel fueram. amatus ero uel fuero. de quo tamen latius & elegantius utriuſq; diſſeruimus ubi de defectiuis diſputauimus uerborum.

De Communibus. Caput. xxx.

EXperior amicũ. & ab amico. una uoce utraq; ſignificatio ꝯplectit̃. Var. tñ expio dixit i libris de analogia. niſi mẽdoſus ſit codex. ait de qbus expiero ſingulis tribus. Complecto. ꝯplectot. ni miꝶ antiqtitatis ut dixit Gellius in or. & in o. plurima cã elegãtiæ. Et ut opinat̃ Chariſius: qđ ſupra recitauimus græcos æmulati: q pluriſariã ob linguas multas quas hẽnt loquũtur. Conati ſunt auriũ uariare ẽt ſermõis uoces. ad qđ auget uariatio delectatiõem. Hinc Careo careor: Obſono obſonor. dictaq; iis plurima ſimilia. Sicut ponitur oſculor. ita potes addere diſſuauior. quod aliqui uolunt eſſe libidinis tantum. falſum eſt. nos inueſtigatius ad effectum referri putamus. Nam Cicero ad Tyronem ſic ait. Veniens in medio foro diſſuauiabor. q atti. Atticum noſtrum cupio ſanari. ſunt qui addunt Stipulor. unde ſtipulatio dicitur a notariis & iurilegis uerborum conceptio. eſt & ſtipulare in

terrogare.quia notarii ſeu tabelliones interrogant narrata re a partibus confirmationem. & conſenſum.dicitur ſtipulari a στιπολον.quod ſignificat ſolidum.& firmum.id.n. eſt ſtipulationis.ut confirment & ratum habeant id partes.Iuuenalis.Stipulare & protinus accipe .i. pete.& Priſcianus citat Suetonii teſtimonium ex libro quarto pretorum paſſiue dictum.Lectoria inqt:quæ uetat minoré.xxv.annis ſtipulari Pla.quoq;.Niſi dolo malo inſtipulatus ſis. Adhortor de uirtute:quod uulgo ad uirtutem. Cæſar de bello ciuili ſecundo. & de cuſtodia uerbis ac defenſione adhortarentur.

Moror actiue eſt in mora tenere.Quintill.Dum obſtentare populo circa ſpecioſiora malunt compẽdio morantur.Virg.quæ uos tam ſera moratur ſegnities.Aliquando abſolute.i.ſum in mora.Virg.Gyram ſuperare morantem.At Cæſar in comentariis noſtri triduum morati eos qui ſeq nõ potuiſſent.i.expectarũt.Teren.Ego met ꝯuiuas moror.i.detineo in mora. Abſolute Virg.Quidue moror?Si uno ordine habetis achiuos. Quãdo uero habet primã longã dr̃ inſanire quia μωρος ſtultus dr̃ per ω.Sueto.in clau. Nam ꝯmorari eũ inter homines deſiiſſe ꝓducta prima ſyllaba iocabatur.

Adiecta cõmunibus emaculato Gellii loco — Cap. xxxi.

Ggredior.Spernorq;.Si quæ dixit Cicero ſunt imitatione dignaã latinitate paſſiue quoq; enuntiari poſſunt.Cicero ad nepotem.Hoc reſtiterat.et ut ante factis aggrederer domis.paſſiue dixit in eodem:qui habet ultro appetitur:qui eſt pauper aſpernatur paſſiue dictum:ut illud quoq; in menã Antoniũ libro.ii.quem ipſe emẽtitis auſpiciis uitioſum fecerat. adulor quoq; in officiis ne adulari nos ſinamus in quo falli facile eſt.Gellius libro.xv.utor.uereor.hortor & conſolor.cõia habita eſſe ponit ac per infinitũ ut affrãnius in conſobrinis uereri ſe a ſuis maluit.utor te utor abſte.i.tu uteris me. Similiter a te hortor.& te hortor.& conſolor abſte. & conſolor te.teſtor quoq; & interpretor. alteram tamen partem in utor & uẽreor dici non patet.dignor quoq; ueneror & confiteor teſtor habita olim in uerbis cõibus.Virg.Couiugio anchiſa ueneris dignate ſuperbo. Curſuſq; dabit uenerata ſacerdos.& æris cõfeſſi legitur xii.tabulis paſſiue.deprauatus eſt Gellii Codex ubi cõfuſio pro confeſſi legit̃ uerba Gellii cap.xiii.ſunt Confeſſio autem æris de quo facta eſt conceſſio eſt in xii.tabulis ubi eſt Cõceſſi impreſſor ponit probat Gel.qui ſubſequitur hiis uerbis Aeris ꝯfeſſi rebuſq; indicatis xxx.dies iuſti ſunt.Quid ſi erit teſtatus. libripẽſue fuerit i teſtimonium:fariatur improbus inteſtabiliſq; eſto pro teſtatus impreſſor fecit teſtatior inepte.Nam ſenſus eſt qui uocatus eſt in teſtimonium fuerit iudex in ſermone ſuo non dignus eſt teſtis. teſtor autem actiue dr̃ deum rectoré immortalẽ .i. uoco in teſtimonium. Cice.eſt exemplũ & autorum libripendem appellarunt ponderantem & menſuras rerum ponderem in uerbis ſuis in eo loco leges & tales hinc quoq;:in poſterioribus ſunt.hoc affirmat Albricus de roſato interpres legum Iuſtiniani eruditiſſimus tum expers pediæ adducens hunc locum.In quodã ſuo conſilio ubi confutat teſtem qui uocatus in teſtimonium.non modo ad interrogata non reſpondebat ſed uelut iudex utriuſq; partes penſitabat res more libripendis.allegatq; hunc locũ xii.tabularum a gellio recitatum.eſt autem aliquorum opinio qui libripẽdem pro miniſtro & famulo accipiant.

Patior.commune quoq; eſſe uoluit.Donatus in Ecyr.dicens patior te:& patior a te dicimus

Ad Lectorem

Tu quicunq; legis:procul hinc arcæa reponis
Deſine mirari. Laurea romulea eſt.
Nempe eſt turpe magis Latio neſcire latine
Dicere q̃ græco nutriiſe ferre Sophos.
Græca tamen nos fore Iuuint.nec in arte negamus.
Pegaſus ipſe tibi.non lupa.noſtra damus.

Thomas Pictoreus Regienſis Diſcipulus

CVR. LANCILOTTI PASII FERRARIESIS LAVREATI LIBRI SEXTI de Litteratura nõ Vulgari Ad Clariſſimũ Hieronymum Magnaninum Indi ti Ducis Alfonſi Eſtenſis Archigrammatæum digniſſimum.

PRAEFATIO.

LIBER SEXTVS ad te ex ſinu ueteris obſeruantiæ in te meæ:
Licet hæc locorum uideatur interuallo pene tradita obliuioni: p̄
perat ad te ocyor euro memoriam eius qui ab unguiculis fuit in
ter nos amoris tepetens beniuolentiæ argumentum. Læto igitur
uultu perlege oro quid ſibi uelit non Vulgaris Litteraturæ a Sex
to Libro Præfatio. Cumq; ad umbilicum perueneris: Saltem Lã
cilotti tui ueniat in mentem. Acharitus eſt nõ Illitteratus. Quod
ſi uires non omnes me græcis impendiſſe ſcriptoribus in littera
turæ meteorimatis forſitan mireris. Id non excidat precor. Pater
elegantiæ & Latinitatis Cicero. In libro cui titulus eſt de officiis
ſic inq̄t. Eo ſermone debemus uti q̄ notus eſt nobis: ne ut quidã
græca uerba inculcantes iure optimo irrideamur. & in tuſculana
rum principio. Non quia philoſophia græcis & litteris & doctoribus percipi non poſſit. Sed
meum iudicium ſemper fuit omnia noſtros aut inueniſſe per ſe ſapientius q̄ græcos. aut acce
pta ab illis feciſſe meliora. Quæ quidem digna ſtatuiſſent in quibus elaborarent hæc ille. Nõ
ignoramus Quintilianum malle puerum incipere a græcis. Sed diutius non immorandum
cenſet. Quod gratia elemẽtorum & rudimentorum quæ infantibus pene dãtur. cum noſtra
ſint uulgatiſſima. ne puer in primis rebus deficiat. Omiſſimus ergo in quo plurimum labo
rat Priſcianus græca uerba. Ne illud quoq; obiiciatur Iuuen. omnia græce. cum ſit turpe ma
gis noſtris neſcire latine. Ante oculos illud eſt quod Cato dicitur ad Marcum filium ſcripſiſſe
bonum eſt litteras græcas aſpicere non perdiſcere. quæ ſi ad nos peruenerint omnia corrum
pent. Quid q̄ Plinius in ſuis quoq; de grãmatice libris aſſeuerat græcos ita accipiẽdos. uſuiq;
grãmatico ita habendos ne dum græcitate nimia laboramus: non uideamur latini. Suaſuſq;
ſum ea ratione. Quod quibus latina eget e græcis lingua ita palã (ut uocabulo utar Varrõis)
uanata: ut in methodice ſiue hiſtorice ambitioſum uideatur a græcis mutuari. Aiebat Pompo
nius fortunatus. O q̄ uere latinitatis cultus nitet. Cicero & uolentem cogit ſui exemplo: qui
cum in officiis & thuſculanis: plurimiſq; in locis orationũm ſuarum: e græcorum fonte pluria
exhauſerit: græca nunq̄ inſerere uoluit. Parciſſime idem cum in rhetoricis ſuis tum in grãma
tice Quintil. Seneca penitus Celſuſq; non minus. Quid taceamus Plinium? qui in naturali
hiſtoria omnigenus ſcriptores excuſſit. nec uſſibi græciſſat. Higinus quoq; referens græcorum
plurima. Caper atq; alii: quod maxime Probus hoc genus ſcribendi rationem ue monſtrarũt.
Latrare igitur deſinat græculus litterator. qui inter latinos græcus: inter græcos latinus. Quã
to .n. turpius latino eſt græca profiteri: & ignorare latina: luculẽtius tanto latine ſcire. & eo
gloriari. ſine græco toreumate. Nos itaq; te ſexti libri auſpice dum latinitatem ſequimur græ
culos in ſymphodio græcienſi & mordaculos. Liuldos. blatterones ac nugiuendos relinquen
tes Noſtris annotatiõibus non conſummare totum ſed adiuuare promittimus. Curioſoſq;
bonaꝝ lr̃aꝝ nõ minus delectarĩ q̄ ipſos quoq; ꝓfiteri optamus. Tuo igĩr auſpicio Hieronyme
Clariſſime. Sextũ legant lr̃aꝝ latinaꝝ ſtudioſi triuialia eliminãtẽ. Vale tui Lãcilotti memor.

De Imperſonalibus quare inuenta. Caput primum.

IMperſonalia inuenta ſunt. ut ex ſcriptorum lectione colligitur. ornatus qui a uarie
tate & neceſſitatis cauſa. Ornatus cauſa patet. Cum dicit Terentianus ille gnato.
Quid agitur? reſpondens Parmeno. at ſtatur. cum dicere potuiſſet ſto. & Cicero
ad Lentulum. Vehementer eius orationi ab omnibus reclamatum eſt. potuiſſet di
cere omnes reclamarunt. uarietas oñditur cũ dico a me ſeruitur tibi. ego ſeruio tibi. itur a me.
ego eo. Item ego amo te. tu amaris a me. idem ſignant conueniũt in ſenſu. ſed uarietatis cauſa
differunt in modo enuntiationis. de uarietatis cauſa diximus ſecũdo libro. Neceſſitatis cauſa
eſt duplex. aut naturæ ſignificatiõnis. aut conſuetudinis. Cõſuetudo eſt quod aliqua omiſere
autores nec uſi ſunt eis miſereo ueluti. & tedeo. & ſimilia. neceſſario igĩt habentur ſic ut legi
tur. Præterea dicitur nocetur. non tamen abeſtur. poteſtur. Natura eſt elocutio quæ eſt uel fini
ta uel infinita. ſi finita: quinq; generibus circũſcribitur. quorum idiomata notauimus. ut ego
amo deum. ſi infinita. hoc eſt cum pars ſenſus deſit imperſonali enuntiatur interim. ut curri
tur. non enim eſt determinata perſona. Sed intelligitur uel a me: uel a te. uel ab illo: uel ab om
nibus. Si uero dico curro finita eſt perſonæ ratio. ita tu curris nec minus Cæſar currit.

De differentia imperſonalium paſſiuæ uocis & paſſiuorum:inibi primo quare dicantur imperſonalia:curq́ ſupina infinita non uocantur imperſonalia: & ſubinde diſputatio de preteritis imperſonalium & numeris. Cap. ii.

DIcuntur imperſonalia:ut Sér.Don.Sergius ꝙ ſine perſona eſſe non poſſunt : quia ſi dicimus legitur . Intelligitur ab omnibus: uel a te:uel ab illo:uel a me. Sed quia hæc non ſunt finito modo ſic dicta.Dicta quoq́ imperſonalia : quia ſine perſona terminata uel finita.Priſcianus dicit cum imperſonalia uerba p ſe infinita ſint perſonarum numerorūq́ addirione pronominum definiuntur: & loco perfectorum per omnes modos accipiuntur.Hæc ille.Quod eſt.Si dicimus legitur:infinitum eſt.Si additur a me:intelligitur ego lego.Et quia hoc nequeunt infinita.& ſupina ideo non dicta imperſonalia.aliam rationem accipimns ex Seruio in Donati cōmento taliaq́ nō poſſunt currere per omnes modos:non ſunt uerba dicenda.Sed partes uerbi.Præter nota accidentia. differunt imperſonalia paſſiuæ uocis a paſſiuo:dupliciter.Imperſonalia ut Diomed. & Priſc.agentis tantum habent ſignificatum.Vnde errant,Triuiales qui aiunt a me amatur deum. Paſſiua uero actionis hn̄t ſignificatum:& paſſionis.Si.n.dico a me amatur antonius:qui agat patiaturq́ dicitur.Alia eſt ratio ꝙ imperſonalia per ſe prolata ad omnes plerūq́ referuntur:ut Sér.eo loco Virg. Vndiq́ totis uſq́ adeo turbatur agris.Et Iuuenalis exemplum.Curritur ad uocem iucundam:& carmen amicæ thebaidos.Virg. itur in antiquam ſyluam .i.ab omnibus. Quod nequeunt paſſiua ſine appoſitione diffinitionis.Tertio additur ꝙ imperſonalia ſi rem intelligimus abſolutā paſſionem ſignificat ut curritur.i.curſus ſit ꝙ paſſiunm nequit.docuit Priſc.Diſputarur a grāmaticis an præterita imperſonalium paſſiuæ uocis conſtent de uerbo ſubſtantiuo & participio:ut paſſiua amor:amatus eſt:ita amatur amatum eſt uel fuit.Hoc uidetur non eſſe uerum hac ratione cui reſpondeant qui ſequuntur Priſciani opinionem.Dicitur nocetur ſeruitur itur ſtatur.quæ conſtat non habere participia·Quomō igitur nocitum fuit?ſeruitū fuit? itum eſt? dicentur participia?Prætetea participia ab actiuis formata in tus ſignificant paſſionem non actionem.Sed imperſonalia paſſiuæ uocis expertia ſunt paſſionis ut lectum eſt a nobis.i. nos legimus.affirmat Diomedes & Priſcianus ipſe.ergo temere dicitur eſſe participia cognoſcētq́ docti inconſtantiam eius:ſi obſeruant quod examine.v.dicit.ſunt autem ſupina duo & infinitum futuri.nec non præteritum in paſſiuis & infinitiuis imperſonaliū quæ ſimilia ſunt paſſiuis:tentum eſſet uel fuiſſet:&ꝰtentum eſſe uel fuiſſe.tentū iri uel tēſum iri.Et in nono inquit. Sciendum tamen eſt ꝙ in um deſinens ſupinum. accepto uerbo quod eſt ire facit infinitum futuri.ut oratum ire &c.Poſtea dicit neutrum participii addita eſſe facere fututum infiniti ut oratum eſſeQuod manifeſto errore falſum eſſe patet.nam oratum eſſe incōfeſſo eſt: eſſe præteritum perfectum paſſiui.ideo dicunt:aliqui impreſſum eſſe oratum pro oraturum eſſe pro oratum ire.Quod eſt etiam falſum.ut teſte Gellio in infinito probauimus.Rationabilius igitur ea eſſe ſupina dicemus:quorum modus eſt applicari omnibus temporibus & prima uoce ſignificare actionem ut etiam ſenſit Valla.& ſuis locis probatum eſt . exemplo eſt uado uenatum:ibam uenatum:iui uenatum:& deinceps.per quod cognoſcitur eſſe uim abſonam a quolibet tempore. Quod uero legitur pertenſus. ſane . accipe . nam perteſus a pertedeo quidem & perteſum ſupinum . a quo præteritū uerbi quod etiam cōcedi poteſt quia in uerba paſſionis ſymbolo.Scribit Gellius.xv.cap.xiii.Verum autem ſicut puditum & pugitum non perſonaliter per infinitum modum dictum eſſe non a uetuſtioribus tantum uidemus ſed a Marco Tullio in.ii. de finibus inquit . Ariſtippi cyrenaicorum quia omnium quos non eſt ueritum in ea uoluptate quæ maxima dulcedine ſenſum moueret ſnmmum bonum ponere. Quod Diomedes addat numerum ſingularem uerbis ex perſonalibus uidetur contradicere aliis antiquorum qui nec numero nec perſonæ imperſonalia ſeruire dixerunt.Quintil. inquit quædam demum tertiæ perſonæ figuræ dicuntur ut licet piget.ſi ſunt figuræ tertiæ perſonæ ergo non ſunt tertiæ perſonæ.Sed reſpōde ut loco eo diximus quo de perſona uerbi tractabamus uel quod aliqui in eum reſolui imperſonalia probant.Dicitur.n. curritur.i.curſus fit . Statur. ſtatio fit.legitur lectio fit.& ſimilia. hac ui igitur non ratione quod ſit accidens partis orationis accepiſſe numerum & perſonam feremus Diomedem.alias bona uenia dixerim errauit ut probat exemplum Quintiliani.

Curioſorum argumentis non indecoræ neq́ inutiles diſputationes Cap. iii.

QVerunt curioſiores quare ſi actiua uox precedit paſſiuam.quid cauſæ eſt ꝙ non itidem imperſonalia actiuæ uocis non preponantur . huic queſtioni ſatiſfit licet ſit triuialis ex pcedētibus nā doctoribus Diomede & Priſciano.impſonalia paſſiuæ uocis agētis tm̄ habēt ſignificatū.Impſonalia uero actiue uocis ut plurimū.ꝯtra ut me

te ſet ergo quia ſignificatio potior eſt uoce non ab re paſſiuæ uocis impersonalia.preponunt
Rurſus querunt.Si imperſonalia paſ.uocis agentis ſunt:quare caſum paſſiuæ actionis ferant
is eſt ablatiuus.Ratio eſt euidens. Nam ſi imperſonalia carent numero & perſona finita ne
ceſſario nequeunt habere nominatiuũ qui eſt perſonæ certæ enunciatiuus alii autem caſus ex
cepto ablatino non habent naturam recto mõ ſignificandi actionem neceſſario igitur latinus
a ſhibitus.Nam quod dicitur mei tedet non eſt rectus modus ſignificationis actiuæ ut infra
in talibus uerbis dicetur. Altera queſtio eſt ꝙ metuo timeo formido trepido & ſimile teſte
Priſc.paſſiuam uim habent tamen habent imperſonalia uocis paſſiuæ.Tacitus.xi.trepidabat
a Cæſare & alibi trepidatur a circonſedentibus.vii.metuitur trepidatione uulgi. Dic ꝙ ſignifi
catio aut eſt enunciatiua ut amo deum & eſt grãmatici uel intellectus tunc hanc philoſophus
ut amo deum quantum ad ueritatem paſſiuo amoris eſt in me licet enuntiatiue in alium trã
ſeat & ſic aliqua uerba contemplando cognoſcimus actiua uoce paſſiuam uim habere & con
tra paſſiua uoce actiuam ut metuitur & alia.

Super uerbis Apuleii notatum uel obſeruatum. Caput. iiii.

NOta ꝙ Apuleius ponit Floridorum primo.ningitur pluitur. Aliqui dicunt eſſe eo
pacto quo punitur.pro punit.nutritur.nutricatur.pro nutrit nutricat.etiam ab ipſo
Cic.dicta ut ſupra recitauimus.& ſicut poteſtur pro poteſt Apuleii uerba ſunt.Aqui
la cum ſe nubium tenus altiſſime ſublimauit euecta alis totum iſtud ſpatium quia
pluitur ningitur & ultra quod cacumen nec fulguri nec fulmini locus eſt.Hæc ille.Alii dicũt
uarietatis ſeu ornatus cauſa.Alii acutiores differe aſſeuerũt ningit & ningitur.ut ſit curritur di
citur.n.curritur.i.curſus fit ita ningitur generatur nix.ningit uero actus eſt ipſe uel fluxus.uel
dum nix fluit uel cadit hoc uerum fateamur neceſſe eſt ſi ſub ſuo autore opificium uerborum
contemplemur.alias enim dici poſſet fulminatur tonatur & ſimilia.nequitur quoq; poſuit in
ſe.unda magiæ ut inferius dicam.

Quomodo ponuntur uerba Imperſonalia in contextu orationis Cap. v.

ITur in forum a me.itur in forum a te.uocatur ſtudiis ab illo curritur unde notan
dus error eorum:quis dicunt imperſonale paſſiuæ uocis nullum habere nec p ſcet
caſum.Vbi obſeruandum eſt.Aliquando imperſonale ſimpliciter profertur.ut illud
Terentii quid agitur ſtatur.& intelligitur uel a me.uel a te.uel ab illo.Aliquando cũ
ſignificatione agentis expreſſa ut Dolobella Ciceroni.Satiſfactum eſt a te uel officio.uel fami
liaritate.Pli.xxxiiii.notandum ab autoribus.Et.L. Actium poetam.camœnarum æde ma
xima forma ſtatuam ſibi feciſſe:cum breuis admodum fuiſſet. Cæſar quoq; nitidiſſimus ſcri
ptor.Aciem inſtruit labienus:ut ei præceptum erat a Cæſare.Brutus quoq; ad Ciceronem ſuc
clamatum eſt frequenter a militibus uentidianis.Cic.ad Acilium ꝗꝗ a te quidem emulate ſa
tiſfit mihi.i. meis omnibus:&.v.tuſc.primo die eſt a nobis de ea re quã tu ex omnibus mar.
probas diſputatũ.Cæſar quoq; in.iii.Cum iam ab hoſtibus conſtanter ac non timide pugna
retur.Cic.ad Lentulum.eius orationi uehementer ab omnibus reclamatum eſt.Et in ſecundo
de na.deorum ait Cicero intelligat cui præſit & cui pareatur Et in opt.genere dicendi ad Bru
tum inuidetur.n.cõmodis hominum ipſorum.Et hoc re uera probat Acronem & ſequentes
delirasse.qui putant primum hoc ab horatio dictũ in arte. Si poſſum Inuideor nam & Virg.
ipſe fuit horatii tempore.Et ipſe dixit.liber pampineas inuidit collibus umbras & repete que
diximus in.ii.Idiomate actiuorum quæ cum adnotaueris:adde quod herodianus multo añ
Acronem ſic docuit Inuideor Iubeor imperor donor.habẽt interim obſeruatiõem aliqua. nõ
nulla & regulari.Imperor in ſecunda lectione primum dictum ab horatio licet Liuius dixerit
impati milites. inuideor.ut iubeor.donor.accipio dictum ab eodem.Nam & Varro in ſeſqui
lilixe inuideor ego atq; omnis domus iuuidiæ noxiam contrahit.Cœlius in blatterone. mui
debere tandem tuſur. hæc ille reliqua deſiderantur in exemplari mancto.Et in oratõe ꝓ Plã
co non poſtulatur a nobis:ut eis auxilio qui creatus ſit iudicium.po.ro.reprehendat.Sen. epi
ſtola.lxxxv.ſapienti nocetur non a paupertate non a dolore.ut.iii.controuerſiarum ibo demũ
in qua aut totiens inſanitur a parte.aliquando datiuum pro ablatiuo legimus Cic. ad Atticũ.
Mihi uero deliberatum eſt ut nunc quidem eſt abeſſe ex ea urbe.

De Cauſa erroris triuialium in ſinthaxi imperſonalium Caput. vi.

SInthaxis error inter pædagogos & triuiales: ut dicatur a me amatur deum ex illo
Ciceronis loco in officiis.ubi ait fides autem ut habeatur duabus rebus effici poteſt
Si exiſtimabitur.Coniuncta cum iuſtitia ſapientiam.Sed error eſt maniſfeſtarius po
tius ſilentio refellendus:ꝗ ratione. Nam legitur in ueris codicibus exiſtimabimur.
nam & Cic.ſubdit nam & iis fidem habebimus: quo plus intelligere ꝗ uos arbitramur. tota

igitur otõ uidetur enuntiata ſub prima perſona. Eſto dicat˜ exiſtimabitur erit enũtiatio figurata. N i aliter dicimus exiſtimo ſciẽtiã. aliter intelligitur exiſtimat˜ ſcientiã. ſ. hẽre. Nam Priſc. quoq; dicit figurate paſſiua iũgi. cum actõ ut abſcindor manum. frangitur pedem. Sanatur oculum rumpit˜ aurem. Apul. in aſi. hac rõnẽ dixit quattuor uiſcera & quatuor genua. Virg. miſeros depaſcitur ortus. & in georg. paſcuntur ſyluas. Virg. v. Tum uero curas aium deducitur oẽs. ubi Ser. figura græca eſt. ut mẽtem læſus. i. hẽt aium diductũ. & illud Virgilii. vi. uultum ſermone mouetur. Syllius. ii. Lucemq; grau itur. i. habent lucem grauem. Quiſpiam cõmentator decipula huius Elegantiæ a nobis recitatæ. Si modo percepit: captus eſt. nam tales locutiones numeros hẽnt & perſonas qđ non ꝯgruit imperſonalibus captus. Itaq; hamo nõ erubuit effutire amatur deum. i. amatio mea eſt Circa deum non legit ille pluri legus (ita iocari par eſt) uerbum Herodiani. Sit opus incipientis. Omnis quæcunq; regula caret exemplo habetur inter improbata. adde riſui cachinnum. Cum duos pntat Priſcianos eſſe ut leuet alterius errata. dumq; uult Horiſticum ſe uideri Criticum: in foſſam ceſpitat triuialem. ſicut in multis aliis. Congerro alios uocat Capitones. hæc ſatis. Ne dicam locutaleium ſaperdam. Ferat exemplum a me amatur deum pro eo quod eſt ego amo deum. & uiectit. uel ẽt exemplũ ſuo ipſius interpretamento deliro. Vt alias diximus ex antiquis Elius dixit accuſandi caſum proprium eſſe caſum paſſionis. Vnde cum imperſonalia terminationis paſſiue agentis tñ habeant ſignificatum ut quoq; dixit Diomedes iam recitatus abhorrẽt ab accuſatiui natura niſi auxilietur propoſitio quod dicitur inuidetur fortunæ. dr mihi. nocetur mihi. Seruitur illi. nõ eſt ꝓprietas paſſionis quã horrent imperſonalia paſſiue terminationis. Quid ꝙ ſiſenna dixit refertur gratiã. aliqui & Saluſtii eodẽ exemplo utunt˜ ignorãtes a Gellio dici uerboꝝ nouatorẽ. Et maior autor Quintilianus iis ait Epigrãma in Saluſtiũ lib. viii. In hanc rẽ illi factũ. Quod ſic eſt & uerba antiqui multũ furate Catonis criſpe iugurtine cõditor hiſtoriæ. Quod & ſi admittas accipe quod dixit Baſſus Ceſius cũ antiqui ſcribũt refert˜ grãm & ſiſenna. nõ eſt paſſionis modus rectus qui Agẽtis tñ ſignificat ut auferat iperſonalibus eoꝝq; obſeruationi. Itaq; hoc obſeruationis uidetur nõ regulæ. Quod ueros legit˜ apud Melã Põponiũ a Pado ad. Anconã trãſit˜ Rauenã Ariminũ Piſaurũ: rudis obiectio eſt legenti cũ iure aduerbii fungãtur ut tranſio mutina Ferrariam. Sed arctiore argumẽto. nõnulli ex uerbis Plauti in aul. nã ſi opulẽto petitum ſit pauperioris grãm. pauper metuit ꝯgredi. ſed fallũt˜ ordo. n. ẽ ſi petitũ ſit pauperis pauper metuit ꝯgredi grãm. ut ſit ſenſus. ſi a diuite uenit petitio in pauperẽ paup timet inire grãm diuitis. Nã ſibi timet. unde ſubdit Plau. pp metu rẽ male gerit opulẽto ſit igit˜. i. ab opulento uenit ſic Teren. in and. unde eſt dic clare a nobis. i. uenit petitũ ꝑ petitiõe pauperioris. i. in pauperem uel de paupere. Sic enim honeſte locutus eſt timor dei qui habetur de deo & honor dei qui habetur in deum. ibi enim a Megalone diuite proceſſit rogatio ad Euclionem pauperem. de filia Euclio pauper timebat inire gratiam diuitis.

Forma imperſonalium paſſiuæ uocis & inde exceptiua. Caput. vii.

A Legit fit legit˜. ab edo es eſt eſtur dicit˜ Plau. nũc ẽt qđ nõ eſtur. niſi cũ ſoli iubet. recitat Gellius. iii. Et Virg. Eſt mollis flãma medullas. Hãc formã nõ ſequunt˜ benefit. malefit. ſatisfit. Nota ẽ regula. quotiẽs facio mutat a in i. in ꝯpoſitiõe in i. paſſiuũ ẽ ut efficio efficior. & apud antiquos officio officior. Si uero a ſeruat paſſiuũ eſt a fio ut calefacio. pinguefacio pinguefio & ſimilia. uacuefacio. apud Valeriũ de Coriolano. Si igit˜ poſuiſſet dici benefio malefio ſatisfio iidẽ eſſet. qđ dicit˜ benefit malefit ſatisfit Verrunius tñ lib. v. de balneis calefacient˜ dixit: ſed uſitata ꝑcipimus. illud quoq; obſeruetur ut Diome. Phocaſq; futura tempora paſſiuæ uocis imperſonaliũ. Imperatiuo deficere nec minus infinitiuo Deſunt quoq; gerundia illis & ſupina.

De Imperſonalibus actiuæ uocis. & ratione ordinis Idiomatis eoꝝ & inibi imperſonalia non obſeruata ab aliis Caput. viii.

R Atio Idiomatũ ordinis. quẽ docent˜ pueri. eſt ordo caſuũ. Nã gtñ prio. dtñ ſecundo. tertio accuſandi caſum ponimus: pœnitet & tedet cum ſimilibus & ſi accuſatiuũ hẽnt qđ minus digna aliis nã ſemper ſunt imperſonalia poſtpoſita ita tñ ut defectiua antecedãt ſunt quædã uerba abſoluta quæ formã imperſonalis acciprũt Obſeruatione tñ habita. ut Virg. illud Stat caſus renouare oẽs oẽmq; reuerti per troiã nõ. n. dicit˜ ſtat mihi. Itẽ cõſtat litteraturã a iuris doctis obſeruari. & Plinianũ illud incõfeſſo ẽ grãmaticã uſu ſcriptoꝝ ualere. talia. n. nec numeris nec pſonis circũſcribũtur. ut illud i. vi. æn. Cernere erat. i. oẽs poterãt uidere. Et itẽ clãme eſt qđ Romæ legat˜. i. ignoto. Sicut ẽt me latet. me fugit ꝑterit me. & Illud Eſt mihi honori ꝯponere carmina. eſt mihi laudi docere ingẽuos. Et illud animi eſt ingenui cui multũ debeas ei plurimũ uelle debere ponit Cic. ad Curionẽ. Et cõuenit inter nos. i. fit ꝯuẽtio ut alibi docuimus ex Val. & cõſtat uirtutẽ ꝑſtare aliis rebus. i. patet

Intereſt mea legere, deriuatur a ſuperiorum ratione. Simili.i.in re mea eſt legere(ut
ait Priſcianus) utilitate. hanc compoſitionem probat illud quod antiqui dicebant
In re eſt mihi.i.utile eſt mihi. Terētius in Andria Si in te eſt utriq; fiant acerſi iube.
dicebatur & in rem ut Plautus in amphitrione quæ maxime in rem ueſtram ſiét.
& in Ecyra Terentius dii deæq; faxint ſi in rem eſt bacchidis: & Saluſtius in Catilina multa
cum ſingulis ſæpe egerat tum in rem fore credens uniuerſos appellare:& Liuius.xxvi.Imperat
quæ in rem ſunt.Sic refert res fert hoc eſt utilitas ergo nihil aliud intereſt mea q̄ in re mea eſt
refert tua q̄ res tua fert.i.utile eſt.Cato boues per æſtatem aquam bonam & liquidam bibāt
ſemper curato ut ualeant refert. & Iuuenalis quid refert dictis ignoſcat mutius an non.Cice
ro ad Ruffum non ſcripſi id quod tua nihil referebat.Vnde ſtulti dicendi Qui dicunt intereſt
.i.pertinent.eſt enim pertinere officii uel loci.Quintilianus Sed queſtiones ſi neget ad Rheto
ricen pertinere diſſentit a nobis ſi autem ad rationem pertinent ab hoc quoq; adiuuamur.
Quod uero dicitur ex Plinio primo ſe:undi capite huius extra indagare nec intereſt hominū
nec capit humana coniectura mentis.Si intelligatur ſenſus Plinianus talis eſt non utile inqt
eſt homini uelle perſcrutari aliquid extra cœlum. Quod uero ſenſus accipiatur potius ab utili
quam ab officio: probat Inferius Plinius dicēs furor eſt profecto furor egredi ex eo damnum
ſignificat ei qui extra cœlum quid indagatur eſſe furorem ſeu incidere in furorem hoc eſt in-
ſaniam quid quod apud eundem Plinium abſolute pro unde eſſe legimus.xviiii.Cap.viii.ſeri
etiam radices illatas funo intereſt & repheri ablaqueatas humo. unde cū infinitis paſſiuis hoc
exemplo dicetur Intereſt uendi domum & ſimilia.i.utile eſt. Dicitur in re mea. non mei. nec
tui.nec ſui.nec ueſtri.nec noſtri.Quia genitiui primitiui ſignificant paſſionē tantum.ut amor
tui idest qui habetur in te Cicero ad Lentulum. Vterq; ad omnia.Q.Selicio neq; enim prudē
tiorem quēquam ex tuis neq; fidem maiorem eſſe iudico. neq; amantiorem tui.i. qui magis
te amet uel a quo magis ameris.genitiuus uero deriuatiuorum pronominum de quibus iam
dixi.actiue & paſſiuæ capiturnt fides tua.i.quam tu habes.uel quæ habetur de te.Pro tua in
quit Cicero incredibili in me beniuolentia meaq; in te ſingulari . rogo atq; oro . hoc actionis
exemplum eſt & paulo ante.Efficeret magnitudo & uis amoris mei: conſilio ut te poſſem iu
uare.in nominibus uero uidetur contrarium.nam primitiua nominis utrunq; ſignificant. ut
amor Franciſci.i.quem habeo in Franciſcum impulit me ad ſcribendū.& amor Deiphili pla-
cet mihi.i.amor quem habet in me Deiphilus.poſſeſſiua nominum:& deriuatiua.aliquando
paſſionem tantum.ut Plinius.xv. Ceraſi ante uitoriam mithridaricam non fuere in Italia.i.
quam Luculus habuit de Mithridate. Virgil.x.Ingentes rutulæ ſpectabis cladis aceruos.cladis
quam paſſi ſunt rutuli. Valerius de Mario.In domum phaniæ minturnis cuſtodiæ cauſa de-
ductus.i.ut cuſtodiretur.Nōnulli tamen dicunt deriuatiuis nominum intelligi perſonam poſ
ſeſſoris.ut uirgo priameiia .i. Priami filia.uel quæ fuit priami. ſed omnino reſoluitur in eam
quam dixi ſententiam aliquando paſſiuæ primitiua accipiuntur ut honor dei.i. qui deo exhi
betur.Ita aliquando deriuatiua actiue.ut opus Virgilianum.quod Virgi.fecit.ſed hæc uaria-
tio non poteſt fieri in primitiuis pronominum mei.tui.ſui.unde non uenit meus. tuus. ſuus.
ſed a mis.& tis . & ſui.obiicitur illud Ciceronis illud ad Curionem. Eam autem unius tui
ſtudio me aſſequi poſſe confido . Expoſitionis autem ueritate facile eſt : nam tui ſtudio .i.
fauore qui tibi agitur a gentibus. Et ſi Laurentii ſententia eſt ueriſſima quam ipſe titubans
non explicat eo loco.Ad rem unde digreſſi ſumus . ſi diceretur intereſt mei : nihil aliud eſſet
dicere quam in utilitate quæ habetur de me quod eſt contra ſenſum propoſitæ enunciatio-
nis ſi enim dico intereſt mea.in re mea eſt ideſt utilitate quam habeo uel cupio habere . Hoc
Laurentium :ut arbitror : puduit accipe a Priſciano. Cuia quoque additur illis pronomini-
bus Cicero pro Varrone . Ea ædes potiſſimum crimini datur . detur ei cuia interfuit . non
ei cuia nihil interfuit . plura dixiſſem ſed ea libaui quæ pertinere uidentur . Sed illud non eſt
prætereūdum quod dicimus mea Lanciloti intereſt ſcribere . aliqui dicunt non eſſe dicēdum.
aliqui contra ſicuti illud Pauli ſalutatio mea manu Pauli.& illud Ciceronis in Cabinium &
Piſonem.Mea unius opera rem.p.eſſe liberatam.alii ſaluam legunt:& alio in loco.Ad meam
unius ſalutem.item ad Atticum.Solius.n.meum peccatū corrigi non poteſt. Idem pro Mure
na.Ex tuo ipſius aio ꝯiecturā cœperis.Quintil.Suæ ipſorum fiduciæ cōmittūr.Ouid. Et fleſti
& uros uidiſti flentis ocellos.Et in Euāgelio. Suā ipſius animam ptrāſibit gladius.& Boetius.
Solabor mœſti nūc mea facta ſenis.& hæc fuit eorum rō:qui perſonam uolunt in deriuatiuo
ſignificari meus liber.i.quem ego Lācilotus habeo manu. uel iure meo tuus liber.ſ.quem tu
Franciſcus habes.uel tu qui es Franciſcus.Alii uero accuratæ obſeruationis dicunt mea q ſum

Lancilottus.& in hoc Valla placet.Lego.n apud Pliniũ in epiſtola ad Veg: hoc exemplũ qđ eſſe fructuoſiſſimum nõ illius magis intereſt quæ accepit q̃ mea qui dedi.Cicer.ad Lentulũ ait.Ad arbitrium tuũ qui hæc ſemper amaſti libentiſſime cõferemus. dixit tuũ qui amaſti & ſic rõ ꝑdictoꝝ uidet̃ & uera:quia intelligitur perſona.Cum dico mea qui ſum Plinius. Liui. xxvi.Tuo cuius ſponſa eſt amori faueo.Dicimus magni intereſt.Varro in ruſtic.Magni intereſt cuiuſmodi quæq; ſit ad furtum.& alibi per magni intereſt ut bene poſite ſint uillæ. Cicero ad Trebatium.Magni mea intereſt.dicimus multum intereſt non multi.Plin.Iunior dicit q̃ multum intereſt.ſimiliter plurimum intereſt apud Quintili. & Ciceronem.Plinius quoq; plurimũ refert dicitur ẽt parui refert Fabius:Quia parui refert opinaturis relinquo. dicimus alia ſignificatione quid intereſt inter narrationem ꝓbationemq;:ut Fabius·Cicero inter hominem & beluam hoc maxime intereſt.i.differẽtia eſt.Terẽt.uero In adel.ait.Hoc pater hoc dominus intereſt.& idem ſapiens intereſt a ſtulto.& in Eun.Stulto intelligẽs qđ intereſt. aliquando dicimus interfui rei.i.præſens fui Cice.Qui non ſolum omnibus negociis interfuit: ſed præfuit·diciturq; interfui in rem·Cicero in Rhet.in quibus uictorinus. Si quo die romæ iſta cædes facta eſt ego Athenis ea die fui intereſſe in cædem non potui. Notum eſt quod dicitur hinc ad templum interſunt duo ſtadia.Et ne prætereatur inquo bacchantur pædagogi caue dicas interſum·es·prima enim perſona & ſecunda non legitur non enim dicitur ego interſum tua uel Antonii Similiter refero tua uel Franciſci·quando tamen intereſt præſentẽ eſſe ſignat ut interfui nuptiis non eſt inter improbata·ut docuimus exemplo Sic neq; pertineo·es·neq; deſio deſis·neq; confio conſis· neq; oporteo oportes·neq; liceo lices.

Alterius Idiomatis modus Caput. x.

PLacet mihi eſſe bonum.placet mihi eſſe bono.tertio aliqui placet mihi eſſe bonus primi exemplum.Lucanus libro.iii.Nunquam tibi magne per umbras perq; meos manes generum non eſſe licebit.ſecundi exemplum eſt Quintiliani.qui ait procuratori tibi eſſe non licuit.Cic.in tuſc.Licuit eſſe ocioſo Themiſtocli licuit epaminundæ.ne uetera & externa quæram.Fabius quoq;.iii An ulli accidat uiro bono eſſe uel malo.& .xi.Cui eſſe diſerto uacet.Et perſonalibus hic modus locutionis conuenire uidetur.Oui. .viii.meth.Vobis immunibus huius eſſe mali dabitur.Quod uero dicitur mihi placet eſſe bonus. aſſeuerant exemplo Terentii: qui ait hei mihi diſce eſſe pater ab iis qui uera ſciunt. in qua locutione tamen nullus præceſſit caſus.& alib.Quæ ſeſe inhoneſte optauit parare hic diuitias quam in patria pauper uiuere. Verum intuentis iudicium poſſe dici eſt quando ſimilis caſus coniungitur.Ideo non utendum eſt hac locutione.mihi placet eſſe bonus.dicam tamen uolo eſſe bonus.ut uerſus ille.Sperne repugnando tibi tu contrarius eſſe. Quæritur quare nõ dicitur Platonis non intereſt eſſe boni.ratio eſt diuerſa ſignificantia ſermonis.non aliud eſt dicere in re Platonis boni aliud utile eſt Platoni eſſe bonum. nec uſquam legimus copulatum genitiuum nec modum hunc loquendi. Sicut illum præcipe illi eſſe mihi amicus: uel meus amicus.ſonat.n.neſcio qđ triuiale.placet præterito quoq; habet placitum eſt uel fuit·Virg.Sic placitum ueniet luſtris labentibus ætas. Suetonius in Iulio. Trucidatis quos placitum eſt. Terentius. Ea quæ nobis placita eſt conditio. Brutus quoq; ad Brutum ſuum. Placitum eſt mihi poſtulare ut liceret nobis eſſe romæ.plublico;præſidio & ſuperius cum iis anguſtiis uerſaremur placitum eſt mihi.Libet libuit.& libitum eſt.uel fuit. Plin. Omnia animalia a dextris partibus incedunt.ſiniſtris incubant. reliqua ut libitum eſt gradiuntur poſuit quoq; Cicero·Terentius quoq; in adel.Deambulare hic libitum eſt. ita licuit licitum eſt uel fuit. Virgil. O iungi fœdere teucris haud licitum.dicitur quoq; licuit.lucuit. in qua re nota ꝙ aliis neutris quia nequeunt amittere rectum non poteſt dari ſpecies imperſonalis.

Vacat mihi legere.i.placet uel tempus eſt mihi legendi·Virg.Et uacet annales noſtroꝝ audire laborum·Plinius ad Seuerum. Sed ſi cõmodum & ſi ualde uacaret admoniti nuuquam porro aut ualde uacat Romæ aut commodum eſt audire recitantem ideſt tempus eſt·uacare placere·Quintil.Tunc elegiam uacabit in manus ſumere cuius princeps habetur Callimachus·aliquando ſignificat licet Statius.vii.Theb.Si uacet auertit morti contermina uirtus·& Virgilius·Hactenus indulſiſſe uacat·Aliquando non ſpetie imperſonalis dicitur uacare carere & uacuum eſſe·Ouidius in Ibim.Nec corpus quæſtulo nec mens uacet. ægra dolore. Cicero ad Marcellum·Qui locus hoc dominatu uacat Quintil.Debet autem uacare locus: ubi noterut apud Columellam Locus uacat apibus ideſt uacuus eſt & præcidit̃ pars ſuperior quæ ab apibus uacat.i.apud apes locus uacuus apud eũdẽ.v.Paulũ uacãtẽ legimus cui nihil adhæret & ad quem caput uitis ꝑducitur uacat.Corn.Celſus.ii.æſtu uacat pletiſq; ab hiis morbis. Conuenit mihi dicitur conuenit mecum noue eſt. Terentius. Hæc fratri mecum non conue

niunt.i.congruunt. Cicero uero ad Atticum. Mihi tamen cum Deiotaro conuenit ut ille in
meis caſtris eſſet.conuenit inter autores.Liuius libro.xxviii.Plautus in cap. Dicito patri quo
pacto mihi cum hoc conuenerit.de eius filio & Horatius in epiſtol. Eo diſcõuenit inter meq;
& in te.i.ea re inter nos differentes ſumus & conuenit facta eſt conuentio Val.max.primo de
decio &.M.torquate ꝯuenitq; inter eos cuius cornu prius labare cœpiſſet ut iſ capite ſuo fata pa
triæ plueret.

Tertium Idioma Caput xi.

OPortet me eſſe bonum.Franciſcum delectat eſſe pium.raro oportet perſonale.licet
apud Teren.in and.Quæq; oportent.ad ſalutem ſigna huic eſſe uideo.Quin.viii.
At.M.Antonius ait diſertos uidiſſe multos eloquentem uero neminẽ diſertos ſatis
putat dicere quæ oporteant.& Cælius referẽte Priſciano dixit in.v. Morboſum fa
ctum ut ea quæ oportuerint facta non ſint. Quod uero aliqui dicut hæc res eſt opportuna
mihi.pro oportet me.falſum & uanum eſt. Nam oportet neceſſarium ſignificat & prima bre
ui eſt.Ouidiana penelope.Tua ſum tua dicar oportet.opportunus geminata.pp longam ha
bet primam commodumq; ſignificat.Statius primo Achil.Cecropide ſtimulos nimis oppor
tuna carinis.Componitur autem ex ob & portus illud non prætereatur dictum a Varrone.
in re ruſt.Tertia res eſt nutricatu quæ obſeruari oporteat.

Decet apud antiquos cum datiuo Brutus & Caſſius ad Antonium conſulẽ. Non.n.decet aut
conuenit nobis periculo illi ſummittere animũ.Terent.in adel.Ita nobis decet.eſt quoq; illud
dedecet nos.Cicero.Si quid illos dedeceat uitemus ipſi. & perſonale contra non nullorũ opi
nionem quandoq; eſt.Quinnl.Frequẽtiſſime ꝓhemium decebit.& uocis & uultus modeſtia.

Quartum Idioma Caput. xii.

POnitet tedet miſeret piget pudet miſereſcit ut plurimum ſunt impſonalia nullo
etiam infinito.Ratio ꝙ genitiuum rei agentis habeant eſt hæc.Dixitq; Priſcianus.
Pudet me tui.i. pudor habet me tui.i. pudor habet me tui tedet me tui.i. tedium
habet me tui pœnitet me tui pœnitẽtia habet me tui me miſeret uel miſeretur tui
ideſt tui miſericordia habet me oblitus ſui more ſuo.Priſc.lib.xviii.A græca rõne trahit attico
rum:ut dicat pudet me iſtius rei.& miſereor tui Pœnitet dixit Gellius ab eo quod eſt pene &
penuria dixerũt.aliqñ eſt dolere malo ante acto.uel cũ dolore afficimur re acta.pœnitet me er
roris & erraſſe.nõ errare dicit.Ouidius.Pœnitet & lateri cõſeruiſſe latus.& Gellius dixit.Pœni
tere niſi in uoluntariis rebus probe nõ dr.facetiſſime a Cicerone dictũ non pœnitet.M. Cæliũ
non deformẽ eſſe natũ quaſi arbitrio eius fuiſſet quali forma naſceret.ꝙ ſi prĩti aliqñ iungat
ſignificat perſeuerantiã ab incepto uel rei atteſtationẽ: ut nõ me pœnitet eſſe tuũ perĩde eſt ac
ſi dicerẽ fui & ſum tuus.Liuius in primo ab urbe ꝯdita.Me nõ pœnitet eoꝝ ſniæ eſſe: quibus
& apparitores & hoc genus ab ethruſcis finitimis unde ſella curulis unde toga ꝑtexta ſumpta
eſt numerũ quoq; ipſum autũ placet.Cicero pro Cluẽtio. Neq; me pœnitet hoc potius tpe q̃
illo cãm.A.Cluẽtii defendere.Nec iã incœperat.Cic.defẽdere.licet ad Atticũ dicat. me pœnitet
uiuere.Sed itelligẽdũ pathos eſt.Pœnitet aliquãdo.i.paꝝ uidet in qua ſignificatõe.Virg. Nec
te pœniteat calamo triuiſſe labellũ.Plin.xxxv. Nec pœnitet nos illoꝝ qui tales coluerunt.i.nõ
paꝝ uidet nobis de illis.Quint.xi.Nec me pœniteret ad hoc opus quoq; meũ & curam ſuſce
ptoꝝ ſemel adoleſcẽtiũ reſpicere.Cic.uero.v.tuſc.Nihil qd pœnitere poſſit facere.Gellius quo
que.xiii.ex ſermone Actii ad Pacuuium.Neq; id ſane pœnitet.Suet. uero alio modo dixit in
Claud Signa quædã pœnitẽtis de matrimonio Agrippinæ deq; Neronis adoptiõe.aliquãdo
pro dolore Cic.ad Atti.Menti Põponi ualde pœnitet uiuere.Tedet pertæſum eſt uel fuit Virg.
Si nõ ptæſum thalami thedæq; fuiſſet.Antiqui dixere teduit.diſteduit.ut Priſcianus. aliquãdo
datiuo iũxere.ut Diomedes autore Graccho.Pertæſum eſt ab eo dicit & inclinatũ eſt.qd antiq
dixerũt ptedeo des a quo & ptenſus.ſa.ſum.Suetonius in tyberio.Poſtremo ſemet ipe ptæſus
talis epiſtolæ.alibi ẽt dixit ptenſus ignauiã ſuã.Gellius cap.ii. Verbiſq; eius defatigati pteduiſ
ſent.Sergius quoq; grãmaticus inqt Inuenimus autoribus pudeo.tedeo.uñ fit pudẽs & tedẽs
Miſeret miſertum eſt.uel fuit.Terentius.Tuaꝝ eſt miſertum Menedeme fortunaꝝ.deductum
a miſereo.Nam ut inquit Priſcianus examine.vi.antiquiſſimi dixerunt.pœniteo.pigeo.pudeo
& miſereſco. & miſereo. unde miror ꝙ in ſuperioribus dixit a miſereor deponenti deriuari
inconſtantia Priſciani ſibi contradicentis. Si quis euoluerit hoc opus inueniet octo & qua
draginta locis id feciſſe: & in octauo libro dixit. miſereo etiam miſeret. ſimiliter placeo pla
cet. ſi antiquiſſimorum conſuetudinem a pœniteo pœnitet. a tedeo tedet. pigeo piget.pu
deo pudet. oporteo oportet. &c.& xi.inquit. Sciendum tamen ꝙ hæc omnia inueniuntur
perfectarum declarationem habentia in uſu ueterum teſte Capro.pigeo.pudeo.tedeo.pœni
teo.liqueo.liceo.oporteo.quomodo.placeo.contingo.uaco.attineo.accido.iuuo.delecto.quo

rum terme perſone imperſonalium iure funguntut placet contingit euenit uacat accidit atti-
net iuuat hæc Ille. Quod uero attineo interponitur a doctis deſideratut exemplum. Qui uero
dicunt accuſatiuum in hpc uerbo habere uim actionis inſaniunt. nam miſericordia eſt ex alie-
na infœlicitate dolor competiens. ut Seneca & Thomas. quæ tes plane eſt paſſio. ergo quem
miſeret paſſiue eſt. dicimus præterea ego miſereſco tui. Terentius. Te inopis miſerecat mei.
dicimus miſereot tui. Virgili. Miſerere animi non digna ferentis. dicimus miſeror amicum
Virgil. Phœbe graues troiæ ſemper miſerate labores. Feſtus ait. Miſeretur is: qui aliena con-
queritur incommoda miſeratut qui alienum ſubleuat. unde in ſacris litteris. Miſericors &
miſerator dominus eſcam dedit timentibus ſe.

Pudet & piget differunt eo uerbo Terentii. quem neq; facti piget pudetq; ut ſit pigere cum
dolore animi pudere in uultu. cum oſtenditur timor iuſtæ reprehenſionis non properare: ut
docet Gellius: Pudor eſt timor iuſtæ reprehenſionis. pigirum legitur. ut Gellius. Pigitum eſt
cinctos ſaltem eſſe penulatos. puduit & puditum eſt uel fuit apud Apuleium. Plinius quoq;
ait. Cum puderet uiuos tanq̃ puditurum eſſet extinctos: ſi Seruium audiamus. pudet ad præ-
teritum. piget ad futurum. licet pene ſit una ſignificatio. cum dicimus piget me id facere. pu-
det non feciſſe. unde interdum ſimul a Saluſtio poſita. hæc ille. piget ad præteritum dici legi-
mus. Liuius in primo in oratione Sabinarum. Iam raptarum ſi connubii piget in nos uerti-
te iras. piget perſonale Terent. ponit in phor. Quare obſecro ne quid plus minuſue faxit q̃d
uos poſtea pigeat. Cicero de orat. ii. Quem uero non pudet id quod in pleriſq; uideo. Illud
quoq; notetur pigitum & paditum dici. ut Gellius. xiii. cap. xx. Syllius Italicus. Nec pigitum
patrioſq; lares humileſq; ſubire libro vii. Verbis præteritis addi poteſt ueritum eſt. teſte Gellio
ex Cicerone. ſecundo de finibus inquit. Ariſtippi cyrenaicorumq; omnium quos non eſt ueri-
tum in ea uoluptate. quæ maxima dulcedine ſenſu moueret ſummum bonum ponere.

Idioma Quintum Caput. xiii.

INcipit cœpit deſinit debet ſolet poteſt. Nequit inchoat uult excludatur. ne incida-
mus in delitamenta triuialium. nullibi. n. uolo amitit tectum: eſt. n. uis libera in hoc
uerbo. non. n. dicitur a ſcriptoribus: mei uel tedere Antonium. nec ſimilis elocutio.
unde miror illos qui dicũt ſine exẽplo a me uult bene ſieri. Cic. ad Atticum. xvi. Sed
tamẽ ei ſatiſfieri quoq; plane uolo. & primo de orat. mihi uolo ignoſci. Sic Celſus. y. Antea ſci-
ri uolo in unica pũdus denarioꝝ ſeptẽ eſſe. Tere. i eun. Proin uis taceri uera dicito. Pla. i rubẽte
Satin ſciri homini dũ eẽ bñfactũ uolũt. & q̃d magis miꝝ eſt notis ꝯ manifeſtis plerũq; addu-
cunt exẽpla: ut gauſapa decorent moeliboea. chlãydẽ uero auratã ſine ornamẽto ſuo reliquũt
ſimile illi ẽ audeo queo nequeo a quo Apuleiis. ii. magiæ. neq̃. q̃uis ĩfinitũ applicet. Fãularia
dixerĩ triuiales & pedagogi. quoꝝ plurima turba ẽ Regii lepidi. ubi docti ſunt i riſu. & eruditi
At triuiales extollunt. Qui pitiores iperfecte ſignificatiõis uel gñis criticologi uerba adiectiua.
Antiq & docti eruditoꝝ ꝯſenſu celebres. iter quos Donatus. ut dictũ ẽ. Aſſeuerãt hæc uerba di-
ci defectiua per genera. qua per ſe genus non faciunt uel habent ut plurimum ſine infinitiuis
ut ego incipio legere Virgilium. poſſum facere licet aliquando abſolute. ſed ſubintellecto in-
finito ut Iuuenalis. Nec uolo nec poſſum ranarum uiſcera nunquam inſpexi. Cicero ad Ty-
ronem. Poteris igitur & facies ut quottidie ſic achaſtus in portu: deſino facere licet Suetonius
in tyb. dixit. Sed depræcantibus artem deſituros promittentibus ueniam dedit. uel deſituros
ideſt depoſituros. uel intellige infinitum facere. plurimum incipio & ſemper fere habet. infini-
tum alias. abſolutum eſt. unde Col. dixit. Pecus incipiens quod poſt mortuas renouari incipit:
ut igr amat abſolute. i. amans eſt. ita incipit incipiens eſt. uel participiũ fit. Quintil. iii. Initium
tamen quodcũq; debet habere aliquam prohemii ſpeciem. nec abrupte: nec unde libuit incipi-
endum quia eſt aliquid in omni materia primum. Alibiq; ait incipiendum ab iis quæ prima
ſunt. nam nec pingere quiſq̃ nec fingere cœpit a pedibus. Seneca. Ira incipit magno impetu:
deinde deſinit ante tempus fatigata. Incipio ab hac re dicitur. unde differt ab inchoo. Nam
inchoo opus dicitur. ut alias dictum eſt ſine ullo intellectu infiniti. Plini. de Zephiro. Hic uer
inchoat aperitq; terras. non uero incipio opus. niſi intelligas infinitum. ut Terentius.
Quid inceptas parmeno ſcilicet dicere. & in adel. Hac illi ſpe hoc illi incœperunt. ſ. facere. non
uero diceres inchoo facere: nec me inchoat tedere uitiorum. Abuſus tamen Claudianus uerbo
cum infinito perſonali. ii. in Ruffinum. Infandis iterum terras accendere bellis inchoat. Lu-
canus ultimo. Longis Cæſar producere noctem inchoat alloquiis. & ad Remigium Sido-
nius. Inchoabiſq; tunc fruſtra moueri hoc ſoluta oratione haud facile comperies. nos de uſu
loquimur poſt ſeculi figura ea dicẽdi ut incipio opus dicimus. dicimus gaudeo opus. Terent.
Id gaudeo. ſ. eſſe & huius bitriam. i. famulum. Idem i andri. Orabo gnato uxorem. ſ. det. ita in-

cipio libꝝ.ſ.legere uel ſcribere. Cœpi uero uidetur habere utriuſq; ſignificantiam licet in regu lis quibuſdam ſit omiſſum. Si uero additur paſſiue imperſonali uocis dicitur cœptum eſt Li uius.v.i.ſecundo de bello punico. Trepidari cœptum:

Debet eleganter Priſc.in.xviii.qđ uulgus ait minoris.imperſonale accipitur qñ infinito tūm paſſiuam hñti tres circuit perſonas. Cū maxie ſubiūctiuū uerbū ꝯſequuntur debet fieri.ſ.a me uel a te.uel ab illo.ut autores legantur.ſic hēt uim imperſonalis. Eſt quoq; pulchrum qđ in ter debeo.& debeor.debeo pecuniā tibi.ſ.dare.debetur pecunia quæ dāda eſt. debeor morti. nō debeo morti.i.ad paſſionē ſignificat. Id Horatius cū ait debemur morti nos noſtraq;.po tuiſſet.n.dicere debemus.ſicut Quit.v. Nō debui tibi pecuniā nūq̄ me appellaſti.i.nō erā ob ligatus ad dādam. Cic.in gratiaꝝ actiōe ad ſenatū. Oia diis imortalibus đbeamus.ſ.exhibere. Poteſt iungitur aliquando cō uerbis imperſonalibus paſſiue uocis abſolute:ut pót dici Teré. in And. An falſa audiris iam ſciri pót. Cic.ad Cælium. Non potuit accuratius agi q̄ actum ē a te.& inferius paulo:a.Q..fratre imperari non poterat. Eius contrarium nequit aliter accipit imperſonalis paſſiue uocis ſpetiem Cum infinito Apuleius in Apologia. Sola uirginitas cū ſemel accepta eſt reddi nequitur.

Soleo ſolitus ſum.imperſonali adiectum ſolitum eſt.uel fuit.autiqui ſoluit. Saluſtius.ii. Hyſto riarum. Neq; ſubſidiis uti ſoluerat.

Audet ſi imperſonale eſſe nequit.ſemper tamen habet infinitum uel ſubintelligit.

Deſinō deſiui.uel deſii.deſitū. Sueto.in Iulio. Neq; i tā diuturno ſpatio q̄ſq̄ oio deſiuit. Quit. q̄ ꝑſentiſſimis qbuſq; periculis deſiit intrare portū. Gellius.ii. Nō ad augendam.ſed ad deſinē dam ſeditionem legē hanc eſſe. Liuius.xxiii. Non deſiiſſe pœnitere me belli.neq; deſituꝝ eſſe.

De uerbis q̄ ſine infinito nō accipiunť:& abſoluti infiniti. Caput. xiiii.

QVædam ſunt uerba quæ ut plurimum ſine infinito non accipiuntur: ut autumo. Sed puto aliter: quod ait Ouidius.v. Faſtorum. Nec pietas hæc prima tua eſt. Septena putaris pleiadū numero fila dediſſe lyræ:& Cic.in Rhet. Sine cā ſecuti eē putemur.undē errāt regulæ aliquoꝝ neotericoꝝ:q ponūt talia inter actiua:ut ſino quoq; & cogito. Idē niſi abſolute in deponentibus reor.opinor.arbitror. & ſimilia & ſtat infi nito abſolute.ut Virg. Stat caſus renouare oēs oēmq; reuerti per troiam. Cū tñ dicať in.viii. æn. Stāt belli cauſæ.i.placent.eſtq; infiniti abſoluti cernere erat q modus ueri eſt obſcurus in ter latinæ linguæ autores.& ſine infinito diciť Stat fabula cū placet.ut docet Dōatus in ecyr.

De Infinitis. Caput. xv.

INfinitum dicitur ut Diomedes alio nomine perpetuum. Siquidem perpetuū eſt qđ ſinē nō habet:ut legere: hæc a nominatiui aliena ſignificatione. quia finitam ſignificat perſonam:ideo infinita accuſatiuum poſcunt. Quæ quia interminatam habent ſignificationem imperſonatiua & inſignificatiua dixerunt.hac quoq; ratio ne facit orationem imperfecti ſenſus:& ſi accipitur indicatiuus pro omni modo accipiuntur ut ſcribere te impero.i.ſcribe ſcribere me opto.i.utinam ſcriberem. Scribere me uolo.cum le gam pro cum ſcribam.legere uolo.hæc ſcilicet e Priſciani doctrina fluunt.

De Significantia ſnfiniti. Caput. xvi

INfinitū aliqñ uim hēt ſubiūctiui.ut uolo te legere.i.q legas. Aliquādo ꝑ ptō imp fecto ut oſtēdit Terē.q in adelph.ait. Nō ſinit egeſtas.facere in And. Sibi ut aium expleret ſuū. Aliquādo ꝑ appellatiōe ponit:ut illud Perſii meminit Fabius in plo chi. Scire tuū nihil eſt niſi te ſcire hoc ſciat alter.hoc quoq; utimur in ꝑſa Val.max. Depoſitā te uelle ac poſſe in æquo poſitū erat:Cic.ad Atti. Magis iſti ſeruiūt ſi obſeruare ſeruire eſt. hoc ideo fit:quia ut ait Priſcia. rem ſignificat ipſam quam continet uerbum Currere.n.curſus eſt. amare amor.& ſimilia.probat hoc Seneca epiſtola.cxvii.inter ſapientiam & ſapere quid inter ſit neſcio. Aliquando loco gerundii. Virgilius. Donat habere uiro ideſt ad habēdum uel ut ha beat. Columella.vi.de toto huius arboris genere habui uobis dicere. Cicero ad Lentulum de re alexandrina. Cāq; regia tantum habeo polliceri. Horatius primo carm. Et celerem ſequi aciem.i.ad ſequendū. Nota quoq; uerba quibus datiuus apte conuenit infinito actm̄ accipere ut iubeo tibi legere.iubeo te legere. Credo omnes dictuꝝ.credo Mariā uiſuꝝ. latine dicitur & recte teſte Gellio.eſt.n.infinitus modus quē.g. απαρεμφατον uocant. nulli numero neq; generi ꝑſeruiēs.& liberꝫ undiq; & impromiſcuū eſt. Dicimus amatuꝝ fuiſſe ꝑ amauiſſet. Pli. Iunior in panagirico. Superbum iſtud & regiū niſi adoptes eū quem cōſtat imperatuꝝ fuiſſe Plin.alter libro.xxxvi. Quæ ſi fuiſſent nō eſt dubium Homerum dictuꝝ fuiſſe.i.dixiſſet. Cice ro ad Marcellum d Cæſare. Nūc omnia tenentem noſtras ſententias deſideratuꝝ cēſes fuiſſet quaſi.d.non deſideraſſet. Cic.ad atti. Si ipſe unus cum illo uno contenderet mei ei ſatiſfactuꝝ

fuiſſe.Seneca de Antigoni uindicta.Idq; negauit ſe facturum fuiſſe niſi expediret ils dominū
babere.i.ꝙ non feciſſet at ſi ponimus:eſſe:alia eſt ſignificatio.Cicero in vii.contra uerrem. Ar
bitrabare inanem te nauem eſſe in Italiam deductorum nauicularium te cum Romam ueniſ
ſes eſſe facturum.i.quod deduceres & faceres.ita dicimus credebam me eſſe facturum.i. ꝙ in
futurum agerem.Terent.in and.Non dixi hoc eſſe futurum.i.ꝙ ueniret. Simplici quandoq;
uoce enunciatur.Pli.ad Sabinum Confido te acceſſurum ſententiæ meæ.i.accedes.i.aſſenties.
& cum uerbo ad Clementem. Certum eſt regulum eſſe facturum quicqd fieri nō oportet.&
ad Gallum. Arbitror conſecuturum ergo tribus modis . Cum uerbo dicimus & unum abſq;
dicimus.credo omnes dicturum amaturum fuiſſe.amaturum eſſe.ſicut in paſſiuis amandum
fuiſſe.amandum eſſe & amandum.Suet.in Tyberio.Se nunq̃ repuditurum iurauerat.Teren
tius in Andria. Per omnes te adiuro deos.me nunq̃ eam deſerturum . Quod triuiales dicunt
lectum ire& Pōponius non impugnauit quod maxime eſt mirum cum ſit antiquarius cuiq;
accedit non nullorum grammaticorum autoritas in infinito modo eſt falſum.preſentis.n. ui
detur ſignificationis.Amatum ire.Infinitum ponit Diomedes.Priſcianuſq; meminit.& Lau
rentius.& niſi uenerarer antiquos:fugeremq; audaciam illam damnatam . Non rubeſcerem
dicere omnes in hoc grāmaticos erraſſe.Plinio. & Chariſio.& Herodiano exceptis. in quibus
nulla fit mentio. Errorem coniectarer . & aſſeuerarem quia nullo teſtimonio uel exemplo id
probant.Nam iſta figura ire amatum.uel amatum ire duo ſignificanter exponitur illud ue
natum Aeneas unaq; miſerrima Dido in nemus ire parant.ubi Virgil.manifeſte dicens parāt
ire uenatum.non facit futuri modi enunciationem.nec ſignificationem. ſed ut paro legere &
illud Horatii.Sol acrior ire lauatum admonuit.i.ad lauandum.Liuius in.iii.decadis vi.de cam
panis.ut ſibi romam ad ſenatum ire liceret oratum ſi qua miſericordia tandem flecti poſſent
neſe ad ultimum perditum irent quod uero legitur in apologia apud Apuleiium . Se merito
ultum ire manifeſte duas particulas oſtendit non ab ulciſcor ultum iri dicendum foret.uerba
eius finit. Ego ne tantulo quidem dicto meo leſus eſt: ut ei doceret ſe merito ultum ire. hoc
ire.i.uenire ad ulciſcendum: duas uerborum in hac enuntiatione notas manifeſte cognoſci
mus.non futuri conſignificatiuas.i.ꝙ amaturum uel amaturum eſſe. & amatum ire idem ſi
gnificent.Cum ergo uolumus contemplari huius rationem erroris primum aduertimus nul
lum exemplum in quo amatum ire dixerint autores pro amaturum eſſe. Ad hoc alludit illud
Taciti.xii.eamq; iniuriā excidio ipſius ultū iri duram. &.Q.Curtius.viiii.Meleager temerita
tem armis ultum ire decreuerat.i.ire ad ulciſcendum:& Gellius.vii.Quin omnium ſententia
rum uia ſeruatum ire ſocios niteretur.Sed uerius aliqui codices habent ſeruatum iri. Nam ſi di
cas ſeruatum ire pro ſeruaturum barbara locutio:non.n.latine dicitur nitor me lecturum. ni
terer me facturum.i.ut facerem.Quod uero legitur:& fuit cauſa erroris:amatum iri: Terētius
qui poſtq̃ audiuerat nō datū iri filio uxorē ſuo.i.non dandā eſſe uxorē.Cælius Ciceroni.Puto
de ea re idibus ſextilis factum iri.Metellus Ciceroni.Pro reconciliata gratia me abſentem ludi
brio læſum iri.nec Metellum fratrem obditum capite ac fortunis per te opugnatum iri.Cice
ro ad Catonem.Cuius litteris omnia perlatum iri ad ſenatum putabam.Apuleiius in magi
na neſciſti tuo te met teſtimonio cōuictū iri.Aulus gellius lannitatis indagator egregius certa
oſtendit autoritatis ratione.Et. n.factum iri contumeliam idem eſſe quod dari operam quo
fiat contumelia.Cato nāq; dixit.Factū itur contumelia.i.datur opera quod fiat ꝯtumelia . ex
quo uidetur exponi amatum iri a te Franciſcum.i.dari opam ut ametur Frāciſcus:& ſimilia iā
dicta exēpla.unde eſt ꝙ credo lectum iri non abſolute dicatur.pro eo quod eſt legendum eſſe
ut Terent.in eun.Si fidem habeat ſe iri præpoſitum tibi.dicit aūt Gellius figurā iſtā uerboꝝ in
medio loquendi eſſe ex quo ſimilia non ſunt uerba . ſed figuræ uerborum quæ ideo infinito
futuro applicantur:quia infinite rem quæ adhuc nō eſt ſignificāt. Propria igitur infiniti uox
eſt amaturum.lecturū ut ſupra.Et ſi dicamus credo te lectū ire:non ꝑ lecturū eſſe accipiemus.
Sed ad Gellianā coronā.i.te paratū ad legendū.uel ꝙ tu uadis ad legendū.Quis.n.pro iturum
itum ire dixerit aut legitur? Infinitus modus aliqñ pro ꝓterito imꝑfecto indicatiui ponit̃.ut
Terētius omnes laudare fortunas meas.pro laudabant. Hæc aūt eſt differētia ut aſſerit Dona
tus.ꝙ infinitus modus ꝓ ꝓterito maioris eſt aſſeuerationis. citatioriſq; motus.ſicut illud Salu
ſtii Milites ro. ſubito perculſi timore inſolito arma capere.alii abdere pars territos confirmare.
uehementius eſt atq; citatioris ſignificantiæ.q̃ ſi dixiſſet capiebant. abdebant. confirmabant.
poſſum ſignificare aliqñ alium loquendimodū per ꝓteritum indicatiui.ut illud Virgili.Fidus
quæ tela gerebat achates.i.genere(ut etiā Vrbanus grāmaticus)conſueuerat. Terent. in And.
Cum illis qui amabant Chryſidem una aderat frequens amabant dixit.i. amare conſueuerāt.

De differentia inter infinitum imperſonalis.& paſſiui. Caput. xvii.

DIffetentia Int:r infinitum Imperſonalis: & paſſiui eſt· quia infinitum paſſiui ſolo
uerbo Indiget ad perfectam ſignificationem.ut amari uolo probari curo At infini
tum imperſonalis nō ſolum uerbo indiget:ſed opus eſt addere ablatiuum.ut ſi di
cere udisa me amari uolo.i.uolo amare. quod ſi paſſiuum eſſe diceretur uolo me
amari & poſſet intelligi ab aliquo.hoc ex Priſciani doctrina: qui etiam addit aliquando non
poni accuſatiuum.& ſubintelligi:ut ſi dicam doceri a te uolo & ſubaudias me. & eſt paſſiuū.
non dicimus amaturum fore quia fore ſignificat futurum. ut Cicero ad Cælium de dolubel
la:Quod actum dii immortales approbent.ſpero fore iucundum generum nobis multumq;
in eo tua nos humanitas adiuuabit.ſ.futurū iucundū.Stultū eſſe:igitur dicere futurū amaturū.

Aliud Notatum. Caput. xviii.

ILlud quoq; notatu dignum.ablatiui participii (Si quibuſdam id ſcibentibus creda
tur) pro infinito ponu uturut Saluſtius in Catilina. Nam priuſq̄ incipias conſulto
ubi conſulueris mature facto opus eſt.& hoc eſt quod intellexit Quintilianus. ſupi
na ſunt participalia uerba.non qualia dicto factoq;.aliquando participium præſen
tis ut uideo te legentem.i.te legere.Saluſtius.v.hiſtoriarum. Sæpe celebritatem nominis re le
go timentem pro timere. & uideo ingentia dona quæſita gratiæ properantem.i. properare.
Aliqui participium præteriti aliquando admitti putant.ut factum oportuit.i.facere uel feciſſe
Terent.in adel.Adoleſcenti morē geſtū oportuit.Aliqui non eſſe participiū ꝑrendūt.Exēplūq;
eſt illud in Heanton.Dicam ut erat pater uenſum oportuit.& in andria. Iam ubi erit inuen
tum tibi curabo:& mecum adductum tuum Pāphilum.māſum dici neqꝫ participiū. ſequēs
pro inuenire & adducere.Et apud Liuium.Sic tulle te monitum uelim.i.uolo te monere.Si
cut illud in Andria.Ex te auditum qui aiebant.i.audiuiſſe. & alibi commodiorem hominem
aduentum pro aduenisſe.Non.n.aduentus.ta.tum..dicitur.Quod uero legitur in Hean.inte
remptam oportuit dicunt eſſe ſubaudito uerbo.ſ.fuiſſe & ſic plane participii uox eſt.Hæ aūt
figuræ ſermonis uarietatis cauſa placitæ ſunt autoribus : quæ fuit origo & fons ut diceretur
idem diuerſimode.& a nobis recitatum eſt ſupra.Gellius libro.y. uidetur dicere puditum pi
gitum per infinitum modum dici tempore preterito nam Pla.te tui intus puditū eſt dixit in
Bacchidibus.Apuleiius In apologia.nun ne nos puditū eſt?Sed Id eſt & a ſupino ut probaui.

De Supino. Caput xyiiii.

SVpina miror Pōponium lætum in ſuis horiſtice libellis confudiſſe & gerundio &
uerbo cum dicuntur uerba participialia a Quintiliano. non quidem qualia dicto
facto.unde error eſt nō obſcurus eoꝝ: qui dicūt ſupina habere caſus.prior uox iun
gitur cū uerbis ſignificantibus ad locū.ut ire uenatū.Plinius ex ſententia Plotii illud
factum oportuit dictum puta & illud ex te audiūt.qui aiebant Infinita dixerimus.licet ſacta
ta ſint participia aliquorum iudicio.Nōnulli ſupina autumarūt duce Higinio:quæ uerba pla
ne ſunt.Secūda uox ſupini & nomini recte iunguntur:ut mirabile uiſu.Et uerbo de loco con
ra Laurentii uallæ opinionem fieri poſſe docebimus.Statius primo Achileidos . Quem tunc
tuenatu reditūq; limine primo audierat.Cato in re ruſtica.Primus cubitu reſurgat:poſtremus
cubitum eat.Et nota ſupinum & abſolute poni:& quādoq; regere caſum.Suetonius in angu
ſto.q̄ filiā ſuam baias ſalutatū ueniſſet.Varro primo huius ſpectatū. ueniant uillas . Saluſtius
in Catili.Bonos omnes perditū eant.dicūtur autem ſupina duo eſſe.unū actiui:ſecundū paſſi
ui.& hoc eſt Chariſii dictū:qđ non improbat quoq; Laurentius.hoc uideret improbare illud
Liuii in.yii.de Camillo priuſq̄ iret exulatū:& primo pomeriā uenit exulatū.Sed Chariſius ita
Si uero in ue bis paſſiua ſignificantibus ineſt ſupinum ut exulatū non mirū eſt ut ipſum con
traria ſeruare quando eius poſito prima numeretur inter eas:quæ contrariæ ſignificationis di
cuntur. Pacuuius in anthiopa.Nōne uides te ire uapulutum miſer. ſic Liuius ab Vlixe deaq;
Circe oriundus Māmilio filiam nuptū dat.Hactenus ille. Et re uera intuēti prior illa uox ſem
per actionis uidetur.in aliis uerbis altera uox nunq̄ uel raro habet caſum . dicūtur aūt ſupina
quaſi ſubiecta quia ſine temporibus ſubeunt ex uerbo ad participia.& uerbalia:ut ex ipſo uer
bo præbeant partem ex qua participiorum uerbaliumq; inflexus.autores Plinius & Chariſi
us & Priſcianum diligenter legens id quoq; accipiet.ideo non ſunt tempora quia ſine reſpe
ctu diuerſis participiis & diuerſorum temporum ſubeunt analogiæ:ut amaturus amatus . le
gi tamen ſupina ab aliquibus dicta:quaſi ſupereuntia.quia ſuperent uerbi naturæ ſine tempo
re ad participiorum:uerbaliūq; analogiam.unde participialia dicta.Hæc autem Aethimologia
uidetur accepta ab eo quod ſupinus dicitur elatus . ut Virgili. Colleſq; ſupini.alibi . tendoq;
ſupinas ad coelum cum uoce manus . licet aliquando dicitur ſuperbus & mollis ut multum
referens de Mecenate ſupino.& Perſius Italo q̄ honore ſupinus.Qui aūt ſupina & gerundia

Item putarunt inter quos Diomedes: Probus. Priſcianuſq;. Sed nos ita gloſula explicamus.
Sicut canis ſtellam piſcem & animal terrenum. ſignare poteſt. ita hæc uox. ſupinum. gerūdiū
& uerbum participiale. non tamen ꝙ ſint idem amandum & amatum. Cum ſupina dicūt
gerundia tunc ueteres ſupina quaſi ſupereuntia: quia ſuperarent uerbi naturæ. unde ſignifica
tionem uerbi ſeruant. & nō ſunt uerba: ſed nomina. & ſic etiam ſupina uerbi legimus ab an
tiquiſſimis dicta: ut ſedeo. ſudo. dormio. iaceo. ſto. algeo. ſitio. eſurio. ſupereunt. n. ſignificatiōi
neſcis. n. quid agat an patiatur. refert hoc Diomedes. Sic etiam Sergius dixit ſupina uerba di
ci gaudeo. & alia quæ neoterici neutro paſſiua: quæ ī præteritis paſſiuam inflexiōem habeāt.
Sic. n. ſupereunt regulæ æqualium uocum. Stoici quoq; dixerunt prædicatorum alia eſſe acci
dētia. ut nauigare per ſcopulos. atq; alia quidem prædicata ſunt recta. alia ſupina: alia neutra.
Recta ut audit uidet loquitur. Supīa ut audior. Neutra ut ſapere. Si. n. recte animaduertimus
ſupina ea ratione quam libauimus ſupereuntia dicuntur a dialetico quia ſupereunt actiuo.
Nā uis recti mutat̄ ex ſuperabundantia litteræ r. ut amor a te. Sic græci υϖτιον ab υϖερ.
ſuper & τιο. Nam τιστου τινοσ aliquis quaſi ſuper aliqem: aliqui a τιο ſoluo quaſi
ſuperſolutum dixerunt. unde Seruius grammaticus. x. dicit ignarum pro qui ignoretur. ſicut
neſcius pro eo qui neſcitur. ſupinam eſſe ſignificationem: quia uis paſſiua in talibus ſupereat
uel ſuperfluat. Cum ſupina igitur dicuntur uerba participialia: tunc ſupina: quaſi ſubina ex
ponas neceſſe eſt. ut docui: alia repugnantia non eſt.

De Gerundiis Caput. xx:

QVæ ab antiquis dicta Gerundi Inter quos Probus Pli. Cæſius baſſus a poſteriori
bus uel neotericis Gerundia uocantur hoc uerbum quomodo latinum ſit libr. x.
ubi eſt de indagine doctorum agetur: a pluribus reputata: uerba modiq; uerboꝝ
ea ratione præcipua ꝙ amando. legendum. ultimam ſyllabam habeant cōmunē
uerbi more Iuuenalis. plurimus hic æger moritur uigilando. ſed ipſum. Virgilius contra Frigi
gidus in pratis cantando rumpitur anguis. deinde actiuam & paſſiuam ſignificationem ha
bent ut cum ſuperioribus exemplis: tum illo uritq; uidēdo fœmina. i. dum uidetur. & legē
do diſco. i. dum lego exempla infinita ſunt: ꝙ dicitur de ſignificatione nominū nomina etiā
quandoq; actionem & paſſionem ſignificant. ut uector. quod ex Gellio & aliis qui uehit &
uehitur. magnificus homo qui magnificat: magnifici ludi quaſi magnifice facti. & multa alia
ꝙ uero caſus regunt etiam nomina ea ratione idiomatis regunt caſus ſuo loco diximus. qđ
more uerborum quia deriuata ſicut oriundus ab urbe: quod nomen ſic dicitur quia ab urbe
ortus uel oritur dicitur. Neoterici ſeu poſteriores dicunt participalia nomina ſunt. ꝙ partici
piis per omneſq; caſus ſimilia ſunt. Aliqui acutiores dixerunt quia a participiis formentur. Sic
enim Priſcianus examine. vi. ait. Semper tamen ex participio præſentis tēporis & tria gerun
dia participialia ſolent naſci ablata. ſ. & addita di. do. dum. hæc ratio Priſciani ſi uera eſſet. Er
go doctor qđ (ut ipſe ait) a doctus uenit dices pariter nomen participiale. non uerbale. Miror
ſane talia effutire auſum. Cū apud Herodianū legerit. q teſtē citat Varronē his uerbis a uerbo
primigenia ut deriuata. ꝙq; gerāt in uolucra, dubioſe uocis & ſignificatiōis dicta gerundia.
quæ ipſa tñ uox. apud priſcos parcior. q̄uis ui ipſa dixerint: a currēdo curſorē. pugilē a pugnā
do. hæc ille. Argumētū o ſyllabæ rōis. qđ poſteriores nō auſi: refellimus. Rō ſyllabaꝝ diuerſa ē
interi ap̄ Poetas. Et uſurpata q̄le eſt es uerbū qđ natura lōgū uſurpatū ē ī breue. ꝙ ſit longū.
probat Vale. Flaccus. vii. argonauticon dignior es & fama meis Iam parta uenenis. Et ſic uer
ſus ille propertii recte legi patet a uiro docto qui nouit poetæ ſenſum dicentis in elegantia: cu
ius initium eſt Quicunq; ille fuit puerum qui pinxit amorem. Si puer es alio traiice tela ma
nu. Quāquam nonnulli legant. ſi par alio traiice tela manu. Et aliqui grāmatici. Si pudor eſt
alio traiice tela manu. nō quadrat ſenſui Propertiano. Eſto. Sicut unico exemplo es longum
eſt per uſurpationem Valerianam. Ita unico exemplo Iuuen. fiet Syllaba longa breuis. Quid
ꝙ Vel Idem Iuuenalis. qui uigilādo dicit, critice pelluces. & alibi critice & hanc populo ueſtē
mirante perores. ꝙ ſi cretice legas: ut excuſes. Martialis æqualis liber eſt critice qui malus eſt.
Contra Horatius ad Auguſtum. ut critici dicunt leuiter curare uidetur. Perſius. Findor ut ar
cadiæ pecuaria rudere dicas. Virgilius contra Sera ſub nocte rudentum. & in eodem Sicano
pretenta ſinu alibi fluctus ſubter habere ſicanos. Tibullus nam ſine me eſt tibi paruus honos
tua bella Pyrene. Lucanus. iiii. Iamq; pyreneæ quas nunq̄ ſoluere titan eualuit fluxere niues
Syllius Italicus contra. Cum in pluribus tum illic. Mox & pyrenes populi & bellator hybe
rus. Iuuenalis. Hæc tetigit gradiue tuos urtica nepotes. Syllius contra. xv. Qui conſulta ducū
ac flagret meliore gradiuo. Valer: Flaccus. Indyta amazonidū magnoq; exorta gradiuo Acer
rimum eſt illud. Statius Fluctibus inuiſis iam nereis imperat belle. prima longa altera breui.

Contra ſecundam longā oenone ouidiana. Vtq; celer uenias uirides nereides oro. Si addasq; peius fit. Et Horatius palus ultima correpta. Sterilis palus aptaq; remis. Virg. contra. Stygiaq; palus innabilis unda. Caue e breui. Horatius contra alii longam. cum faciant uſurpatam uocem dicas neceſſe. Repete & illud. ſerus prima breui a priſcis. Cicero in arato. Occidit Andromede clarum caput & ſera piſtrix. Contra Virgil. Vincla recuſantū & ſera ſub nocte rudentū. ibi tamen aliqui legunt fera. Alibi quoq; ſæpe. nō igitur ſyllabæ ratio mira. uel uſurpatiue. uel placito. haud ita eſt ut cōcludar. ob id eſſe uerbum. Quod gerundium ſit nomen probat Priſcianus. ea ratione ꝙ per appoſitionem recipiunt præpoſitiones. ut uado ad uenandum. a legendo uenio. Gellius poſtremo inter uapulandum uociferari incipit. Et illud Virgilii Inter agendum occurſate capro cornu ferit ille caueto. Gellius quoq; modicis modeſtiſq; inter bibēdum remiſſionibus refici. Aliqui grāmaticorum dixerunt nomina communia quia tam actiuo q̄ paſſiuo cōmodetur. poſuit priſcianus. viii. examine q̄d uero in obeliſci acie eſt. In conuertendo dominus captiuitatem ſyon facti ſumus ſicut conſolati. Quod nominatiuus uideatur tribui gerundio. alienum. ſ. a grāmatica præceptione. In honorem Hieronymi dicemus curioſis. quātum poſſit excuſari. Id plane uenuſtum ſermonis genus quo interpoſita ornant implerunq; decus & orationis ſenſum. uerbi gratia. Apud Terentium legitur loquente Simone in and. Interea inter mulieres quæ ibi aderant forte unam aſpicio adoleſcentulam forma. Soſia interponit bona fortaſſe. ipſe tamen Simo proſequitur rem ſuam & uultu Soſia adeo modeſto adeo uenuſto ut nihil ſupra. Ita Dauit calore diuino. cum diceret. In conuertendo captiuitatem ſyon facti ſumus ſicut conſolati interpoſitum eſt dominus. non lege conſtructionis ſed p elocutionē expreſſus caloris modus. & hoc ꝯuenit qa lingua ipſa hebraica uerſus eſt dn̄s. ſ. fuit cā. Verior tn̄ defenſio eſt (licet hebræi locū more ſermonis ſui factū accipiāt) docētibus grāmaticis antiquis præcipue Plinio & chariſio & Ser. habetur nominatiuum & uocatiuum ſecundi flexus eiuſdem fuiſſe enuntiationis. ut populus. Lucanus. Degener o populus dominus uocatiuo o dominus. fluuius uocatiuo o fluuius. Virgilius Corniger heſperidum. fluuius regnator aquarum. Lucus o lucus. ut phocas. unde eſt apud Lucretium primo quod ſupereſt uacuis aureis mihi Memius &. D. dixit Memius ꝓ memi. hic antiquis loquēdi modus ignoratus & a cōmuniter curioſo in ſacris. Agnus dei q tollis peccata mundi. dicit quoq; Seruius ipſe nomina habuiſſe ſimiles uocatiuos & metri cauſa nunq̄ uocem accipi. cum igit ſit uerſus apud hebræos non ab re uerſus placitum ſecutus eſt interpres. eſt igitur dicendum dn̄s. i. dn̄e in ꝯuertendo. i. ad te dum conuertimur facti ſumus ſicut conſolati captiuitatem ſyon. ſolamur. n. labores. autoribus placuit. Virg. Hoc equidem occaſſum troiæ triſtiſq; ruinas Solabar fatis contraria fata rependens. tunc repletum eſt gaudio os noſtrum & deinceps. litteratores & ſophiſtæ gerundium non eſſe nomen probant. quia non ſignificat ſubſtātiam & qualitatem. hinc non eſſe uerbum quia recipit caſus. Antiqui ſignificatiōem ſecuti uerba dixerūt ut Probus & alii plures modum uerbi gerundium liceat nobis ſoluere quæ aliis inexplicata remanſerunt. Nota ꝙ ſignificatio uerbi. ſ. agendi uel patiendi. actiua uel paſſiua. aut eſt explicita uel patiens aut implicita uel recondita ſignificatio patens uerbi eſt uel recta dicitur quæ nulla ambage circunſcribitur ad actum ſignificandum. ut ego amo deum. lego librum. & ſimilia & hoc modo pars orationis. Secunda dicitur uerbum. implicita uero ſignificatio eſt quæ circunſcribitur uel relatiuo. uel aduerbio. uel tempore. exemplo utar Varronis amator. qui amat. lector qui legit. amans qui amabat uel amat. amandus qui amabitur. amaturus qui amabit. amatus quem amauit. iſta ſignificatio actionis uel paſſionis dicitur recondita. uel ut antiquorum more loquar circunſcripta. & hoc modo non habet titulum proprium uerbi. nam cum dico amans q̄q̄ actiuam eſt ſignificatio non tamen eſt uerbum. differunt tamen circunſcriptione nomina & participia. ꝙ participiis ineſt ſignificatio cum tempore circunſcripto per relatiuum uel per aduerbium. ut amans qui amat. &. legente magiſtro ideſt dum legit. nomen uero tempus non admittit definitum ut lector poteſt dici qui legit legebat. qui legit. qui legerat. qui leget. & illud doctore Lancilotto. Franciſcus diſcebat. i. dum doceret Lancilottus. Virgilius. Regia portabat tyriis duce lætus Achate ideſt dum duceret Achates gerundiū igitur ſignat actionem circūſcriptam uel reconditā ſine tempore: uel per modum tēporis nō erit igitur uerbum. nec participiū. nō eſt ꝓnomen. ergo nomē differt gerūdiū a participio q̄d ego miror a Priſciano Valla. & criticis ꝑtermiſſum. uel nō expꝛeſſum. participiū circunſcribit ſignificationes actionis uel paſſionis. relatiuo cū rōe tēporis: uel aduerbio ut amandus qui amabitur. incuſante Cicerōe dū incuſaret Cic. gerūdiū uero ſine relatiuo & tempore. ut ueni legendi gratia ideſt ut legam habenda eſt ratio oportet habere rationem legēdus erit Virgilius oportebit legere Virgiliū. ꝙ uero dicitur nō ſignificare ſubſtātiā & qua

litatem repete quod diximus.iii. uolumine. qualitas capitur a grammatico pro omni quod
adiacet ſubſtantiuo.ſicut proprium quod domini uel rei.ut Hieronymus Ferraria aliomodo
philoſophi. ſic & numeralia diuidua relatiua ordinalia. quæ nullam qualitatem philoſophi,
dogmate ſignificant:neq; ſubſtantiam apud grammaticos ſignificant.& merito dicuntur no
mina.Eſt alia differentia preter antedicta inter gerundium & participium. gerundium ſigni
ficat aliquando neceſſitatis enunciationem.ut Donatus quoq; docuit: ut eſt uiuendum læte
.i.oportet uiuere læte.Terentius.Vxor tibi ducenda eſt.Saluſt. Agendum atq; obuiam eundū
eſt.Ex quo apparet error eorum qui dicunt gerundium non habere niſi tres caſus.ut.n.dica
mus quæ excludunt errores per omnia ſimile eſt gerundium participio. & per omnes caſus,
ſed differunt ut ſupra: ut audienda eſt lectio.i. oportet audire lectionem ſi uolumus diſcere.
Quintil.Quare nemo expectet ut alieno tantum ſit diſertus uigilandum ducat interim enitē
dum pallendum eſt facienda ſua cuiq; uis non reſpiciendum ad hæc ſed in promptu habēda
neq; tanq̃ tradita ſed tanq̃ innata.hæc Fab.Pallendum nominandi eſt caſus. & enitendum:
quorum ſenſus neceſſitatem quandam ſignificat.nam a palleo:& enitor non ueniunt pallen
dus:enitendus:ſicut nec eundus.Facienda quoq; eſt gerundium ea ſignificatione.Seneca con
trouerſiarum libro.iiii.Nunc nobis parum ſi ſanus es exulandum eſt.hoc non eſt ab exulan
dus participio:& nominatiui eſt caſus.& Cicero Bruto. ut dicitur ſeruiendum eſt & infra eſt
dolendum in tam graui uulnere.& ad atticum. Sed ea mihi ſunt patienda. In primo de fin.
bo.& crebrum ait Sed fruenda ſtipendia non ſunt.Quint.in media re.p.uiuendum non dici
tur uiuendus.da.dum.ſicut nec ſeruiendus.nec fruendus.nec dolendus.nec patiendus Teren
tius ut fuit parendum:non.n.parendus a pareo participium eſt.Plautus in Epidico loquente
apoecide ubi pudendum eſt ibi deſerit eos pudor Plautus in aſinaria Si te carendum eſt.& in
eadem inambulandum eſt dicit Litanus.occurret quiſpiā dicetq; Diomedes ait.Non eſt par
ticipialis iſte ſermo:ſed proprie ſermonis ſpecies. Ego reſpondeo quicquid ponitur in oratiōe
eſt pars orationis:ergo iſta quoniam ponuntur in oratione erunt ponenda in aliqua oratio
nis parte.ſunt nomina:ſed non ſimplicia.quia caſus uerborum unde deriuantur regunt. nec
participia eſſe poſſunt:quia tempora non adſignificant præterea ſi Diomedis genera quæ de
nominibus.& Priſcianus.faciunt accipias nulli hæc uox conuenit niſi gerundia uel participia
lia dicas.Gerundia igitur ſunt talia neceſſitatis enuntiatiua uel ſignificatiua recto caſu enūtiata
Brutus quoq; in epiſtola ad Brutum & Caſſium.Quid eſt ergo inquis tui conſilii dandus eſt
locus fortunæ cedendum.ex Italia migrandum.aut aliquo terrarum arbitror dandus gerun
dium eſt.ſi notatur ſignificatio non participium.Cicero ad Marcel.Multa uictori per quos ui
cit etiam inuito facienda ſunt.i.oportet fieri.& ad Varronem.Quid faciam tempori ſeruien
dum eſt.& ita eſt auſpicandū.Gellius lib.iii. Nā magiſtratus quādo una die eſt eis auſpicandū
& ſuper quo auſpicarunt.agendum poſt mediam noctem auſpicantur.Quinti.viii.in quam
rem ſtudendum ſit & in prohemio nec antecedentē conſequi poſſumus & longius eundū eſt
Aliquando non neceſſitatem ſed debiti modum ſeu agendæ rei.ut Plācus Ciceroni. Quantū
in acie Tyroni ſit cōmittendum.i.cōmitti debeat.Cicero ad Leptā.Sed tā aliquid uidebimus
in quo ſit ſpecialiter quidē non modo non appetendum ſed etiam fugiēdum puto.i. nō mō
non debere appeti ſed etiam debere fugi.Pli.m.Scaurus pater totius & princeps totius ciuita
tis & marianis ſodalitiis rapinarum prouintialium ſinus iam ne ipſi quidem comparari ſibi
poſſet:quando hæc certe incendii illius habuit coniectis ex orbe terrarum rebus:ut nemo po
ſtea par eſſet inſaniæ illi ingenio ſuo erat utendum. & Curioni aliud excogitandum fuit .i.
oportuit ingenio ſuo.& Curionem oportuit excogitare. Terentius in p̄ior. Herus ſi redierit
molendum mihi eſſe: uapulandum habendæ compedes. opus ruri faciendum.i. opus erit
molere uel uapulare habere compedes facere opus ruri. & in ecyra. Aliquo mihi ablegandus
eſt dum parit philomena ideſt oportet ablegare.Quintilianus. ſecundo. Vtilem certe eſſe eam
confitendum eſt ideſt oportet confiteri. Plini.ii. Græcis utendum erit uocabulis ideſt opor
tebit uti græcis &c.Cicero in Lelio.Ferendum id Scipio potius quam inimicitiarum tempus
cogitandum putabit ideſt oportere fere potius q̃ oportere cogitare tempus.& in plurali. Vir
gil.Sanguine querendi reditus animaq; litandum argolica. Terent. in heau.Hac illac concur
ſa inueniendum tamen eſt argentum intendenda eſt in ſenem fallacia. Cicero libro.iii.de fin.
his que ſine uirtute ſunt morum oppetenda aliqui legunt appetenda. Aduerte q̄ talibus
datiuus caſus pro ablatiuo.congruit. Quintilianus. Vnum accedet in quo nobis orator infor
mandus eſt:pro a nobis.his exemplis & inferius annotatis cum error Priſciani innoteſcit: qui
poſuit uerbalia eſſe in dus.& alibi participialia nomina:ut gerundia tm̄ tres haberent caſus.uū
patet quod libro octauo operis ponit hæc inter exēpla gerundii. inuidendum nobis non eſt.

& minime nocendum uirtuti. & libro xvili. ſcribit miſerendum tui eſt eſſe participiale uel ſu
pinum in quo ſine dubio contingit Priſciano: ut ei qui ſuo ſemet gladio confodit. nam inui
dendum miſerendum p'ane eſt nominatiui caſus: ſimiliter nocendum & reuera non poteſt
dici ꝙ ueniat a nocendus. a. um. n c a miſerendus. a. um. ſicut ſupra confitendum. utendum
ſtudendum eundum. Obſeruandum tamen eſt talium gerundia uerborum raro aliis generi
bus uariari. ex prædictis etiam patet præcipue ex aliis differentia inter nomina e participiis ue
nientia. & gerundia. Nam ea nomina ſemper paſſiue accipiuntur ſemper adiectiua ſunt. i. alte
ri adiacent & tertio per nomen præpoſitum exponuntur ut laudandus Cicero mihi placet. i.
dignus laudari. uenerandus dignus uenerari. ut illud Ouidianæ Phillidis. Non tibi ſic dices
Philli ſequendus eram. i. dignus eram ut me ſic ſequereris. at gerundia per uerbum exponun
tur & aduerbium aliquando & coniunctionem. ut legendo diſco. i. dum lego gratia legendi
uenio. ideſt ut legam. Liuius poſteaꝗ pugnandum uidit. i. oportere pugnare aliquando addi
tur præpoſitio inter diſcendum fio doctus. i. dum diſco. & a legendo uenio ut legi uel poſtꝗ
legi. & iſte non eſt ſoluendo. i. non habet unde ſoluat. Cicero in philipp. nec tu ſoluendo eras
uox uſitatus iuri legis ſicut illud de edendo. Gerundia habent per ſe uim & cum nomine iun
gi poſſunt per omnes caſus tam actiue. ꝗ paſſiue exponi poſſunt ut legendum eſt. i. oportet
me legere. uel oportet a me legi. Quintil. ſecundo. Si qua difficiliora diſcenti uidebuntur. Ela
borandum eſt. ideſt oportet diſcentem laborare. uel a diſcente laborari. Pli. xxxiiii. de calcanto
ſuperponitur emplaſtris ad tollendos dolores. ideſt ut tollat dolores uel ut dolores tollantur.
Exempla utriuſq; ſignificantiæ inferioribus patefient. Gerundium per ſe poſitum oſtendit
Cic ad Lentulum. Ego neq; de meo ſtudio neq; de non nullorum iniuria ſcribendum arbi
tror. & ad Atti. Miſi ad te eam curabis cum tua perferendum. loquitur de epiſtola. Gellius xv.
Congrediendum igitur cenſuit. Quintilianus principio quinti Affectus duplici ratione exclu
dendos putant. Quid ꝙ Varro Facienda ſunt omnia. & faciendum omnia dici poſſe oſtēdit.
Faciendumq; ſepta ſecreta ab aliis. & in tertio ait. Colligendum eas in uas aliquod & reponē
dum in tecto loco ac tepido prono ad meridiem. & ſecundo de equis. Eadēq; tamen ibi fre
nos ſuſpendendum ut oculi conſueſcant uidere eorū faciem. & alibi in foetura dandum poti
us ordeaceos panes ꝗ triticeos. & in tertio Singulis ubi patiunt faciendum haras quadratas.
Seruius uero decimo æne. inquit accuſatiuo caſu etiam utimur cum uolumus abſolutam fa
cere locutionem & per gerundii modum aliquod dicere: ut petendum eſt mihi equum. hic
modus apud Varronem eſt a nobis iam obſeruatus nec tamen eſt uerbum poſuit Varro. Cū
uero dicit petendum eſt codicem. uerbi natura rectum eſſe probat. Et tamen cum dico uado
ad petendum accuſandi eſt caſus. ergo plures caſus tribus gerundium habeat neceſſe eſt. Vir
gilianus uero uerſus. Et pacem troiano ab rege petendum. ſine uerbo eſt nec per ſe ora
tio eſt perfecta. ſine uerbo ſubintellecto quod ratio latinitatis probat & grāmaticæ. hæc ideo
recenſui: ne quibus eſt Seruius deus: labefactent ſententiam Vallæ & peritiorum. Debebat. xi.
æn. dicere ubi poeta alia arma latinis quærenda aut pacem troiano ab rege petendum quæ
pars ſit quærenda. Probat noſtrum argumentum Donatus. ſuper eo Terentii ducenda eſt
uxor. uerſum adducens Virgilianum a Seruio allegatum. & alia Saluſtii exēpla. quibus unū
ſchemma uel modum locutionis oſtendit. Quod uero Seruius dixit petēdus eſt codex. Parti
cipialiter eſſe præter Donati opinionem: ratio ipſa refellit. quomodo participialiter ſi tempo
ris uim non habet: quod ſuum eſt participii. Dicet quiſquam nomen ex participio eſt: fallet.
Nam participia in nomen uenientia mutant caſus: ut amans iuſticiam participium eſt amās
iuſtitiæ nomen eſt. amatus. doctus. & ſimilia nullum caſum amandus dignus amari. uenerā
dus uiris. i. dignus uenerari. caſum tranſitiuum nullo modo accipere poteſt nec actionis alias
in totum non eſſet factum participiū nomen. Nam ſignificatio nominis dicit eſſe non actio
nem uel paſſionem: quod eſt uerbi uel participii. Deinde quæ differentia eſt ſi dico uenio ad
audiendum lectionem & ad audiendam lectionem & ueni gratia audiendi lectionem & gra
tia lectionis audiendæ. Cic. iii. de fin. bo. & mal. Cum inter res eas que ad uitam degendā per
tinerent. i. ad degendum & alibi. cum autem ad tuendos ſcrutādosq; homines hominē natū
eſſe uideamus. i. ad tuendum & conſeruandum homines. Et illud Cornelii Taciti. Multa ar
bitrio Senatus conſtituta ſunt. ne quis ad cauſam orandam mercede aut donis emeretur. idē
eſſet dicere ad orandum. ſic Gellius. Cum bibendæ niuis cauſa fere multa. i. ad bibendam ni
uem. & Plautus in aſinaria quos utendos dedi philodemo. i. quibus uteretur. Nulla profecto
niſi dicamus idem actiuum & paſſiuum ſignificare: ſed differe enunciatione uel modo enun
tiandi ut amor a te. tu amas me. Item ueni uidendi tui cauſa paſſiue exponitur. i. ut a me ui
dearis ueni te uidendi cauſa. i. ut te uiderem uel uideam. Liuius libro xxxviii. Ne tanta undal

gentia plures ne ad talia audenda impellantur.i.ad audendum talia non enim dices a partici pio hoc natum uel ueniſſe quod nullum eſt nec paſſiue accipi uel interpretari niſi ut dixi pōt. Gerundium poſſe ſignificare utrunq;.oſtendimus.Cicero ad Lentulum. Vt mihi uideri ani mum hominis ab omni alia cogitatione ad tuam dignitatem tuendam traducere.i.ad tuen dum:nam paſſiue non expones quod non dicitur tueor a te.Valerius Maximus de Alexan dro epheſtione.Gratiſſimo ſibi latus ſuum tangente ad eos elloquendos uenit.i.ad elloquen dum.non enim dicitur tu alloqueris a me.idem in legendis libris & in legendo libros eadem eſt ſignificatio quando ambo ſunt gerundia. ut ſi dicamus in legēdis libris multum curæ im pendo.Cicero ad Lentulum Dignitas in dicendis ſententiis ideſt in dicendo ſententias. Et de oratore tertio.Loquendi eleganter augetur legendis oratoribus & poetis ideſt legendo poetas & oratores.non poteſt dici qui legentur uel dum legentur.Et Varinius imperator ad Cicero nem.Conſuetudinem in tuendis patrociniis dixit pro intuendo patrocinia. Gellius.xiii.Obie tumq; eſt ei q pecuniā domus emendæ cā a reo accepiſſet.i.ut emeret domum. Lucanus.iiii. Qui tempus in illa querendæ ſibi mortis habet ideſt quo quærat ſibi mortem . Valerius ma ximus de Mario alioquin interpretandarum religionum periciſſimus a multitudine quæ ad opem illi ferendam confluxerant impetrauit ideſt peritiſſimus ad interpretandum religiones ad ferendam ideſt ad ferendum.Virgil. Et quæ ſit rebus cauſa nouandis diſſimulent ideſt no uas faciendo res uel ad res quæ nouantur. Valerius Maximus Ptolomeus a minore fratre re gno ſpoliatus petendi auxilii gratia cum paucis admodum ſeruis ſquallore obſitus Romam uenerat ideſt ut peteret auxilium.& paſſiue Cicero ad Marcellum. Itaq; ne tu multum inter fuiſti rebus agendis.ideſt dū agerentur.Curtius ſeptimo de Indo flu. alendis frugibus mitius ideſt in alendo fruges.uel dum aluntur fruges.Plinius clariſſimo exemplo oſtendit gerundiū per omnia uerti poſſe genera alienumq; a nomine Priſciani.Sic ait xxxi: Et ſolidam Gorgias Leōtinus delphis hominum primus auream ſtatuam in templo ſibi poſuit Olympiade cir citer.lxx.tantus erat docendæ oratoriæ artis quæſtus.i.in docēdo artem oratoriam quod par ticipium eſſe nequit ſic neq; ab eo nomen participale quale illud eſt apud Fab.viii. Sicut mul ti & uarii excolendæ orationis modi.i.ad extolen.orationem & Lucan.iiii.At nunc cauſa mi hi citorandæ negat ſalutis.i. ad orandum pro ſalute . tale Cicero pro Sex. roſc.amarino. ruri ſemper habitauerit & in agro colendo uixerit.i.dum coleret agrum.uel in colendo agrum. Sic apud Capellam in grāmatica.Certe loquentur illæ quicquid erat docendum ideſt oporte bat doceri.& uerſus Gellianus libro nono. Viuat & æternum lætus bona tempora ducat qui ſic dilecto tanta docenda dedit ideſt ad docendum.Cic.pro ſex.roſc amerino Quid ais Eruti tot prædia tam pulchra tam fructuoſa ſex. roſcio filio teleganenis ac ſuppletii gratia colenda ac tuenda dederat.i.ad colendum & tuendum & Paulo poſt in prædiis colendis operæ pluri mum.i.in colendo prædia.Et dandi caſu Quint.xii.Cui docende priores elaborarūt.i.ad quā docendum in noſtro lib.xi.illud eſt diligentius docendum.hæc aūt participia eſſe nequeunt amiſſa participii natura. & in plurali Plautus in captiuis liberorum quærendorum cauſa ei credo uxor data eſt ideſt ad quærendum filios uel ut quærat ideſt acquirat filios.Suet.Meden dæ ualitudini leniendiſq; morbis nullam humanam diuinā q; opem nō adhibuit. Idem erat ad medendum ualitudini & leniendum morbos.Plinius.xx. decepis Coctas diſſenteris uen ſcendas dedere ideſt ad ueſcendum.Gerundium (ut exempla ferantur) & ſignificationis paſſi ue eſſe poteſt & actiue utroq; numero.Et quandoq; promiſcue.Cicero . Nempe ſtudiū nō de fuit declarandorum numerum tuo nomine dicit ad Curionem. ideſt ſtudium ad declarā.dū munera:uel ut declarentur munera . Quintilianus Epilogus ſi enumerationem rerum habet deſiderat quandam conciſorum continuationem ſi ad concitādos iudices eſt accommodatus aliquid ex iis quæ ſupra dixi ſi placandos in lenatam quandam lenitatem.ſi miſericordia cō mouendos flexum uocis : & flebilem ſuauitatem. ideſt ad concitādum iudices uel ut iudices concitentur.utroq; modo in ſuperioribus poteſt dari expoſitio. & alibi quare norit ſe quiſq;. nec tantum ex cōmunibus præceptis:ſed etiam natura ſua capiat conſilium formandæ actio nis.i.ad formandam actionem uel ut formetur actio & lib.xi. notum ſit nobis ante oīa qd conciliando dicendo mouendo iuditii conueniat i. ad conciliandum dicendum mouendūq; iudicem id quoq; paſſiue dicas.i.ut iudex concilietur dicatur moueatur. Valerius Maximus de Simonide.Cum cauſa omni æuo fruendam traditurus eſſet . ideſt qua poſteri fruerentur uel frui poſſent paſſiue in ſingulari oſtendit Iuſtinus.xvii. Athenas erudiendi gratia miſſus ideſt ut erudiretur.Et in prologo primi uoluminis ait quod ad te imperator Antonine nō tam co gnoſcendi q̄ emendandi gratia tranſmiſi.ideſt ut non tam cognoſceretur q̄ emendaretur.in plurali paſſiue.ut Cicero ſecundo de diuinatiōe.Dolebas tantam Stoicos noſtros irridendi ſui

facultatem dediſſe.ideſt ut deriderentur . & plurium eſt apud Plautum In captiuis Nominā
di tibi iſtorum magis q̄ edundi copia.Gellius Lælius feciſſe uidetur eum librum ſui magis ad
monendi q̄ aliorum docendi gratia.In datiuo quoq; per omnia genera:ut ſtudeo diſcendo
operi.Virgilius in georgicis primo.Quis cultus habēdo ſit pecori.Plinius.xxxv.Cui faciendæ
fornax in campis ædificata erat·ideſt ad quam faciendum.Et Suetonii exemplum iam dictū
medendæ ualitudini leniendiſq; morbis nullam humanam diuinamq; opem non adhibuit.
.viii. Liuius medendis corporibus. Quintilianus ſecundo.Sic ad cibos uiribus conſeruandos
idoneos redeunt ideſt ad conſeruandum uires uel ut uires conſeruentur·alibi ueluti claſſico in
ſtinctu concitatiſſimum corporis motum non enuntiandis ſed querendis uerbis accomodāt.
Ouidius.Et clario miſſa legenda deo ideſt ut legerētur & in accuſatiuo domus meritoria ap
ta eſt ad uidendum ut uideatur.Virgilius de Polidoro Threicio regi Furtim mandarat alen
dum ideſt ut aleretur.Statius in achil·Niuibuſq; immiſſit alendum.De ablatiui exemplis pau
ca referimus ut pote inconfeſſo.Tranquillus in Domitiano. Nero in adipiſcenda morte ma
nu eius adiutus exiſtimatur ideſt adipiſcendo mortem uel ut mortem adipiſceretur.uel ſepti
mi eſt illud ſtudendo diſco ideſt dum ſtudeo.& illud Quintiliani.xi. memoria excolēdo ſicut
alia omnia augetur ideſt dum excolitur.aliud enim eſt dicere ſtudendo laboro a ſtudendo re
deo.non enim hoc ſenſu poteris dicere ſtudendo redeo ſine præpoſitione: uti q; uidendo fœ
mina:non dices a uidendo.Hoc adeo de ui ſeptima dixi:quia Vrbanus grammaticus ſuper eo
uerſu Virgilii.Nec potis ionios fluctus æquare ſequendo: ait ſequendo ſeptimi uis eſt.i. dum
ſequeretur.Et Quintilianus:quod iam recitaui alias cum dicitur dixit poeta:cælo decurrit ap
to:dixit naturalem eſſe amphibologiam utrum per apertum cœlum:& hoc eſt uox ſexti ca
ſus.an cum eſſet apertum cœlum & hoc eſt uis ſeptimi.Quinto caſu deficiunt natura reſolu
tionis repugnante gerundia . Notetur tamen illud contraria ſignificantia in o ideſt expertia
actiui modi habere gerundia ſolius ſignificationis.ut Cicero ad Marcellum . Si autem nulla.
ſit hunc tamen aptiſſimum ad exulandum locum ideſt in quo exulemus.Seneca Controuer
ſiarum quarto·Pater ſi ſanus es exulandum eſt.Terentius in adelphis.Ego uapulando ille uer
berando uſque ambo defeſſi ſumus.dum uapularem:& ille uerberaret:hæc ſignificatio ſi po
ſita eſſet præpoſitio minime eſſet unde neceſſario eſt ut uim ſeptimi fateamur· Apuleius di
xit in magia . Sed olim ſua ſponte a nubendo non alienam quod eſt dictu a re uxoria non
opificium eſt uerbi . Lucretius primo . Sed caſta in caſtæ nubendi tempore in ipſo . Quid q
Varro ait dicitur a currendo curſor a ſcribendo ſcriptor a legendo lector: idem eſt a ſcribendo
uerbo a lego & ſimilia:non enim legendo lector eſt eadem ſignificatione dicetur:ergo ſextum
caſum fateamur neceſſe eſt.Obſeruetur illud quoque.Soleo.Fio.eiuſq; compoſita : ut calefio
& ſimilia penitus non habere gerundia.& tamen habere ſupina . ergo ſupinum & gerundi
um non ſunt idem.Sum utroque deficit.non enim eſſendi.eſſendo.dum.legitur nec ſolendū
nec calefiendum.Defectiua primæ poſitionis:ut odi.cœpi.memini.forem res.Licet Hierony
mus & præcipue in Iouinianum odiendi ſicut multa alia uſurpet.& per modos ut faxo.ingo
& ſimilia ſunt abſque gerundiis . Gerundia præter quæ ab actiuis & iam recitatis nim uerbi
imitantur ſui enim actiua utronq; accipiunt:ut eundi.eundo.eundum.ut eundi gratia ad eū
dum paratus.in eundo laboro:eundo lentus ſum:eſt eundum. Obſeruetur & illud quod di
cimus.Credo dicendum de hac re & credo eſſe dicendum . Cicero pro Rabirio. Si iam nobis
nunciaretur in ſenatu ſententias dici ut iis legibus peteremini concurrendum ad curiam pu
taretis.Quintilianus.Commouendos eſſe docendoſq; animos imperitorum.obſeruandumq;
illud ſecundum figuratas locutiones primitiuorum fieri gerundia.Quintilianus. Sed adeun
di plerumq; aſperi colles.Cicero ſecundo tuſc.Quis non modo recuſandus.ſed ultro appetē
dus.ſubeundus.excipiendus·dolor.Ita dicemus tranſeundus eſt uitioſus ſilentio uel prætereun
dus.quia tranſeo eadem figura ponitur. Quintilianus . Non ignoro igitur quos tranſeo. nec
utiq; damno.Impersonalia gerundiis carere non uidentur ſi dixit Cicero in Tuſc· de Alexan
dro. Qui cum interemiſſet Clitum familiarem ſuum uix ſe manibus abſtinuit tanta fuit uis
pœnitendi.Idem magis eſſet pudendum ſi in ſententia permaneres.Seneca Ad pœnitendum
properat qui cito iudicat.Cicero ad Atticum·vii. Quod de ſua ſententia deceſſerit pœnitendū
putem.& primo de orat.Non enim pudendo ſed non faciendo id quod non decet impuden
tiæ nomen effugere debemus.q Cice.in Topicis.Pluendo creuiſſet credo nigendo & ſimilia
latine dici.& in oratoribus ait Cicero.Inducitur ad pudendum:ad pigendum iraſcitur.Quod
uero dicitur uenio lecturus.i.cā legendi aliqn̄ uerum eſt.ſed hæc latius in participiis explicata
quod aliqui dicunt a ſum es eſt eſſe interdum uidentur habere excuſationem eo Gelii loco li
bro.xviii.ubi addūt orationem cui titulus eſt uel quæ inſcripta eſt contra connonem.Q.me

telli[illegible]eſſendi Inquit contionem Cõcurſus eſt populi factus·ſed lego in codice per antiquo aſcẽdi non eſſendi & clare ſenſus patet nec hoc erit refugium pædagogorum regienſium.

De Inchoatiuis. Caput xxi.

INcohatiua uerba dicuntur ab aliquibus. ꝙ inceptionem ſignificant hæc triuiales: quos alio modo caſtigat Valla. Nos uero altius repetimus·Seruanda enim eſt antiquorum quo ad poteſt fieri maieſtas. & quod uehemẽtius amplectenda ueritas eſt. Qualitates uerborum duæ ſunt perfecta & imperfecta uel abſoluta & non abſoluta. perfecta uel abſoluta: ut amo caleo. imperfecta uel non abſoluta: ut caleſco imperfectorum uel non abſolutorum. Genera ſunt inchoatiua iteratiua quæ ab omnibus dicta frequentatiua meditatiua. trãſgreſſiua. ambigua. ſupina. Abſoluta uerborum qualitas ut docent Plinius. & Diomedes Probuſq; eſt quæ ſemel uel abſolute nos aliquid facere indicat. uel pati: ut amo. ardeo. curo. Non abſoluta ſunt quæ ab iis aliena uel ſepatata. quorum primum genus dicitur inchoatiuum. Eſt autem inchoatiua uerborum ſpecies quæ rem inchoatam futuram tamen ſignificat: & uim incipiendi dumtaxat habet in effectu. Nam ſi horreo dico abſoiutum eſt ideſt ſum in horrore uel ſum horrens uel horror habet me at ſi dicam horreſco iam finitum uel abſolutum non eſt. ſed uim incipiendi ſignat ut horreſco ideſt fio horridus· Virgilius. Horreſco referens Cor. Tacit. xiiii. Poppea primum per blandimenta & artes ualeſcere. ideſt incipiebat ualere uel fiebat ualens. & Apuleiius ſecundo. Prona cupiditate adlubeſcente pereo inq̃. i. incipiente placere. & Plautus in milite. Hercle uero iam adlubeſcit primulum paleſtrio. hæc & ſi priſca fidem faciunt ſignificationis.

De ſignificatione Inchoatiuorum diſputata. Cap. xxii.

QVod ferueſco ſimiliſq; formæ uerba exponatur temere ut incipio feruere. probatur exemplis. ꝙ incœptiuam ſignificationem talia uerba ut plurimum ſignificent: pbabitur rationibus & autoritatibus uel exemplis. Incœptiuam ſignificationem & actus non perfectionem pro eodem accipere ueteres grammatici qualis Diomedes aliquando perfectionem quæ non per præſens exponitur. non penitus male Laurentius dixiſſe potuiſſet tumeſco non expõi debere incipio tumere licet & adhuc in eo defendãtur grãmatici· minus recte eſt cum dixit non ſignificare incœptionem. ideſt actum non tamen finitũ. ut Diomedes. quod rationem probare uideatur Laurentii. Valle. illud incipiunt agitata tumeſcere uentis æquora. Columella Tum adoleſcere incipiet. falce formando tabulata inſtituenda ſunt uitis. & alibi. Vbi ſemen grandeſcere incipiet. Plini. Non eſt habile tundendo antequam albeſcere incipiat. Idem de aparathe arbore priorem fructum incipientem pubeſcere una peragit. & alibi de oliua incipiente baccha nigreſcere. & ſic erraſſe uidentut. qui dicunt ardeſco ideſt incipio ardere. Cum uero dicitur non ſignificare incœptionem. i. actus non perfectam qualitatem: deerratur Vetruuius pollio libro primo Cap. iiii. Item quod ſpectat ad occidentem De exorto tepeſcit meridie calet ueſpere feruet. ecce quomodo ingenioſe cõtemplanti per inchoatiuum ſignificatur initium rei uel actus per ſimplex uerbum actio finita per tertium uerbũ exceſſus. cum dicitur albeſco exponitut. i. albus fio & ſic dicitur incipio albeſcere incipio albefieri caleſcere calefieri: qui modus ſignificat imperfectionem. Eaq; ratio probat quod dicitur incipit florere: & incipit floreſcere. ut eſt apud Colu. in hoc enim differunt floret arbor maturis uel actis floribus floreſcit dum fiunt flores. Huic accedit. Q. Curtius. viii. Non ergo reuireſcit ſolum ſed etiam floret imperium. ut enim quod maximum eſt ſignificaret floret perfecte ſignificationis uerbo uſus eſt uitauitq; floreſcit quod minus ſignificat. Dicet ergo quis. Caleſco & calidus fio idem ſignificant. Ergo calefio inchoatiuum. Ad quod nota fio in expoſitione inchoatiui & in ſui ſignificatione propria ſignificat actum infinitum ſeu paſſionem infinitam. ſeu non exactam. Si enim dico fio doctus id ſigno quod non ſum doctus adhuc: & hoc ſenſu exponuntur inchoatiua. non ut actum ſui paſſionem illatam ſignificet. Cum uero paſſionẽ illatam uolumus ſignificare: iam non utimur inchoatiuo uerbo. ſed compoſito frigefio a teparuifio ab ignaris. Plinius. xvii. Expanduntur; rure ne calefiant aceruo. Eſt igitur frigeo. qđ frigidus ſum. caleo calidus ſum. pingueo pinguis ſum. ferueo feruidus ſum. & ſimilia unde frigeſco & frigefio. Sed tali ea ratione differre comperimus quali lætari & lætificare: letamur nos paſſione in nobis illata nel inata. lætificant nos alii. ita delecto delector. ita caleſcit homo in ſe. calefit ab alio exemplum quoq; ſignificat Martianus in. iiii. ubi de dialetica. Calefacere refrigerare habent contrarium. calefieri refrigerari: hoc autem in eo quod facere quid pati. ita exemplo Diomedis quod aptiſſime congruit experrectus & expergefactus experrectus imperditus aquiete expergefactns porro eſt qui per alium ſomno excitatur. docet hoc Diomedes. adminiculo Saluſtii. nam dicitur expergiſcor & expergefio & expergor. unde uenit expergitus

qui excitatus a ſomno ſponte uigilat.& Lucilius ait.Ego e ſomno puero cum mane expergi
tus clamo uerba(ut clarius pateat)inchoatiua ſignificant id quod non erat in ſe fieri. uinum
enim dicuntur dulceſcere:quod ante non erat dulce.Pli.xxiii.de uino auſterum facilius conco
quitur leuiſſimum eſt quod celeritate inueteratur minus infeſtat neruos quod uetuſtate dulce
ſcit.ſi enim intueamur hæc recte proprietas inchoatiuis applicari poteſt. Varro quoq; oſtendit
ſecundo rei ruſticæ. Neque mater ſola poteſt ſufferre hic nec congenerari nec aleſcendo robo
rari ideſt dum aleſcit uoluit uti primitiuo non illatum ab alio nutrimentum ſed in ſe ſignifi
cans. Terentius. Iam aduesperaſcit.ideſt incipit fieri ueſpera: aliud enim eſt dicere ueſpera eſt.
aliud aduesperaſcit.ut cognoſcatur finitum ab infinito.quod eſt ab eo quod non erat.nec ad
huc completum. Quod uero legitur in ætna Virgiliana. Aeternum pingueſcat ab ubere ſul
phur.uis ab particulæ notata eſt in ui. Idiomate actiuorum eſt enim uis quædam ſeparate ſi
gnificationis.ut audio a te non modus agendi expreſſus. Additur incipio iis uerbis duplici ra
tione.altera eſt ad maiorem uerbi imperfectionis ſignificationem expreſſionem modum uel
ſignificantiam & magnificentiam.quod non ſolum fit inchoatiuis ſed in aliis loquendi mo
dis ut Cic.pro roſc.ame. Certum eſt deliberatumq;. Et in.ii.de na.deorum. Seminator & ſator
& parens (ut ita dicam)educator atq; altor eſt mondus hæc ille. Sator & ſeminator idẽ ſunt.
Ita & altor & educator nullare ꝑfacto niſi ſermonis magnificentia factũ eſt ſic & quoq; in fre
quentatiuis ſic dicta quia frequenter aliquid fieri ſignificent & tamen additur frequenter. Pli.
de Apelle. Gratior erat Alexandro frequenter in officinam uentitanti cum uentitare ſit frequẽ
ter uenire. Et lib.xviii. Cum tamen qui bene habitet ſæpius uentitare in agrum.& .xxiiii.de
helloboro. Quondam terribile poſtea tam promiſcuum ut pleriq; ſtudiorum gratia ad proui
denda acrius quæ commentabãtur ſæpius ſumptitauerint.cum ſumptitare ſit ſæpius ſumme
re. Cornelius Tacitus.libro.xii. Per ſpeciem neceſſitudinis crebro uẽtirando pellicat patruum.
Quid quod perlucet dicitur.i.uehementer lucet:& tamen additur uehementer. Plinius.xvii.
Et cum carbo uehementer perlucet.retro redit legitur in Liuio.iii.de bello punico. Virgilius.
Aſper acerba tuens retro redit.& inferius. Haud aliter retro dubius ueſtigia Turnus.imprope
rata refert.cum retrofert:ſignificet refert. Plautus in ru. Gurguliunculos minutos fabulare. cũ
gurguliunculus ſit minutus gurgulio. Virgilius.ii.æn. Retro ſublapſa referri ſpes danaum. Alte
ra ratio eſt quam Valla ignorauit.ex Diomede. Probo. Chariſio. Plinio. Martiano. Paragoga
uerba ſunt:que & primitiui uerbi declinatiõem commutationem & adiectionem litterarum
capiunt:& nihilominus idem ſignificant.interdum uariãtur. Martianus de paragogis loquẽs
affirmat exemplo ut enim albet dicitur albicat.inde deriuatum idem ſignificat. ut Horatius.
Nunc prata canis albicant pruinis pro albent.& Liuius impitabat pro impabat poſuit Plau
tus in captiuis Quid hic homo tantum incipeſſit facere cum tantis minis allegans uerbum
ait Herodianus paragogum eſt.uel ut alii deſideratiuũ. Chariſius. Inter iſta quoq; adnumerat
inceptiuæ formæ uel non finitæ ſignificatiõis.exẽplo horreſco dicimus.n. horreſco holem .i.
timeo.poeta. Ne tu menſarum morſus horreſce futuros.& dicitur horreſco abſolute.ut horre
ſco referens. Diomedes inter hæc ponit quoq; quæ Priſcianus deſideratiua.ergo cum dicimus
incipio nigreſcere artis eſt non ignorantiæ.ut Valla putat alterutram accipias.ſed ut curioſis ſa
tiſfiat:adde illud dicitur nemo legit & tamen legitur: nemo homo legit. ut alibi dictum eſt.
Quid quod præſcire anteſcire eſt.& tamen Terent. Non ne oportuit præſciuiſſe me ante? Et
illud quod dicitur indies lego & indies ſingulos. Lepidus ad Ciceronẽ. Et indies ſingulos eius
copiæ minuuntur. Cum ſatis fuiſſet dicere in dies.præterea abſtemius qui abſtinet a uino ut
Feſtus:& antiqui omnes:& tamen Plinius ait uini abſtemiis. Quid illud non ne conſtat deos
eſſe immortales deum eſſe immortalem:& tamen legimus Deum immortalem deos immor
tales & deorum immortalium numero:non ne bacca fructus dicitur agreſtis & tamen Virgi
lius ſecundo georg.inquit baccis ſilueſtribus agri.& illud.ii.georgicorum. Silueſtres uri aſſidue
cum uri ſint boues ſilueſtres additum eſt a poeta ſermonis magnificentia. Quantum ad ratio
nem paragogi ideſt ꝙ inchoatiua pro primitiuis ponantur:exemplo ſunt concupiſco Valeri
us maximus de paupertate. Omnia ni miſ; habet qui nihil cõcupiſcit.ergo incipio concupiſce
re recte dicemus. Item pertimeſco. Cicero pro Rabirio occultat eandem libidinem:cuius con
ſcientia nihil eſt quod quiſquam timeat ſi non pertimeſcat ſuam. Nota os Laurenti non ne ui
ſo:te docente:eſt eo ad uidendum? Et quid. Terentius. Tum ultis ne eamus uiſcere. Gellius.
xviiii. Pedes tum grauiter ægrum iret uiſcere. Si uiſo eſt ire ad uidendum quomodo eamus ui
ſcere dicas pro uidere ergo accipias paragogon.ergo ita incipiunt tumeſcere non ratione in
choatiui.ſed paragogi. Sic eſt illud eccleſiaſticum. Qui ſordet.ſordeſcat adhuc. uenuſta eſt &
artificioſa locutio.qualis Virgiliana Aeneas ignarus abeſt ignarus & abſit. Adde quod dicimus

a prima origine.prima principia, & primum initium.Pli.Nec roborantur niſi ante primum ſermonis exordium.Virgil.Prima dic hoſpes.horigine nobls Lluius.Tum quinti equitem In tentum ad primum initium.Nam & Terentius multa ſimul concurrnnt:cum concurrere ſit ſimul currere:hæc ſunt primæ rationis argumenta . ꝙ inchoatiua ſignificent imperfectũ actũ & futurum tamẽ.exemplo eſt pueraſco ſi enim puer eſſem complectus uel ad ætatem exactã pueritiæ diceretur ſum puer.non fio puer.Sutonius in Caligula. Pueraſcẽs exacta infantia.i. in pueritiã creſcens. non finitam pueritiam ſignificat.nam finita pueritia non dicitur pueraſcere ſed repueraſcere.Pla.in mercatore.Senex cũ ex tẽplo eſt iã nũc nec ſentit nec ſapit aiunt ſolere eũ repueraſcere.Cice. in Catone.Et quid deus mihl largiatur ut ex hac ætate repuereſcam. Sueto.Quorum duo infantes adhuc rapti unus iam puereſcens.inſigni feſtiuitate infãtes. dixit poſtea ſubdidit pueraſcens ſane non exactam pueritiam ſignificat.Et hoc modo cognoſci poteſt quantum Valla in ſignificatione ſenſerit inchoatiuorum. Sed pulchrum eſt ſcitu unde ſumpſerit eam elegantiam.Gellius lib.xvii.cap.xi. inſcite a Cæſelio uindice grammatico aſſeuerat dici Furium poetam dedecoraſſe latinam linguam:cum ait luteſcere terram ideſt In lutum uerti nocteſcere tenebris ideſt in noctis modum factas uireſcere ideſt priſtinas uires recipere.& ꝙ uentus mare ceruleum criſpicans niteſcere facit. purpurat dixerit. & opulentum fieri opuleſcere.hoc poſtremum aperiens oculos Vallæ direxit aciem ingenii ad elegantiam. Sed penſiculãti uerſum. Sangnine diluitur tellus caua terra luteſcit.fieri ſignificat nec finitum modum.ſimiliter noteſcunt ſunt a nomine hæc uerba ut plurimum ducta uerſus Furii eſt. quo magis in patriis poſſint opuleſſcere campis opuleſcere ab opibus dictum plane eſt.uireſcere a uiribus ut uireſcit uulnere uirtus.nota a uerbo hinc argumenta Vallæ penſiculate enucleãtur. ægreſcitq; medẽdo.i.dum medetur Latinus fit æger magis modum ſignifieat rei uel inre imperfectum:ut reſpondeamus argutiæ Laurentii.Si enim uult dicere magis fit æger.quomodo accipiet illud Ciceronis.iiii.ad Herenium.Magis quottidie eniteſcit Sed ego ſoluam hunc modum.Naturale eſt ꝙ timenti futurum morbum præcaueat medicus noxam. hæc medicinæ pars appellatur autore Theophilo prophilaticon dumq; præcauet medicus unum aliud malum fiat uel ſuperueniat.Ita ergo dum Latinus medetur Turno hoc eſt cõſiliis præcauere noxam conatur Turnus fiebat æger ſuperueniente nouo furore. Et illud ardeſcitq; tuendo creſcentis modum ꝙ arguit rem non finitam ſignificat.Quod dicitur ex Quintiliano conſuetudo quæ quottidie magis inualeſcit.recte exponitur magis fit ualida:unde ſi dices inualeſcit ut ægreſcit quomodo erit magis.Sicut illud Ciceronis Magis conualeſcebat.manifeſte arguitur imperfectio quædam. Nam ut ait Seruius perfectio non recipit magis.Notemus deriuata a nomine non pati hanc circonſcriptionem.ſed ſignificant per motus fieri actum:ut lapideſcant.luteſcit.& hoc allexit Vallam ut non uellet recte dici inchoatiua.aliqui inter antiquos dixere non finitæ ſignificationis uerba.ut Herodianus.alii incœptiua ut Caper. Valla exercitatiua tantum enim a nominum ui inclinata penſitauit.ꝙ uerum ſi illud inchoatiua quid imperfectum ſignificare Plinius oſtendit libro.xxviiii. Si auro liqueſcenti gallinarum membra miſceantur conſumunt illud liqueſcenti non perfecte liquido: nam ex.ipſa concoctione probat empiria.quod uero perfecte liquidum conſtat eo medicamine non abſummi uulgo uocant aurum potabile:Et ſic illud accipitur quottidie.Macreſco.pingueſco:ægreſco non abſolute incipio eſſe macer.pingnis.& æger.ſignificat. Sed quiddam infinitum cui addita materia rem inchoatam ut digit Diomedes ſignificat.futuram tamen. unde inchoatiua merito dixit antiquitas. Si.n.fio macer uel macreſco.rem quidem inchoatam ſignifico.& quid futurum.

Vnde deriuatur Inchoatiua. Caput. xxiii.

INchoatiua uerba interim a græca poſitione ut aliqui uolunt quieſco a græco uerbo ut docet Gellius.vii.Ionico εχωισκο: quod aliqui dicunt a quiete ſi Gellio credimus eſt falſum.nam quies a quieſco deducitur. quieſco tamen tibi dico non eſſe inchoatiuum ſed mimiuce uocis.ut Gellins quod diximus loco aperte ſignificat. ſecundum latinitatem aliquando a deponentibus ut miſereor miſereſco: ut Diomedes ait: & Gellius ponit a fruor fruiſcor:quod plane paragogum eſt ſatiſco a fateor.peritiores tamen ab affatim quod eſt ualde & hiſco rectius inflexiſſe uiderentur ſi aſpirationẽ ſeruaſſet deriuatum ꝙ uero dicitur labaſco a labor ris. Non probatur exemplo.labat ariete crebro.ianua.alibi animumq; labantem impulit.aliqua a nomine ueniunt ut teneraſco & tenero.Lucretius.ii.Scilicet in tenero teneraſcere corpore mentem. Antiqui ab actiuis etiam ut ab amo amaſco hodie non habet exemplum amaſco.n.amatores dicebant.Plautus in Truculento. Iucundos amaſcos dicit.Sunt etiam quæ ſui originem non habent:ut conſueſco.conquiniſco.Sunt quidam inter quos Herodianus qui negant a uerbis actionem ſignificantibus uenire inchoatiua:unde

cum lento tas.legatur non habet inchoatiuum. Virg. Ante & trinacria lætandus remus in un
da. Quod uero dicitur Et picis in morem ad digitos lenteſcit habendo a lentus.ta.tum.deri
uitur:ut a Sanus.a.um.Saneſco hæc ille Sed Diomedis opinionem plures ſequuntur. Sunt &
ab imperſonalibus quibuſdam paragoga. Cato nolito aquam multum dare ne pertedeſcat:
ſimile ea miſeret miſereſcat.depudeſco ponit Apuleius.x.de aſino aureo & Virgilius miſereſci
mus ultro. Proprie ſi de uſu autorum diſputamus formantur inchoatiua ab iis quarum abſo
luta eſt enuntiatio:uel quibus eſt inſita ſignificatio paſſionis.non enim dicitur hodie amaſco.
emeſco.daſco.doceſco.ſpoliaſco.audiſco.& ab hac regula excepta ſunt fugio. nam fugiſco nõ
facit.nec metuo metuiſco. Nec ab egeo egeſco abundaſco ab abundo. Seruiſco araſco non le
guntur concupiſco peragogum eſt. Excipitur quoq; alo aleſco habet autoritate. Varronis
adhæreo adhæreſco conticeo conticeſco.deliteſco a deliteo.obdormiſco ab obdormio.concre
miſco.expaueſco paragoga dicuntur extimeſco non dicitur extimeo. Augeſco ab augeo Plinii
autoritate dicentis augeſcunt corpora pinguibus.& dulcibus pota. uerba igitur ea ſunt quæ
ſignificationem quandam habent abſolutam uel cum tamen cauſa occulte ut frigeſco & in
id reſoluuntur ut acceſcit uertitur in acorem.muceſcit in mucorem.nam. Cato ponit aceat.
muceat a uino uineſco. Plin.xii Fauonio mutantur uiueſcentia e terra non dixit uiuentia reui
uo reuiuiſco. Plinius mirum atq; in iis ſolis metalis q derelicta fertilius reuiuiſcunt. ubi nota
Critici quod adhuc neſcierunt hoc putabunt triuiale paſſionis ratio duplex eſt aut cauſalis uel
inata:aut illata hoc genere ſunt paſſiua dicta ut amor uapulo ſuperioris generis gaudeo pin
gueo.oblector.delector.quæ hac ratione non poterant eſſe paſſiua cum tamen dicatur dele
cto te. Quentur igitur ab aliquantis cur nõ ita gaudiſco ſicut pingueſco.nec ſic egeſco ut egre
ſco.ratio eſt quia paſſionis cauſalis uel innatæ duplex eſt modus aut enim motus in iis accidit
naturæ abſolute ut pingueo caleo hio timeo horreo paueo iis manifeſta ratione inchoatiua
uerborum forma dicatur.licet formidaſco metueſco hinc horruerit uſus ſcriptorum & placita
& ea ratione nomina appellatiua in uerba inchoatiua inclinata ut lapideſco flammeſco.alter
modus eſt.aliunde ut egeo pecuniis:gaudeo bono tuo. iis non adhibentur inchoatiua repu
gnante ſignificatione qui a ſuperiori aliena quod ſi paucula inuenies paragoga ſunt raro eſt
quod a glutio ponit Cato gluteſcet.obliteſco paragogum eſt. uerbum eſt Varronis. a ſudo
ſudeſco Columella ita oliuam contegat triginta dies pati conſudeſcere atq; omnem amurcã
extillare.repululeſco a repululo pululare eſt germinare Virgilius Pululat ab radice aliis denſiſſi
ma ſyllua.hiaſcere & hiſcere legimus. Virgilius Turbatis uocibus hiſco. Cato in re ruſtica. Vbi
primum incipiunt hiaſcere.inualeſco Suetonius in Auguſto priuſquam inualeſcerent inter ſo
la eſt.a calueo calueſco ponit Columella Caſtaneta calueſcant. Inoleſco inter ſola eſt. Virgilius
Vdoq; docent inoleſcere libro.torreo torreſco. unde retoreſcit apud Columellam. licet actiue
ſit Virgilius Et torrere parant flammis & frangere ſaxo. Macreo macreſco.nam maceſco a ma
cies ducitur. Columella Algor enim ira & fames macreſcere cogit. A deſino deſiſco. Varro de
canibus Vt a pecore cito deſiſcant.ideſt deſinant ſequi.ab aſſico aſſicas.& a ſicco ſiceſco. A gelo
gelas gelaſco.& regelare dicitur Columella. Candidus aprica Zephirus regelauerit Aura. Ali
quando a nominibus ueniunt Inchoatiua ut a Sanus Saneſco ideſt Sanus fio. Vt illud Inter
dum uulnera facta saneſcunt. A macies maceſco. Varro Maceſcentes melius concipere dicun
tur. A mitis miteſco ideſt tener fio. A tabo tabeſco. Ouidius tamen in.xiiii.metha.dixit tabent.
diſtabeſco apud Catonem legitur & intabeſcit. Perſius Intabeſcantq; relicta a grauis graueſcit
Virgilius. Nec minus interea foetu nemus omne graueſcit:& ingraueſcit ponit Seneca in na
turalibus. & ætas noſtra ingraueſcens apud Ciceronem.a crudo crudeſco. Virgilius. Deiecta
crudeſcit pugna camilla Vbi Seruius dixit crudior fit modus eſt loquendi. Cũ rem ante actã
quaſi leuem ſignare uelimus ipſo poſitiuo.utamur inferentes quid maius a die dieſcit.a nocte
nocteſcit a ſyllua ſyllueſcere ponit Collumella. nec ſuperuacuis ſarmentis ſylueſcete. a puero
pueraſco.a duro dureſco. Antiqui tamen dureo.unde eſt obduruit.induruit.duruit. Si aliqui
bus credimus a uilis uileſco. Valerius Maximus.nulla accerbitate fortunæ nullis ſordibus præ
tium charæ pietatis euileſcit.aliqui ab euileo uerbo antiquo Suetonius in Claudio quæ uſq;
eo euiluit. Ego uero puto uerba nulla origine aſſummere effici primitiui formam. Si a muro
muteſco.obmureſco.obmutuit.Immuteſco ponit Culumella.a creber crebreſco. Virgilius. Cre
breſcunt optatæ auræ. alii crebeſcunt dixere uiderint ipſi a rarus rareſco. Virgilius. Anguſti ra
reſcent clauſtra pelori. A Glaber Glabreſcit ponit Columella. ab albo dixere aliqui albeſco.
Virgilius tamen dixit oſſibus albent. Sed id uſurpatum dixit Seruius.a craſſus craſſeſco. Plini
us plumbi uſus in medicina cum ſe ipſo teritur in mortariis plumbeis addita aqua coeleſti do
nec craſſeſcant.ruffeſco a ruffo.pliniana uox. Sicut ẽt fermenteſcit tellus a fermento. Seneſco

a ſenex ſcenet tamē poſuit Catullus. nunc recōdita ſenet. Plinius.ii.mores hominū ſenuere nō fructus conſtat talia quæ a nominibus deriuantur iu ea quoqꝫ reſolui ut iam diximus ut dulceſco dulcis fio. Plinius de muſto decoquitur ut dulceſcat. a ſterilis ſterileſco. Plini. autoritate Varronis oleam ſi lambendo capra cōtigerit depaueritqꝫ primo germinatu ſterileſcere a ſiccus ſicceſcens a rore roreſcens. Pli.xvii. Aquilonem prænuntiat terra ſicceſcens ſed roreſcens repente auſtrum immiſcet humeſtens in rore oculro. A grandis grandeſco. Plinius poſuit & Columella. corneſco a cornu ponit Pli. a putris putreſco licet putreo dictum uelint. a bruto bruteſco. lapideſco a lapide uocabula ſunt Pliniana. præcipue.ii.na.hiſto. In flumine ſilero ultra ſurrhentum non uirgulta modo immerſa uerum & folia lapideſcunt alias ſalubris potus aquæ. ab igne igneſco. a flamma flameſco. a dumo dumeſco. ab herba herbaſco Pliniana uocabula. noteſco & inoteſco a noſco. Suetonius in augu. indoles noteſceret. tunc analogiam ſeruari nō patet. unde quidam ſatius a notus nomen inflecti putarunt. A meliore melioreſco. Columella. napus glareoſis ſabuloſiſqꝫ aruis melioreſcit. a maturo matureſco. a uano uaneſco. a tenebris obtenebraſcit Varro.

De Præteritis Inchoatiuorum. Caput xxiiii.

DIomedes & antiquorum opinione ideo inchoatiua dicuntur carere præteritis. quia abſurdum eſt ea quæ iuchoantur. præterito definiri uel deſinire & mox futurum inchoatiua declinando eſſe demonſtrare. nec enim poteſt cum tota uerbi ſpecies inchoatiua dicatur alia parte finitiua uideri. ut perfectum admittat. Et ut ait auguſtinus in grammatica quia quæ inchoamus adhuc perfecta non ſunt. Laurentius tamen uult habere præterita ea motus ratione ꝙ inchoo præteritum habeat quod eſt ſuum iuchoatiuorum. Vbi Nota ꝙ quæ ſunt paragoga ideſt quæ pro ſuis primitiuis accipiuntur. tunc habere fatemur præteritum non tamen ſuum. Sed alterius uel effictum ut obdormiſco obdormiui adhæreſco adhæſi labaſco labaui. Eſt igitur triplex in iuchoatiuis præteritum aut quando fungitur officio primitiui: quod paragogum dixerimus. aut uerba ſola ſunt ut inoleſco. aut a nomine deriuato uerbo. In hoc poſtremo ſentio cum ſeruio & aliis. dixerit præterita Valla. Eorum qualia ſunt lapideſco calueſco miteſco flammeſco igneſco ardeſco & ſimilia paucula ſunt quæ efficta ut obmuteſco obmutui. obtenebraſcit obtenebrauit apud Varronem. non tamen dieuit noctuit ꝙ uero dicitur obſtupuit obſtupe factus eſt. uel fuit. riguit rigore confectus eſt. nō ſunt ab obſtupeſco. nec a rigeſco. Et ratio eſt primitiui. quia uerbis finitis paſſiuæ ſignificationis: danda eſt paſſiua interpretatio in præterito. ſi poſitione in o. ueniant quæ finitum nō uarient ſenſum. Sic ſtupeo ſtupui ideſt ſtupefactus ſum. in præſenti dicitur ſtupeo ideſt ſum in ſtupore. tamen eſt ſignificatio paſſiua Gaudeo & Fido probant hanc regulam ꝙ in præſenti paſſionem ſignificant: & quoniam recto carent præterito data eſt forma paſſiua ut gaudeo ideſt ſum in gaudio gauiſus ſum ideſt fui in gaudio uel factus ſum gaudens. Quid ꝙ paſſiua non abſolute ſignificationis per eum quoqꝫ uerbum exponuntur. ut amor a te ideſt ſum quē tu amas. amatus ſum uel fui ideſt ſum quem amauiſti. uel fui quem amauiſti. Sequeretur præterea ꝙ ſi ſtupuit eſſet a ſtupeſco & ſtupeo. cum eadem ſit uocis pleonaſmos artis uel ꝙ male ordinatum quæ ſpecies eſt cacozeliæ. quod uitium autore Plinio & Quintiliano eſt maximū omnium uitiorum eſt autem illo doctore. pleonaſmos artis cum eadem ſignificatio ſub duabus diuerſis eſt ſpeciebus ut dicere amaui. quod ſit actiuum & paſſiuum in eadem & docui ſimplex & compoſitum in eodem accidente: & plura iis ſimilia uitia nulla ratione neqꝫ autoritate admiſſa. nec exemplo quidem cogitata reſipiſco & agnoſco non ſunt adnumerata ab aliquibus inter inchoatiua Chariſius. n. a ſapio compoſuit & a noſco.

Epilogus ex antedictis Caput xxv.

SIgnificatio Inchoatiuorum quattuor modis ex rationibus prædictis accipitur: aut ab eo quod non erat ſignificamus quid incipere fieri. Sic dicitur dulceſcit uinum quod ante non erat dulce. tunc ſi addatur uerbum incipit eſt artis non ſuperfluū. ſic incipiunt agitata tumeſcere. aut uim primitiuorum quod ſuum eſt paragogi obtinent. tunc ſine arte dicitur incipit tumeſcere. Sed aurium iudicio queſita uocalitas pro tumere. aut in eſſe ſignificamus rem inchoatam futurum tamen & hoc eſt quod poſuit Diomedes & ſic Crudeſcit pugna uicta Camilla. i. a crudo incipit fieri crudior hanc expōnem dat Vrba. Quarto modo cum inchoatiuum a nomine eſt ſignificat ipſum nomen hoc modo la

pideſcunt uirgulta.i.uertuntur in duritiem lapidoſam luteſcit terra uertitur in lutũ.& muteſco fio mutus: iſtis modis ſatiſfit omnibus argumentis Vallæ. Et quia in iſtis ſignificationis modis.& motibus eſt quædam uis ab initio.Ideo iure uocata inchoatiua. Dicit quiſpiam noʼcte intempeſta noteſcit.non ne erit manifeſtarius error.utatur præterito non ne quod nõ haʼbet ſi effinget:deuiabit a ſignificatiõe primæ poſitionis?nam nõ dices facta eſt nox. Sed nox eſt:quale ſignificatum poſcit primarium.per cuius uim nec potes dicere inchoauit nox:nec inchoata eſt nox:quæ uis oſtendit rationem præteritorum contra Vallam.

De Frequentatiuis. Caput xxvi

Reqnentatiua omnes eruditi iteratiua appellant. E Triuialibus nõnulli frequentatiua ideſt continuatiua ut ſit lectito continue lego.Eruditi autem frequenter ideſt ſæpe uel iterum atq; iterum unde legere eſt illud Plinii Glicera Corollarum inuẽtrix Corollas uendicando ſuſtinuit paupertatem.Et Plinius alter ad Falconem ait uenditare amicus tuus creditur. a doleo quoq; dolito legitur. Cato intro quæ dolitabunt.Nota non ab omnibus uerbis frequentatiua. declinari non enim ab amo amito.a do dato.docito a doceo.Sed hæc ex autoribus obſeruantur ſicut meditatiua quoq; & deſideratiua ab emo emptito dixit Colu.M. Terentius ternis ſæpe denariis emptitatas ſignificat auorum temporibus.a mutuo mutito uenit ſicut a labor lapſo.Quod ut Gellius exponit eſt mutua inter ſe dona agitare & ſic intelligitur illud Ouidii quinto faſtorum cur uicibus factis ineunt conuiuia quæro & item capiant mutatis ſedibus omen idem. mendoſus eſt codex apud Gellium ubi aliquibus exemplaribus pro dona ſcriptum eſt domina.Factio factito.ago agito & actito.Sed diuerſa ſignificantia.Edo eſito.Cato qui braſſicã eſitauerit id calfacito.eo.ito. Sic Gellius pedibus itauiſſe in curiam licet aliqui legant iterauiſſe ab Iter. Viſo uiſito. Suetonius in Tyberio. Quicquid agrorum in ciuitate eſſet uiſitare ſe uelle.lego lectito.Sueton.in Calligu. Lectitatiq; permiſit.Cicero ad Atticum.xii.quos nunc lectito autores. Noſco facit noſcito.Q. uintilianus Cum dominum uocem tactumq; noſcitarent.Catullus in Epithalamo.Et facile inſciis noſcetur ab omnibus ab exerceo exercito.unde ut Diomedes exercitatus:& exercitus per figuram ut placuit Chariſio. Virg.nate Illiacis exercite fatis.habeo habito unde non temere habito urbẽ & caſas.Alo Alito.ut ex Ennio Diomedes refert.antiq hiatæ & hietare ab hio hias.Denſito uerbũ Catonis a denſo.as.i.inſpiſſo.Cato alicam in aquã fundito ubi bene mollis erit in mortarium ſuper indito Sicatoq; bene inde manibus denſito.in alio tamen codice legitur denſato.quaſi uerius a ſepio uenit inſipito ideſt circundato Cato inſipito in aulam nouam. Allecto ab allicio Columella.Sibillo allectan boues quo libentius bibant ait.A cœno cœnito Plinius eodem.n.argento apud omnes cœnitauiſſe. ab Igneo ignis.Ignito uerbum.ut Diomedes ex Pacuuii anthiopa.loca horrida initas. uexo quoq; a ueho remota aſpiratione.a tango taxo.iacto a iaceo.a quatio a quaſſo.ut declarat Gellius. Cũ Macrobio. Nam cum anneus Cornutus reprehendiſſet Virgilium dicentem in buccol.dulichias uexaſſe rates. q uexare in hoc monʼſtro leue & parui incommodi putaret.nec tantæ atrocitati congruum.reſpondent Gellius & Macrobius graue eſſe tractumq; a ueho:in quo iam eſt uis alieni arbitrii.non enim ſui potens eſt qui uehitur.uexare quod abeo inclinatur:ui atq; motu augetur.Sic taxare ꝓfſius eſt q̃ tãgere.iactare multo fuſius q̃ iacere:& quaſſare uiolentius q̃ quatere:idq; probatur exẽplis Ciceronis & Catonis.q in orõne ꝓ achæis dixit.Cũ Hannibal terrã Italiã laceraret atq; uexaret.Cic.in Verrẽ.Q. uæ ab iſto ſic ſpoliata atq; direpta ẽ:nõ ut ab hoſte aliquo.Q. ui tñ i bello religionẽ & ꝯſuetudinis iura retineret.Sed ut a barbaris ꝑdonibus uexata ẽe uideatˀ.Adde illdˀ a labor lapſo lapſas. Vir.ſecundo In multo lapſantem ſanguine nati.a dico dicito.unde dictata in ſcholis quæ.g.themata appellantur. hæſito ab hæreo prehenſo non frequentatiuum uoʼluit Chariſiuc.Sed ut faceſſo Virgilius quinto prehenſantemq; uncis manibus alũ.contra conſtatq; illud aliquando a nomine quoq; uenire ut ferocito a ferox poſuit Gellius primo non immondice ferocitant.

De Deſideratiuis. Caput. xxvii.

Eſideratiua.dicuntur quæ affectionem quandam ſignificant per modum deſiderii.uel ut deſiderii mentis uel affectum,qui ſequuntur actum ſignificant. exemʼplum eſt peteſſo uerbum apud Ciceronem.ſecund. Tuſc.a peto uerbum inclinaʼrum.qui hanc gloriam peteſſunt.nullum fugiunt dolorem.i. cum affectione deſiderio ue petũt.& Curtius per metũ capeſſunt fugam.i.auide fugiũt ingẽti t more. Et Liui.x. aili nũtiãt.dictatori oẽs legiões ethruſcoꝝ capeſſiſſe pugnã.hoc ẽ auide iniſſe uerba paragoga

iam diximus appellat Diomedes & iterum obſeruat. Sunt quæ primitiui uerbi decliuatio-
nem & mutationem litterarum capiunt & nihilominus idem ſignificat. Interdum uariantur
ut a laceſſo quod ē a lacero. ſignificat prouocarē. Virgilius efficiam poſt hac ne quemquam uo
ce laceſſas. Faceſſo idem ꝙ facio. ut ad Appium Cicero Qui tibi negocium faceſſerent. Sed ta
men acutius contemplans deprehendet faceſſerent ideſt auide facerent.
Aliquando diſcedere eſt ut Terentius. Hic nunc faceſſit. Apuleiius in Aſino e conſpectu faceſſit
arceſo ab arceo ideſt remoueo. acerſo uero uoco in iudicium & accuſo ut Diomedes & ſimpli
citer Terentius acerſi iube ideſt uocari. uiſo ad uidendum. uado aliquo tamen affectu uel mo
tu mentis. Sic armenta uiſunt campos. ouile. haras. homo agros ſuos. quæ res maxime appe-
tuntur. non enim dicitur uiſo mortem patris/ niſi ſignificatione paragogi ut Cicero ad Atti-
cum. Cupio uiſere. Hæc reſponſio danda eſt argumento Laurentii. adduntur enim quandoꝗ
uerba ex arte ad uehementiā. Qualia quoꝗ in comparatiuis ut Achilles fortior Aenæa magis
quam iuſtior. & Aiax Vlixe fortior magis quam Diomede. Sic etiam dulce nectar epitheto.
Et in ſacris litteris deſideraui deſiderio manducare uobiſcum paſcha. Et Virgilius audi coniū-
gere dextras ardebant cum ardere uehementer ſignificet deſiderare & repetes quæ dicta incho
atiuis. Et certe illud Virgilii haud mora. continuo matris præcepta faceſſit. Significat affectū
interiorem quem ſequitur actus. ut Priſciano hæream a Seruio diſſentiam. qui uoluit eſſe fre
quentatiuum. Cum legatur factito. Varro priſci latini etiam græci in italia idem factitaſſe ui-
dentur. Horatius quoꝗ in arte. Nec ſatis apparet cum uerſus factitet utrum. eo quoꝗ utunt̄
Cicero. & Quintilianus uocabulo in aliquibus tamen codicibus Seruianis. eſt frequentatiuū
in aliquibus deſideratiuum. Apud Perſium eſt mercuriumꝗ acerſis fibra. motus. ſ. pecuniarū
affectu. Inuenitur pitiſſo a poto ut Probus. Eſt. n. pitiſſare ut Donatus quoꝗ ait a poto uinū
pte deguſtare quaſi tētādi gra Terē. i heau. Pitiſſando mō mihi qd uini abſumpſit. quod pla-
ne affectū ſignificat quē ſeqtur actus. mox. n. ait. Sic hoc dicēs hoc aſpeꝛ parte eſt hoc aliud le
nius ſodes. inde releui dolia oīa. legit̄ Cyathiſſo ap̄ Plautū. & græciſſo. i. libēter tracto cyathos:
& græce loquor quaſi uelim uideri græcus affectantis hæc ſunt: uocabula. Ita pythagoriſſare
dixit Apuleius. Platonem auide loquentem more pythagoreorum iis uerbis: porro autem
Plato nihil ab hac ſecta uel paulum deuius pythagoriſſat in pluribus. Apul. viii. uiā capeſſunt
i. auide capiunt. quidam addunt quæſo. Diomedes ponit inter ſequētatiua. Inter ea quæ Pri-
ſcianus & Valla dixerunt. Quid nos ſenſerimus: aliis iudicandū relinquo.

De Meditatiuis. Caput. xxviii.

Meditatiua non dicuntur cogitatiua: ut uulgus ſomniat Triuialium. licet meditari
ſit interim cogitare. Virgil. Sed cingere flamma reginam meditor. Sueto. de Clau.
Meditatus edictum: quo ueniam daret efflatum: crepitumꝗ uentris in conuiuio
emittēdi. Meditari etiam dicitur parare. Columella de apibus. Quod quum faciūt
fugam meditantur. unde meditatiua quaſi motiua. Meditari exercere eſt. Virgilius Muſam
meditaris auena. & in. iiii. Nec iam furtiuum Dido meditatur amorem. Seruius ait. Medita-
tio ipſum exercitium. ſiue dicas exercitatio. ꝙ uero ait in Nerone Sueton. Paulatim & ipſe me
ditari exercerīꝗ cœpit. unum eſt mentis. alterum corporis. in ſignificatione exercitationis. Var
ro de re ruſt. Thurani noſter qui uehementer delectaris pecore propterea ꝙ te empturientem
in campos macros ad mercatum adducunt. crebro pedes empturientem ideſt qui te exerces
in emendis rebus. ita lecturio ideſt exerceo me in legendo uel paro me ad legendum. mictu-
rio actum ſignificat exercitatioris. parturio laboro ad partum uel in partu. Sic Horat. Parturiēt
montes naſcetur ridiculus mus. Ita Liui. quod diu parturit animus ideſt ad quod emittendū
ſe animus exercet noſter. Aliquando tamē paragogum eſt. & dicitur metaph. emittere a pario
Plinius in præfatione. Nam de grāmaticis ſemper expectaui parturiri aduerſus libellos quos
de grammatica edidi & ſubinde abortus fecere iam decem annis. Cum celerius etiam elephā
ti patiant. Nexurire apud Nigidium qui niti uult. & nixurit ita ſe exercet & mouet. ut oſten-
dat ſe niti. unde ſubdit idem Nigidius. In conatu ſæpius aliqua re perpellitur. Scaturiunt fon-
tes a ſcateo. Gellius quoſdam ſcatere uerbis. unde apparet falſum eſſe. ꝙ a ſupino habeant ana
logiam. Si quidem ſcateo non habet ſupinum. Diomedes ait. Meditatiua quæ non actum
ſed apparatum magis oſtendunt. ut parturio: lecturio in illum ſenſum locutus uidetur Apu-
leius in Apologia. Sic claro nupſiſſet homini ruſticano: & decrepito ſeni. ſponte eam diceres.
ſine ulla magia iam olim nupturiiſſe ideſt apparatum feciſſe nuptialem. Eſurio ab edo unde
eſuries ideſt fames Cælius ad Ciceronem. ego miſereor eius eſurei. Eſurio uero idem eſt & fa-
meſco. Sed participe ſenſu qui enim fameſcat nititur ut edat. uel maxime ſe i ipſo eſu exercet

Apparatum uel motum in iis uerbis eſſe ſignificat. Plautus faturit poſtquam ancillam aſpexit.i.ita totus eſt in motu ut uideantur uelle facere omnia. Quia chate deſiderat. Sic Martialis de Vacerra. Qui deerrans in nobilium conclauibus: fingebat ſe uelle cacare. & apparatum quendam uel modum ubi aliquis interrogaret:quid ageret:eum autem apparatum & ſignū faciebat expectans:ut uocaretur ab aliquo ad cœnam.dicit igitur poeta cœnaturit Vacerra.i. paratus eſt ad cœnam uel parat ſe ad cœnam magis ꝗ̃ ad cacandum.Sullaturit & proſcripturit a Cicerone dicta ad Atticum libro.ix.aliqui deſiderium ſignificare opinati ſed uera intuenti ſecus eſt.Sed quod iam dixi eſt.ut Sullaturit.i.ad Syllæ mores animum exercet & ſe in proſcribendo exercet more Syllæ.uel ut Sylla faciebat in marium. Nam Sulla.dictus latina enuntiatione quam ſequens Cicero ad Atticum.viii.inquit genus illud Sullani regni appetitur. & alibi ſæpe ea enuntiatione utitur.

De Diminutiuis. Caput. xxix.

Diminutiua ꝙ per uocem diminutiuam per quam reſoluūtur.actum ſignificent dicta ut ſorbillo.i.paulatim ſorbeo. plerumq; tamen a nomine ueniunt ut a uento Ventilo.licet aliqui a Vento uentas,dicant a ſintilla.ſintillo a uaccia uacello.Nouellare aliqui a nouo nomine alii a uerbo.Eſt.n.nouellare nouas uites plantare.Sueto. in Domitiano.Edixit ne quis in Italia nouellaret.Quam ſignificationem probat illud Philoſtrati qui ait.Cum Apolonius audiſſet:edictum Domitiani. de plantandis uitibus dixiſſe ad Ionas.oblitus eſt admirabilis Imperator.ꝙ homines caſtrari uetans terram fecerit eunucham. Euſeb.quoq; ſcribit Domitianum prohibuiſſe uites in urbibus ſeri.Sed hæc curioſis.

De Patronymicis. Caput. xxx.

PAtronymicum inuentum eſt a poetis ornatus cauſa.& metri neceſſitate: magiſq; congruit græcis(nam illi inuentores)dictionibus ꝗ̃ latinis. apud quos raro exceptis pauculis.in uſu ſunt patronymica.ut Romulides Scipiades:Illiades. Non ſūt audiendi qui dicunt Petrides.Martinides.Ioannides.Ciceronides.Sunt hæc deliramenta Triuialium nulli carmini ferentia decorem.Adde ꝙ minime ponenda ſunt in proſa patronymica.Si uſum autorum percunctaberis.& Quintilianus .viii. ſignificat pueros doceri ſinimus poeticæ lectionis gratia.Nec docebimus patronymica per catholicon niſi quæ poetæ poſuerunt:Sicut eſt herculides.numades.Saturnides.& ſimilia. quæ inaudita ſunt nec uſa eſt poetarum reſonātia.Et ſi legitur de gente pelopidaꝝ & eacidaꝝ apud hiſtoricos tūc denoīatiui uice ſunt Apuleius opifex uerborum dixit in Socrate atridæ pelide de uſu loquimur.

Patronymicum.nomen eſt quod a nominibus patrum deriuatur propriis in des terminatū ſignificat.Sed in aliis apud latinos terminationibus.filias ut æneades.i. filius æneæ. nereis uel nerine filia nerei.Sic debuerat poni in regulis.probat præter autoritatem.Diomedis ratio nam patronymicum dicitur a πατρο ονοματ.i.a patris nomine docet Diomedes.Si uero & nepotem ſignificare legimus:per abuſum ut iis docet fit. Nepoſq; tamen intelligēdum ut antiqui & iuriſconſulti.i.filius filii ſic Iuſtinianus uel aliis pro eo inſtitutionibus titulo.qui eſt de hereditatibus quæ ab inteſtato deferuntur. Sui autem heredes exiſtimantur. filius filia ue nepos neptiſue.Si uero dicas filium fratris non conuenit patronymicis.nepotem pro filio fratris ponunt aliqui nuſquam Cicero ꝙ ſciam.unde ſoleo dicere nepotem ex fratre iucundiſſimum ut ambiguitas tollatur.Quitilianus.iiii.Cum mihi Domitianus auguſtus ſororis ſuæ nepotum curam delegauerit. Val.Max.pro filio fratris nepotem dixiſſe uidetur.qui filiū Fabii maximi allobrogici fratris poſterioris Aphricani nepotem dixit. aphricani. Seneca quoq; pro filiofratris utitur in declamationibus.Auguſtinus quoq; & Hieronymus.

Abuſiue ſæpe interim cum pro proprio patronymicum. Virgil.x. Dardanides cōtra fuerit.i. æneas.etiam a matre fiunt patronymica:ut latoides Apollo mēdoſa eſt dictio latonius apud Diomedem.Phyllirides chiron.Inous Palemon.Pleiades.aut ab auo ut eacides. aut ab aua ut ledæa herminione.aut a fratribus ut phaetontiades:& laodomius heros. aut a maioribus ut bellides palamedes.aut a maritis ut helena a menelais: aut a filiis ut altea meleagris. Sicut Ibicus græcus autor rettulit.poſſeſſiua aliquando pro patronymicis poſita ſunt ut Iuno Saturnia ideſt filia Saturni.

Obſeruatio in patronymicis. Caput. xxxi.

PAtronymica ab eius nomine formata:fœminina in eis deſinunt forma latina ut theſeis Iuuenalis Rauci theſeide codri.a nereus nereis.Statius primo achil. fluctibus inuiſis iam nereis impat helle.aliqñ in ias:ut trāſeat hectoreum Pelias haſta latus.Forma græca in ne ut nerine, Virgilius. Nerine Galathea Thimo. quod uero dixit poeta æneas in inſcriptione libri.nō ab æneas.Sed ab eo quod eſt æneus ænei deriuatum eſt.

quod dictum eſſe ab antiquis affirmat Phocas Grammaticus.unde patronymicum maſcul. ænides Virgilius Sit ſatis ænide telis Impune animum oppetiiſſe tuis. Quare aũt ab eus nomine fiat patronymicum in eis.ratio eſt quia maſculinum in des ab eus nomine formatur a genitiuo ei conuerſa in i longum ut theſeus theſides.

Hæc autem contractio reſoluitur in fœminino.Ita ergo ænides ab æneus iure facit æneis.primus in hac ſententia.quantum legi ex antiquorum monumentis. fuit Chariſius recentiores abuſiuæ ab ænea dictum putant.

De iis quæ uulgo partitiua & quæ ab aliquibus diuidua ab antiquis diſtributiua appellata alia. Caput. xxxii.

DIſtributiua.ut omnis.aliqui.Partitiua.omnes. diuidua ut alter quidam nõnulli.ut Herodianus aggregariua.difficile(ut ait Horatius)coommunia dicere proprie.Diuidua dicuntur duobus modis.aliqua.n.ſunt quæ per pares numeros diuiduntur intellectu uero repetita.ut bini binæ bina.non duo dicimus. Sed repetito modo per diuiſionem.Aliquando diuidua dicuntur cum a duobus uel amplioribus ut ait Priſcian. ad ſingulos habent relationem.ut omnis quilibet uterq; alteruter quiſq;.

Vtrum interrogando.poteſt ad plures poni.Si an particula additur.licet duo priora ad uocẽ interrogantis obſeruentur Quintil.ex habitu inuidiam mydie querit.occiſus eſt utrum ferro. an igne.an ueneno.an uulnere.an pluribus ſubito.an expectatiõe. Varro in re ruſt.Sic magna tua diſcrimina terræ.quod refert utrum ſit macra an pinguis.an mediocris.Seneca in libris d' Ira.Hoc intereſt utrum quis feruidi ſit ingenii.an frigidi,an humidi.

Quicunq; quilibet quiuis.& ſimilia dicũtur ex ſyllabico.Syllabica autem dictio eſt. uox quæ p ſe ſumpta nihil operatur.in eo loco oratõis ut eſt meapte.ſuapte.ſuopte.Catullus ad Leſbiã Flamma damnat ſonitu ſuopte Liuius.vi.rem ſuapte natura facilem. Terentius in phormio. noſtrapte culpa facinus.Ita quacunq; quilibet quiuis Nam cum quiſlibet per ſe nuncupãtur in eo loco nihil operantur.

Nemo eſt generis communis duum generum.ut Terentius in Andria.Scio neminem pepeтiſſe hic.neq; ethimon eſt(ut Triuiales)nemo ideſt non homo. nã apud poetas & hiſtoricos legitur.nemo diuum.nemo hominum.Liuius in.viii.primæ dec.Et Terentius in phormio. Hominem callidiorem uidi neminem q̃ Phormionem.In eadem actu nemo homo eſt.Iam ne erumpere licet Gellius.vii.Si nemo eſſet homo quem uereremur. Cicero ad Seruium pro pyſone magis q̃ omnibus ſcribere hominem eſſe neminem,qui unquam mentiõem tui ſine tua ſumma laude fecerit.Nec barbare dicitur alius nemo. Terentius in adelphis.alius nemo reſpicit nos.Item nemo unus.Lius.iii.neminem unum eſſe.cuius magis opera putet rem.p. reſtitutam & nemo unus.viii.die.ii.pu.bel.Quiſquam eſt communis duum generum. Terẽ. in Eun.Illarum neq; quiſquam te nouit.Sed ueteribus hoc renuntiauit conſuetudo. dicitur nemo quiſquam.i.nullus alius.Suet.in Calligula.Omnes germanico corporis animiq; uirtutes.& quantas nemini cuiq̃ contigiſſe ſatis cõſtat. Dicitur proſe quiſq; uiri & proſe quiſq; uir prioris exemplum Virg.proſequiſq; uiri ſumma nituntur opum in alterius.Liuius.vii. tertiæ decadis.Sed proſequiſq; miles qui quomodo aſſequi agmen fugitiuum elephantorum poterat.Hæc ille.Ideſt quilibet pro uiribus ſuis uel ſinguli.Et in præfatione.ad illa mihi proſeqſq; acriter intẽdat animum. Vter componitur cum cunq; & infinitum efficitur.Cicero ad Torquatum.ut utercunq; uicerit.non ſit mirum futurum.aliquando pro ſimplici uterq; ponitur ut Quintilianus utrancunq; linguam dicit & latinam.& græcam. Domitius exponebat ſiue latinam ſiue græcam.optes ſimiliter qualiſcunq; Iuuenalis qualecunq; poteſt: quales ego uel cluuienus & quantulacunq; & quantulocunq; actu apud Suetonium. Et quantulumcunq; apud Quintilianum.

Nota ꝙ dicimus homo inuidet alter alteri.Columella cum deinde bucculos comprehenderis perducito ad ſtabulum:& ad ſtipites religato:itaq; ut exiguum laxamenti habeant diſtentq; inter ſe aliquanto ſpatio.ne in colluctatione alter alteri noceat:hoc autem eſt(diximus alibi) Quia & ſi plures ſunt habetur tamen ratio duorum. alter a decimo.i.duodecimus, alter ab undecimo.i.tertius decimus.Virgilius alter ab undecimo uix metum cœperat annus.Inde alternate Virgil.in moreto alternatq; uices.& Pli.xiii.alternant fructus quibus ſiccus lignum.dicitur unus aut alter.i.unus aut duo.uel pauci duos.n.paucos dixere Perſius uel duo:uel nemo turpe & miſerabile.Plinius ad Iulium.nam ex.omnibus qui ſe nũc philoſophos uocant uix unũ aut alterum inuenies:tanta ſynceritate.Quãdo uero dicitur unus & alter ſignificat duo. ut Sappho ouidiana atq; ſubea uerſus uuus & alter erit. Alter quoq; dr̃ de pluribus ubi non ẽ inter duos aut plures relatio uerbi gr̃a alteri dicto nõ mihi Quit. Sẽper uero malæ ꝯſuetuæ

pœnas a ſemetipſis improuiſarum rerꝫ exitu Induantur.huic.n. rei petit tempus quodcunqꝫ alteri datur. Vnus tam de duobus q̃ de pluribus eſt. Virg.xi.harum unam Iuueni ſupremum mœſtus honorem.licet artigraphi inquit Seruius.hoc tantum uetant.Antiqui declinabant alter genitiuo alteri.uter utri.neuter neutri.unde remanſit conſuetudo ut dicatur generis neutri a grammaticis meminit Priſcianus.Vtriqꝫ in plurali pro ambo. Virgilius Palmas utraſqꝫ tetendit.Cæſar in Commentariis.de duabus uxoribus arioniſti dixit utræqꝫ mea fuga perierunt.hæc ratio in habentibus utrunqꝫ numerum.

Obſeruatio de regimine diuiduorum non uulgaris Caput. xxxii.

Dicimus quilibet hominum quilibet homo.Quilibet ex hominibus.uterqꝫ Franciſcus & Iulius legunt uel legit.uterqꝫ Fráciſci & Iulii dicitur rato.nũquam uterqꝫ ex Iulio & Franciſco.Superioris exemplum dat Terentius in eunucho.Apud Antiphonem uterqꝫ pater & mater quaſi dedita opera domi erát.alibi uterqꝫ exempla in te edent.Varro.Et quoniam nomina multa habemus ab utroqꝫ pecore maiore & minore Suet.in Tyberio.Obiit utroqꝫ liberorum ſuperſtite tyberio druſoqꝫ Neronibus. In Claudio. Quem utraqꝫ & Cophina & ligera.aliquando fecerunt.Quintilianus cum in utroqꝫ locum ideſt primum & ſecundum.ſimul exerceamur.ubi nota ꝙ poſito diſtributiuo. Si ex præcedẽtibus non cognoſcatur nota diſtributionis:duo illa debent per ſequentia dici. ut patet ſuperioribus.Sequentis rarum ut dicere uterqꝫ Iulii & Franciſci:uix uno exemplo legi:uel altero.Virgilius.vii.Quibus actus uterqꝫ Europæ atqꝫ Aſiæ fatis concurrerit orbis.Sueton.in Iul.de eius ac patris ſui utraqꝫ origĩe ſic refert.Sed ſi accurate ad uerũ accipias ordo eſt,orbis Europæ atqꝫ aſiæ uterqꝫ Concurrent. & ita de origine eius ac ſui patris ſic utraqꝫ refert. Frequẽtiſſime uero cum patet ex antecedentibus.Sed tunc eodem caſum cõuenit ut uterqꝫ doctor utraqꝫ lingua uterqꝫ doctorum,& utraqꝫ linguarum.& utraqꝫ lingua græce & latine.Sed hæc aduerbialiter. Cum pronomen eſt ſemper pluraliter:uel uterqꝫ illarum.uel ex nobis.Ita nemo noſtrum uel ex nobis.& cum aliis de præpoſitio interim ponitur Cicero ad Lentulum. Præterea quidem de conſularibus nemini poſſum aut ſtudii aut officii erga te eſſe teſtis.Plin.xxix.merito dum nemini noſtrum licet ſcire:quod ſalutis ſuæ.Terentius in Eunuch.nemo eſt omnium quem ego nunc magis cuperem.aliquando neutrum ex præcedentibus acceptum eſt.Brutus Ciceroni.Sed neqꝫ Cæſari imperari poteſt nec cæſar ſuo exercitui.quod utrunqꝫ peſſimum eſt. Et cũ duo ſignificare uelis præter Triuialium opinionem.ſine numerali ut plurimum a doctis dicũtur.Cicero ad Gallum nec me adhuc legiſſe turpe utriqꝫ noſtrum eſt.Et in alia epiſtola:uideo quid mea interſit quid utriuſqꝫ noſtrum.& ad Sulpitium ſimilis in utroqꝫ noſtrum. Cũ idẽ ſentiremus error fuit.nam omnia utriuſqꝫ conſilia ad concordiam ſpectauerunt. Abſurde dinces uterqꝫ noſtrum duorum.uſi per ſignificantiæ notam.ut Cicero ad Atticum Brutus quidem utrum de duobus o rem miſeram.

De Relatiuis. Caput. xxxiii.

INter Relatiuum & pronomen hoc Intereſt.ꝙ Relatiuum referre poteſt. Subſtantiuum proprium appellatiuum:& adiectiuum.pronomen non niſi pronomine pprio ponitur.Aliquando tamen pronomen refert.Sed aliter q̃ relatiuum. Eſt igitur aliud aliquid pro aliquo poni.aliud referre.eſt quoqꝫ aliud certam ſignificare perſonam.ut pronomen.& incertam referre ut Relatiuum.Eſtqꝫ alia differentia.Relatiuum nunq̃ demõſtrat.Sed hoc eſt inter pronominis proprietates unde eſt ꝙ Relatiuum ſemper agit orationem imperfectam propter uim relatiuam.quæ ſine antecedente eſſe nequit.Contra pronomen finitam facit locutionem.ut ego amo.tu legis.ille canit. Neceſſario igitur relatiua cũ nec uerbo nec participio nec pronomini adſcribi queant.a Priſciano & Herodiano dñr noĩa. Relatiuum & antecedens non conueniunt in caſu.quia reguntur a diuerſis uerbis & diuerſa uerba regunt diuerſos caſus.hoc uerum eſt in ſubſtantiæ relatiuis.At relatiua accidentis. ſemp concordant cum ſequenti.ut ſum albus.qualia ſunt iſta animalia.hoc autem fit quia uis antecedentis refertur in ſequens.refertur autem inſequens uis.quia Relatiuum non poteſt capere uim.ab eo quod alterius eget auxilio.& hoc eſt adiectiuum quod alteri adiacet.recipitqꝫ ſenſum a ſequentibus.Aliquando tamen inuenimus concordare cum antecedenti.Si præcedens uerbũ ſubintelligatur.ut uideo ſorores meas bõas.quales tu.ſ.uides magnas q̃tas. Cæſar.ſ.uidet. Qualis non ſignificat tantum qualitatem.Sed habitum & formam.Aliquando Quintilian. vii.Quis.n.nõ faber uaſculum aliquod quale nunq̃ uident facit?Columella.x.de minoribus autem animalibus qualia eſt lepus hic præcipiemus.

Quotus ẽ ordinis.ut Horat.epiſt.prio.tu quotus eẽ uellis reſcribe & rebus omiſſis.Cic.ad At. Scribã.n.de quoto ãno &q̃tũ in ſolo ſolere q̃rere.aliqñ ſignificat nũerũ. Quia nõ ẽ ordo ſine

ratione numeri. Martialis quotus es.ſ.quot eſtis.aliquando additur quiſq; Plinius ad ortalem:
Et ſane quotus quiſq; auditor.tum rectus quem non potius dulcia hæc q̄ ſonantia: q̄ auſtera:
& preſſa delectent.i.pauci auditores.dicitur quota pars & quota portio .i. minima Martialis
Cæſaris.hæc noſtri pars eſt quota uidit in undis. Pli.ii.na.hiſt.ut q latiſſime rura metatus fue
rit:ultraq; famam egerit agricolas:quota terraꝶ parte gaudeat Plin.xxxvi. Subit uero cogita
tio:quota portio fuerint areæ illæ.quas inuictis hoſtibus decernebant. Iuuenalis quota portio
fecis achææ. Gellius uitili genere quotus.n.fere noſtrum eſt qui ex Colonia po . ro.ſit nō & ſe
municipem & populares ſuos municipes dicat.dicitur.n.quoto quoq; loco.i.raro Plin.quo
to.n.quoq; loco nō ſuū marmor inuenit. Tacitus.xiiii: Quotā partē cāpi iacere in q̄ pecora.
Centeſimus e centum dicitur ultimus. Cicero pro Milone centeſima eſt hæc lux ab interitu.
P.Clodii.unde hora prima.ſecūda.tertia.dicitur.& deinceps.quia nō mutari ſed ratio ordinis
habetur nam ſi dico uigeſima hora ad te ueniam intelligitur ultima e uiginti.aliterq; intellige
retur uiginti horis.& ſic dicitur interrogando quota hora uenies. Horatius:ſecundo ſermonū.
Hora quota thrax eſt gallina ſyro par. Cicero ad Herenium qua die quota hora noctis factum
eſſe dicatur. Seneca iam in libris de Ira. Iacebat. Conuiua centeſimus.i.centum conuiuæ. At pi
tra ouidiana laodomia inter mille rates tua ſit milleſima puppis.i.ultima e mille. Perſius Stē
mate q thuſco ramum milleſime ducis.aliquando dicitur centeſimus.i.unus:centum non ra
tione ordinis uel numeri. Sed quātitatis Suet.in caligula Ducenteſimā actionem Italiæ remi
ſit.alibi quoq; ait quadrageſima ſummæ. Seneca de Ira. Quid ſit propter uſuram ait milleſi
mam:ualitudinarius fœnerator diſtortis pedibus.& manibus ad comparandum non relictis
clamat.i.partem unam e mille. Sic Tacitus.xiiii. Manet abolitio quadrageſimæ & quinquage
ſimæ.legitur duo & uiceſimus.i.uigeſimus ſecundus . ut Gellius ut duo & uiceſimo anno. a
quo exemplo dici quoq; poſſe uidetur tribus & uigeſimo quattuor & uigeſimo & ſimilibus.
Inuenitur quotiens & totiens quæ referunt bis ter quater ut ego lego decies quotiens tu Ca
per grammaticus uoluit dici toties & quoties ſine n. Sicut nec milliens deciens Priſcianus ue
ro contra.n.ratione iudicii aurium putauit addendum antiquarii illum ſequuntur. hunc po
ſteriores. Qui iudiciū aurium probatum a clariſſimis ſpernunt. Non Conueniunt Ciceroni &
Quintiliano.quod eſt in coniunx & aliis ſeruatis a Martiano in anomalis. Quot numerum
refert.unde ratio eſt Cur dicamus ego habeo librum unum ſicut tu non quot tu. quia unus
non dicitur numerus.ut Ariſtoteles & alii tradiderunt. Sed principium numeri:& de eo nos
plura uerba fecimus in libro qui dicitur de Scyrpo numerorum Cardinalium. Illuſtri Ioāni
petro Gonzagæ a nobis dicato:atq; edito. Dicimus habeo triginta annos. Item ſum natus tri
ginta annos quot tu. Quintilianus.vi. Dicenti ſe Dolobellæ.xxx.annos habeā uerum eſt inqt
Alterius exemplum eſt Plinius ad Calphurniam.quattuordecim natus annos tragœdiā ſcri
pſi. Suet.in Tyberio. Nouem natus annos:pro roſtris defunctum patrem laudauit. & Liuius
dixit.iiii.de be.pu.erat.xv.ferme annorum dicimus unde uiginti .i. decem nouemq; & unde
triginta.i.xxix.& ſimilia.duodeuiginti.i.xviii. Gellius. Euripides Socratis tragœdiam ſcribere
annos natus duodeuiginti adortus eſt:quod uero dicitur ab hinc duos annos iam præteritis
duabus annis commode non recipit relatiuum & ſimilia. Sunt apud Gellium ab latino ſæcu
lum iam exacto ſæculo. Sic dicitur ab hinc duos menſes ab hinc triennium ab hinc diem nō
tamen dicitur.& ab hinc horam.niſi quis nimiſi merito Craſſus pinguiſq; obſeruator. dicit
quoq; uiginti unus & uiginti Columella. Nec uerſus plures q̄ uiginti unus. Cum uero dici
mus ſum natus decem annos exponente Priſciano intelligitur.i.ſum natus ante decē annos.
Quotenus & totenus ſicuti quotennis & totennis effuſa ſunt a Priſciano & a Triuialibus q
deterioribus inhærent prædicata:quæ ſane abſq; exemplo barbare docti cenſent & ab eruditis
inaudita. Colu.lib.vi.cap.ii. Dixit quotena ſemina iugeꝶ in ternos pedes inde in denos pedes
diſpoſita recipiat. Sed ibi quotena pro quot accipi docet quia in ipſa narratione cū deſcripſit
locum dicit quero quot ſeminibus opus ſit cum quinum pedum ſpatia ſemina deſiderātur:
& in fine ait totidem dices eſſe opus ſeminibus. Sic Cicero ad Atticum.xii.in ripa neſcio quo
tenorum iugeꝶ:ut certa pretia conſtitueret.i.quot. Sic etiam Statius in ſyluis Lampade noue
na.i.nouem.& Diomedes in prohemio trino libello dixit pro tribus. Non ideo legent triuia
les tale exemplum quale eſt boues erant bini quoteni equi.

Dicam quod legi dictum a Plotio non licet grammatico ſe uerborum autorem facere. Si qui
dē alienis uerbis illū gloſſulas facere ꝓfeſſio cogit. Et illud recitatū ab Aulo gellio & Macrob.
Inauditum uerbum tanquam ſcopulum fugiendum eſſe. non unquam inuenies ea unius
numero efferri cum uim habeant a nobis dictam.

Bini binæ bina pro duo ponuntur quando iungitur cum dictionibus Carentibus ſingulari:

ut binæ nuptiæ.binæ ſcalæ binæ ſcopæ.Cato tamen dixit duas ſcalas.nec dicitur ſingulus binus ut conſuetudo triuialium probauit unde nec ſingulo anno dicitur.nec ſingulo mēſe. nec ſingulo die.Autor Martianus Capella.Qui negat ſingulus dici unius numero. Q uāuis Plautus in Ciſtellaria dixerit Singulum ueſtigium uideo.tu recurre ad illud muſas plautino ore locuturas fuiſſe Si latine loqui uoluiſſent . Aliquando bini iungitur cum nominibus utriuſq numeri.tunc eſt diuiduum in pares numeros ſenſu tamen excedens.Plinius ad Calphurniā ut timori meo & ſingulis quottidie uel binis epiſtolis conſulas.Varro de Sue Parit bis in anno quaternis menſibus fert uētre ea binis nutricat.Quod.Pollio dicit Ciceroni binos tabellarios in duas naues impoſuit.i.in ſingulas naues duos.

Biennis triennis & ſimilia leguntur.Sed non referuntur per quotennis. ab anno ſunt cōpoſita a biennis.Indinatur bidens ut placet Macrobio.Vnde bidentes quaſi biennes. talibus nominibus utuntur Plinius & Columella.Et ſi dicas biennis Vt tu non dices quotennis . Sed tritius eſt uſu eruditorum.Ego ſum natus decem annos . Terentianus parmeno inquit anni quot reſpōdet cherea Sexdecim Quintilianus.vi.ubi de riſu dicenti dolobellæ ſe habere triginta annos uerum eſt inquit uerba ſunt Ciceronis ab eo relata.Et ipſe.xii.de Cicerone pro Sex. Roſcio cum ſex & uiginti natus annos ſummis au dientum clamoribus dixerit . Ab iis nominibus inflectuntur biennium.triennium.quadrieninum & ſimilia.ideſt ſpatium duorum annorum trium & quattuor & ſimilia.

Quotuplex refert qualia ſunt:ſimplex.duplex.triplex:Sed nota ꝙ duplex aliquando ſignificat materiam.ut mea ueſtis eſt duplex.aliquando pro ambo.ut duplices tendens ad ſidera palmas.aliquando pro duo Suet.Teſtamentum duplex ante biennium fecerat.alterum ſua. alterum liberti manu.& hoc ſignificat rectiſſime iungitur nominibus quæ deficiunt pluratiuo. uel caſibus ut duplex gloria.duplex fama multiplex ſalus.aliquando cum perfectis ut Valerius proxima iocineris duplex caput habuit.Inde duplices tabellæ a duabus cartis . & triplices & quatriplices.Ouidius in primo de arte.Tunc ego uos duplices rebus pro numine ſenſi. aliquando non numerum.ſed genus ut multiplex medicina.Triplex ſacerdotium apud Sueto. in Galba,& in Nerone inſtituit quinquēnale certamen primus omnium romæ moræ græco triplex muſicum gymnicum & equeſtre.Similiter dicitur quadruplex iudiciū a Plinio in epiſtolis.Aliquando ſignificat numerum cum modo rei.Cicero ad Cecinnam. Notantur autem mihi ad diuinandum ſigna duplici quadam uia quarum alteram duco a Cæſare ipſo alteram a temporum ciuilium natura atq ratione.Ab iis nominibus dupliciter tripliciter legitur & ſimilia Cic.ad Petū dupli͂ delectatus ſum tuis lr̄is & ꝙ ipſe riſi & ꝙ te intellexi iā poſſe ridere.

Quotuplus refert nomina exceſſiua q̄titatis.ut Pli. de elephāto pulmo quadruplo maior q̄ bubulo ubi nota ꝙ triplū duplū raro maſc.& fœminino . Sed plurimum neutro efferuntur ut ager reddit centuplum quotuplū nolebam.hūc loquēdi modū ſignific..t Quintilianus.vii. duo fratres pecuniam abſtulerunt diſputāt an quadruplum an duplū debeat fur quadruplū ſoluat.duplum dr̄ ab eo qđ.g. διπλον. a διπλοο. duplico.unde diplomata Codicili tabellæ ſeu principales libelli Cicero in.L.Piſonem mitto diplomata in tota prouintia paſſim data puto eſſe quod uulgo aiunt bullas.

Cuias refert nōia gentis uel patriæ.unde nota ꝙ gētile nomen dr̄ nūq̄ ut Gallicus romanus. Sed familiæ(hoc ideo recenſui quorūdam.ut triuialium errorem extirparem)unde gentili copia apud Suet.in Vitellio.Idē in Nerone gentili domitiorum monumēto.alibi gentili ſtēmate & in C.Cæſare Gentiliciis hereditatibus.Cicero ad Attic.O rem indignam gētilis tuus urbem auget.Cuias igitur nō gētiles.Sed gentē ut Ferrarienſis. Vnde ſcribit Cic.in tuſc.Cum poſtularetur Socrates Cuiarē ſe eſſe diceret mundanū inquit totius.n.mundi incolam ſe dicebat & ciuē unde apparet alius error eoꝝ qui dicūt interrogāti cuias es q̄ris de gente uel de patria:dr̄ cuias & cuiatis gn̄e cōmuni aꝑ Plau.in penulo.Q uid ē cuiatis eſt is unde ex quo oppido & alibi qđ ſit cuiatis unde ſit ne pars eris.Apuleius primo Aſini . Vt prius noliris q ſim & cuiatis.Aduertātq aliqua nōia licet i enſis terminata ſint nō referri p cuias. ut forēſis a foro. a caſtrēſis caſtris.milliarēſis a mille paſſibus.und̓ millirēſis porticus a flauio Vopiſco nūcupata a millepaſſuū lōgitudine.aliq addūt cretēſis a creta.i.terra tenaci. Eſtq illď elegās p periphraſim q̄nq dici nōia ciuitatū ut Ferrariēſ.Ciuitas.i.Ferraria.Cic.ad Ruffū aꝑ duas ciuitates Laodicēſem apameēſem quæ maxīe uidebāt̄. Sūt aūt laodicea & pamea ciuitates Syriæ.

Nota ꝙ relatiua.i.dictiones habentes uim relationis. Reperiuntur in tribus orationis partibus nomine pronomine.& aduerbio.in nomine ut qui quæ quod . Cuius cuia cuium . Virgilius.Dic mihi Dameta cuium pecus.Gellius.ſecundo.Cuia eſt res.Terētius in andria .Cuiā ergo fratris filiam.Barbari & triuiales dicendi:qui dicūt,Cuiades & cuis. referre patronymica

Illud maſculum hoc fœminina.In pronomine ut is ſuus ille ipſe idem . Vt ego Cæſarem & ipſum cupio iterum uidere in aduerbiis.ut totiens quotiens:quando ubi.qua.quo.& ſimilia. Illud quoq; obſeruetur quod dicitur ſum bonus.ut tu.& qualis tu.Sed differunt nam ſi dicimus ſum bonus qualis tu agitur relatio ab antecedente ab adiectiuo pendens·Si uero dico ut tu eſt uerbi circunſcriptio ſeu actus a qualitate.Plinius Nec omnibus adeps carnes largæ ſicuti nec animalium acerrimis. Columella.vi. Sed fere recipiunt talem inſitionem quæ humidum ſuccoſumq; & ualidum librum habeut ſicuti ficus.& Terentius in Andria.Adeon inuenuſtum & infœlicem eſſe quemquam.ut ego ſum.Quod latinorum uoces aliter Interrogatiue dicantur. Virgil. Sed uos qui tandē quibus aut uoniſtis ab oris aliquando relatiue ut troiæ qui primus ab oris aliter infinite.ut qui ſis ignoro hæc ex Priſciani dogmate. Tu uero adde interim poni admiratiue quale eſt illud maronis hei mihi qualis erat quantum mutatus ab illo hectore,pluria ſunt exempla·

De Redditiuis. Caput xxxiiii.

INuenluntur redditiua ut tot:talis.tantus & ſimilia dicta redditiua ut aliqui . quia aliquando redduntur.i.referuntur & reddunt.i.referunt.referuntur autem aliquando relatiuue . Plinius.xxxv.Dic ergo Craiſe qualem mereris. talem inquit oſtēdēs in tabula pictum infacetiſſimum Gallum exerentem linguam.Virgilius .vi· quale ſolet Silius brumali frigore uiſcum talis erat ſpeties auri frondentis opaca·Aliquando referuntur ut Cicero contra Rullum.Non ꝙ tales fuerint quales nos illorum ſanguine Creatos diſciplinisq; inſtitutos uideris,Ideo redditiua.Alii uero acutius quia intellectum orationis minus q̄ perfectum reddunt.Si·n·dicam mihi ſunt tres aurei tibi perfectus eſt ſenſus : At ſi dico tot mihi ſunt aurei.quot Antonio imperfectus eſt,neq; finitus ſenſus.Aliquando funguntur officio relatiui ut habeo tres libros & tot Cæſar,Aliquando abſolute ut Cicero ad Marcellū·Mihi ſalus tua tantæ curæ eſt ut Marcello fratri tuo aut par aut certe proximus ſim.aliquando demonſtratiue.unde demonſtratiua dicta exemplo eſt Plinianum ſuperius dictum , Quid eſt quod dicitur Quantus tantus,Qualis talis.non cuias tuias.Nec cuius tuius. Reſponde ex Papyriano in Ortho.ꝙ.q.eſt littera adiectitia quod eſſe inter ſignificat Cato in Originibꝰ ſolūq; inuentam propter u litteram ut oſtenditur ſi ſequens uocalis ad ſic obliquari in uocem ut qui que quo.ſine qua reſoluetur ut cui ſecutus·Igitur qualis quantus cum amittant u litterā facile amittatur.q.Recipitur autem.t.non alia littera ꝙ tali ſpiritu naturaliter formatur quali.u.C.uero littera natura repugnante non uertitur in.t.Nam c formatur lingua herentiuſcula.ſuper molaribus linguæ extrema appulſis eidem appulſu linguæ dentibus impulſis excutitur. Hæc ille.A tantum tantidem a tot totidem uenit.Cur non quantidem & quotidem legimus,Aliqui dixerunt hæc paragoga.Cautior Herodianus Ita differunt totidem a tot tantundem a tantum ut albeo & albico·Hæc ille.Aliqui tales uoces dixerunt eſſe pleni ſermonis tantum uero. & Tot contra quæ ſine relationis officio habeantur ut ſi dicam ſunt mihi tres numi quot Antonio ſyncerus eſt ſenſus unde ſuperfluū eſſet quotidem at ſi dicam tres nummos habeo.totidem Cæſar plena eſt ſignificantia at ſi dicam tot Cæſar quid deſiderari uidetur.Exemplo Virgilius.viii·Quattuor a ſtabulis præſtanti corpore tauros. Auertit totidem forma præſtāte iuuēcas.ſi dicas auertitur tot iuuencas deſideratur particula & ſic Anacoliton Cacozelum.In redditur o igitur eſt neceſſaria paragogi ratio : & ceſſat ratio uicii . In relatiuo non latinitatis niſi uitioſe.

Cut. Landllotti Paſii Fertarienſis Laureati de Litteratura nõ Vulgari. Ad Antonium Pictoreũ Artium & Medicine Doctorem & Thomã eius Germanũ Muſicũ digniſs. Regiẽſes.

PRAEFATIO

Liber.yii.ad te ex ſinu ueteris amicitiæ noſtræ quæ locorum interuallo uide
batur obliuioni tradita. Currit ocyor hinc memoriam eius qui ab ungui
culis fuit inter nos amoris repetens hinc futuræ beniuolentiæ argumentũ:
rogans atq; orans Vir clariſſime ſicut humanitate tua & prudentia quæ ſu
ſcipis in tuto collocas ita.huic noſtro libello locum des uelim ut cum uide
ris:Lancilotum tuum poſſis recordari. Læto igitur uultu perlege quid ſibi
uelit præfatio. Nulla eſt diſciplina (ut refert moderatus Columella) in qua
non peccando diſcatur. Nam ubi quid perperam adminiſtratum ceſſit: In
proſpere uitatur.quod fefellerat:illuminatq; rectam uiam docentis magiſterium. Quare nr̃æ
ãnotatiões.Non conſumare ſcientiam ſed adiuuare promittunt. Curioſoſq; non minus dele
ctare ꝙ ipſos quoq; proficere optamus. Nõ raro &.n. Prius ꝙ hæc orſus eſſem:audiebam qui
uix prima libarant rudiméta horiſtices.a pædagogis nec non grãmaticæ artis præceptoribus
diſcipulos ſingulorum fere dictorum autoritates petere.& frequentius efflagitare. Quibus in
me audire memini:qui poſtularent cuias quo autore in regulis poſitum eſſet: Sed hoc parui:
& mille alia quæ non eſt narrandi locus:obſeruabãq; ſæpius poſtulatos erubeſcere.qui rudem
ac ſimplicem docendi modum non certa ſed futuli ac inani regula ſermonis abſq; autorum
indagine ſequebantur.ut uere puri (Sic aiunt) aſini appellari poſſent.Subinde Priſciani maius
illud opus & ſequentia aggrediebar. Quid ſi pueri autoritates repetunt? mecum minima ac
maxime puerilia tantum uirum tot cum in arte præceſſerint clari doctores:autoritatum pha
leris bracteiſq;.& comis cultu ue ornate non pudet:nec ue etiam poenitet.haud igitur mirum
uanũq; uideatur:Si nos ꝑter regulaꝝ uulgariũ morem rebus non uulgaribus addimus inda
gines autoritatis.Ab initio ꝓfeſſi non ꝯſumatæ artis cõmentarios a nobis editũ iri.Sed quæ ad
bonas lr̃as curioſis adoleſcẽtibus nõ inutilia ſunt tractatuꝝ.Huic rei nõ obſcuꝝ erit argumẽtũ
Si ꝙ regulaꝝ ſcriptores lr̃is tradiderũt. Deide quæ.nos adnotauerimus pẽſiculate enucleabũt.

De Comparatiuis. Caput. Primũ.

Comparatiuũ nomẽ (ut ait Priſc.) eſt quod cum intellectu poſitiui uel cum aliquo
participe ſenſu magis aduerbium ſignificat. ut albior magis albus ulterior magis
ultra.& intelligitur poſitiuum ut recitat Cellius lib.x.a naturali differt poſitiuum
quod fortuito & arbitrarium impoſitum eſt.Naturale quod quadam ui & ratio
ne naturæ factum eſt.rationẽq; aſſignat Nigidii quæ ſecundum Idiomatis rõnem nõ eſt pe
nitus alienæ a uero.Sed Varro dicit poſitiuũ.quod nõ a ſinguloꝝ oritur uolũtate.Sed a com
muni conſenſu qꝺ ad rationẽ linguæ cuiuſq; facit.hiis modis poſitiuũ ad rem noſtram nihil
congruit.Aelius grãmaticus ut legitur in fragmentis Herodiani. dixit poſitiua uoces quas ſibi
quæq; lingua impoſuit. Si autem uis hæc ad nomina referatur aut placita ad rem eſt: aut in
cõmunibus.Si ad rem uoces oium ſubſtãtiuoꝝ dñr poſitiuæ. quia poſitæ ſunt ad ſignum rei
ut homo lapis.Si in cõmuni poſitiuum eſt quod impoſitum ut accidẽtia denotet.naturæ uel
proxima. unde ex his uerbis numeralia ut duo. tres diuidua. ut bini. Interrogatiua ut quis.
uter relatiua ut qui. qualis infinita ut quicunq;: aggregatiua ut omnis quilibet. & gerun
dia.quia extra hanc poſitionem ſunt non accipi numero poſitiuorum. Ita deriuata a locis ut
Ferrarienſis.Italus.thuſcus.& uerbalia in tilis. ut Sutilis. uerſatilis. umbratilis. præter fertilis.
& utilis.Similiter participia quo iure neceſſario fiunt nomina.ſeu tranſeunt in uim nominis
ad comparatiui formationem. non.n. extra uim poſitiui nomina poſſunt accipere magis &
minus quod eſt ſuum ſignificationis comparatiui.Et ſimiliter pronomina.& aliæ partes ora
tionis.niſi quæ participe ſenſu uidẽtur poſſe accipere magis & minus.& ulterior magis ultra:
quia per intellectum accipimus perſonam:ꝙ ille qui eſt ultra.hæc pro dogmate Priſciani qui
ſibi hoc effinxit definitionis.Alii uero (longe.n. præſtant ingenia uiuentium) negant nomen
comparatiuum ab aliqua orationis parte formari.præter ꝙ nomine.& ab aduerbio.aduerbia
comparatiua.Si admittimus hoc participe ſenſu uerius dici uidebitur ꝓpter ea noia: quæ nõ
uoce ſed ſignificatione formantur.ut melior a bonus: peior a malus.& ſimilia.inter quæ par
uus minor.licet Vegetius arenatus paruiſſimos fines dixerit.& Lucretius in ſua Epicurus atho
moꝝ ratione.præterea niſi erit minimum.paruiſſima corpora quæq; conſtabunt ex partibus
infinitis.Boetius quoq; dixit in muſicæ prologo paruiſſimas mutatões.Ratio ea quoq; habe
tur in ſuperlatiuis.Item participe ſenſu propter propria & appellatiua ſubſtantiua quoꝝ uis
participe ſenſu accidẽs quoddã ſignificat ut Neronior crudelior Nerone.Cinedior quæ ꝓprie

poſitiuam non habent niſi participe ſenſu. Catullus de Varo. hic illa ut decuit Cinediorem
Apuleius in aſino aureo pumſliorem poſuit Antiquo Dogmate. Quod Diomedes ſequitur.
Comparatio eſt collatio Cum relatione ad alium quia ut ait Seruius in commento ꝯparatio
id agit ut præferat. Superlatio uero eſt ennuntiatio cum elatione ad omnes ideſt quando ſup
perponitur omnibus ut fortiſſimus romanorum Scipio.

Vnde Comparatiua Curioſa Diſputatio. Caput ii.

COmparatiua nomina formantur ut aliqui inter quos Priſcianus a quinq; oratiōis
partibus. alii a quattuor: excipientes dūtaxat uerbum: quod ſine dubio non eſt nu
merādum inter poſitiua. nam deterior uenit a deter. tera. terum. quod Herodianus
affirmat: & Priſcianus ipſe in examinatione decima non recordatus eorum quæ
ante dixerat uel alibi. Detero ſignificat minuo conſumo. ut Horatius ad. M. Agrippam laudes
egregii Cæſaris & tuas culpa deterere ingenii: & Cecilius in fabula quæ Plotium inſcribitur
referente Gellio qui neq; neceſſarium ſtudium rerum gerit niſi quantum aliquid iugiter in
uita deterat. Inde deter per ethimō diminutiuum dicitur: uerbi autem ſignificantia cum tran
ſitiue ponatur nil conuenit neq; etiam participe ſenſu. & abſolute legimus. deterit pro deterit
ſic præcipitat pro præcipitatꝰ. Quod uero dixit de potior ipſemet fatetur dici poſſe a potis ſed
ante eum Donatus aſſeuerat. a potis non a potior fieri. Alii igitur a tribus partibus orationis
fieri comparatiuum putant. Qui uerbum & aduerbium poſitiua eſſe negant ea Plinii autori
tate: ꝙ prior primus ocyor ocyſſimus prima careat poſitione: unde Priſcianus ſumpſit illud
in examinatione ſua Priſcianus a ωρο Το σ græcum. alibi tamen ſui immemor aliter dixit
id ſuadet quod prius nomen non legitur neutrum a prior. Sed tantum aduerbiale. ut apud
Terentium. repudio conſilium quod prius intenderam. Quod uero dicitur ex Plauto in peni
tiſſimis ædibus: abuſiuum dicitur. Sicut illud ab antiquis ſæpiſſimus. Cato. n. ſæpiſſimam di
ſcordiam dixit. nuperrimus quoq; & poſtremiſſimus. ut Gracchus in oratione de parſimonia
omnium nationum poſtremiſſimum nequiſſimumq; exiſtimatorem. Sed potius a poſtre
mus. tanquam poſitiuo nomine uenire docti opinati ſunt. Apuleiuſq; dixit in magia poſtre
miſſimis. licet & uſurpant peniſſime. Secius: & in multa alia ſui opificia dicenda. tū probare
uidetur ſententiam noſtram in Socrate dicens. nullum animal in terris homine poſtremius.
Aliqui quoq; remouent participium quod nullo dubio efficitur nomen comparatione. Alii
nomen comparatiuum a nomine tantum. Sicut ab aduerbio aduerbia comparatiua dixerūt
inter quos numeratur. Palemon ab Herodiano quia textus eſt dimidiatus reliqua deſiderantꝰ
Quia poſſet aliquis obiicere præpoſitiones. Si quis inconſtantiam Priſciani obſeruet: teſtimo
nium eius in hac re non accipiet quia ſibi ipſi repugnare uideatur modo. n. præpoſitiōes. mo
do aduerbia. uoces quæ formant comparatiua dicit. qualia extra exterior. Intra interior. & ſi
milia. examine. xi. inquit inter primitiuum eſt. aut deriuatiuum ab in. quomodo ab ex extra
& a ſub ſubter. Et inferius paulo. quomodo ab exter extra. a ſuper ſupra. ſit ab inter intra. Hic
intro intus. & libro. xiiii. inquit. Itaq; aduerſum. extra. Infra. intra. inter. Cum ſint deriuatiua
magis aduerbia eſſe uidentur præpoſitiua quam præpoſitiones adde ꝙ ab infer infernus dici
tur & infernas: & a ſuper ſupernas. Victruuius ui ſupernas dicitur abies deteriorq; infernas.
Quod uero aliqui obiiciunt ante anterior habet antiquitus anter ſicut infer. exter. dictum ꝓ
bat exemplis Herodianus. Sed una cum comparatione deſiiſſe. unde antecellit. anteit. uim cō
paratiuam habent ab ante ſolum. Et re uera non dicitur anterior Cæſarem. Ad hæc referam
illud Vrbani grammatici dicentis exter. ra. rum. Super infer. citer lecta ſunt. ab iis putatum eſt
conuenientius deriuari comparatiua propoſitionem iſtam exemplis roboremus Statius exter
honos dixit Val. max. exterarumq; gentium. Virgilius Fas exterea quærere a tegna & alibi po
ſtera phœbea luſtrabat lampade terras. Ouid. in met. per flumina iuro infera. Sub terras ſtygio
labentia luco Cato ubi ſuper inferq; uicinus tum decedito. Cor. Tacitus amiſis per interna bel
la nobilibus quaſi ab inter dixit. Cæſar. iiii. comen. huc poſtero die frequentiſſimi conuenirēt
citer ex Nemo ponit Plinius uſurpatum olim Cato de agna paſcenda. Citer agnus alligatus
ad ſacra cur. in Priſciano eſt ager impreſſum pro agnus. Cic. in tuſc. quoq; ut omnia ſupera in
fera prima ultima uideremus. Seruius tamen ipſe uoluit a præpoſitionibus fieri interior. i. ſi
niſterior ut radit iter læuum interior Volens Priſcianus probare a præpoſitione fieri compara
tiua argumentatur a ſuperlatiuo. nam ſit ait ab exter ueniret exterior diceretur quoq; extremi
mus non aduertit (liceat pro ueritate loqui) tantus uir. ꝙ legitur extimus apd Cice. Apuleiū
& Martianum: & Macrobium. Sicut a dexter dextimus: quorum uocem ſequuntur. infimus
citimus. Martianus i nuptiis philologiæ. Citio Citimum circulum hoc eſt in luna collocauit
hoſpitium. Cic. in ſom. Scip. quæ ultima a cœlo citima terris luce lucebat aliena. & inferius

quorum unum eſt cœleſtis extimus. Quod dicit propterea ſuperlatiuum cognoſci uenire cō
paratiua a præpoſitionibus & aduerbiis ut extremus: & poſtremus. Inanis eſt ratio & (ne dica
mus futilis) uana. bonus facit melior. optimus. malus. peior peſſimus. paruus. minor. mini
mus. quarum uocum nulla eſt ſimilis primæ. Quod certe fatendum eſt participe ſenſu: non
uoce fieri. Affirmatq; illud a facilis eſt facilimus non faciliſſimus. cum ſit facilior & ſimilia.
Quia ſic eſt uſus autorum. unde Diomedes uidens quod ulter non eſt in exemplo dixit ulte
rior carere poſitiuo. nam ſi ultra ulterior dicas debere dicere ulterior montem exterior montē
ſuperior montem. inferior montem. citerior montem. Quod niſi barbare dicimus. ideo ma
nifeſtum argumentum eſt poſitiua eorum non eſſe præpoſitiones. Quod Diom. quoq; af
firmat qui in aduerbiis dicit. poſt poſterior poſtremus. ſupra ſuperior ſupremus. infra inferior
infimus prope proprior proximus intra interior intimus. Extra exterior extremus. ultra ulte
rior ultimus. Citra citerior non habet penes penitus. Hæc ille & ſibi ipſe etiam contradixit in
nomine de comparatiuis. Citerior. prætereа eſt apud Ciceronem in epiſtolis ad Cæl. contiōes
ita moleſte Quinquatriis afferebantur. Nam citeriora nondum audiebamus Priſcianus & ipſe
uariauit. modo aduerbia ut diximus. modo præpoſitiones eſſe. proponens. citima legitur ut
dictum eſt ex Cicerone paulo ante. Citima a terris non terras. Cui adde propior proximus
quæ autore Plinio carent poſitiuo licet Seruius in. v. dixerit a prope propior quem ratio ar
guit comparatiuum. n. regere debet caſum poſitiui ut plenior uino. multū olei plus olei. Sed
dicit propior tibi proximus tibi manifeſte non regunt caſum poſitiui quod manifeſte pro
bat nō eſſe a prope ſicut nec citimus a citra nec ultimus ab ultra. Cicero ad Marcellum ut fra
tri tuo aut par certe aut proximus ſim. Liuius quoq; ait propius uero eſt. unde coniicio illud
quod Diomedes & Priſcianus dixerunt eſſe uerum propius ſtabulis armenta tenerēt. Quod
cum Valla negaret. debebat legere illud in. v. proximus huic ſequitur. ſed proximus. Interuallo
Io. Val. Max. de Tib. Cæſ. druſus. q̄q̄ facto iam ſuo q̄ illius officio proprior erat. Celſus. vii. in
angulo qui naribus proprior eſt Tacitus. xiiii. proxima campaniæ municipia. Val. Flaccus pri
mo. Proximus huic equitus Acteis diues ab oris. Cice. ad Atti. Proximus Pompeio ſedebam.
& proximus a te dicitur. Suet. in Aug. Proximum a diis immortalibus. Sic Cicero ut dictum
eſt Citima a terris luna. Elegantiam tamen peritiores obſeruant quia proximus ſupe
rior aut inferior aut parſedens ſum proximus a te inferiora tantum ſignifico Diome
des quoq; autoritate Ciceronis ad Atticum. propius grāmatico acceſſiſti nepos illuſtri Sa
luſtius proxima Carthagini loca. Pli. xvii. in cœli exacta parte quod fuerit lineæ caput ſepten
trioni proximum a parte ſolſtitialem habebit exortum hoc eſt longiſſimi diei. Martianus. ii. de
nuptiis philologiæ: hinc luna quæ huic aēri propior eſt. Proſerpina memoratur. Plin. quoq;
. ii. nec ideo proximum illi genitum hominem ut utilitate iuxta belluas eſſet. unde eſt & abu
ſiue dicatur illud Saluſtii eſſe dictum. proximus mare aphricum. Cicero quoq; dixit in Piſo
nem proximus Pompeium ſedebam. hoc modo aliquādo Liuius & Cic. in epiſtola ad octa
uium. hoc rarum illud frequentiſſimum. Terētius latinitatis ſpecimen. ait heus tu proximus
ſum egomet mihi. Q. Curtius. proximus lateri in acie ſtare ſolitus. deniq; ſi euoluamus ſcrip
tores. Illud decem locis hoc centum inueniemus. & ego oſtendiſſem. Sed profeſſi ſumus non
omnia aucupari. Aduerbia comparatiua ab aduerbiis fieri putantur cum dī a libenter. ius a
ſæpe ſæpius. Sed reuera a libens libenter uenit. ſicut a potis potius potiſſimum. quæ antecedūt
potior potiſſimus. docet Priſcianus. xv.

De Differentia Comparatiui & ſuperlatiui. aliter quam omnes grammatici dixerunt
& præcipue Valla. Caput iii.

QVæ ſit differentia inter comparatiuum. & ſuperlatiuum. diuerſimode protulerunt
Diomedes. Probus. Donatus. Seruiuſq; uidentur conuenire. de iis dicemus in qui
bus Priſcianus & Valla uidentur laboraſſe. poſt alii ſuberunt. Comparatiua ſunt
cum aliquem ſuo uel alieno generi comparamus. ut fortiſſimus hoc modo com
paratiuum fit ad unum ſui generis. ad unum non ſui generis. ad plures ſui generis. ad plures
non ſui generis. Superlatiuum uero ad omnes ſui generis. uel ad plures. & ad omnes non ſui
generis. uel alieni. ſed participe ſenſu. hæc opinio quam ego excogitaui rationibus & autorita
tibus probabitur non dubiis.

Ad unum ſui generis fieri comparatiuum in confeſſo eſt: ut ſum maior fratre doctior Franci
ſco infœlicior Theſeo.

Ad unum non ſui generis. Iuuenalis ſæua tygride peior. & Ouid. ſurdior ille freto. Virgilius.
Hædea formoſior alba. & alibi formoſi pecoris cuſtos formoſior ipſe.

Ad plures diuerſi generis. Iuuenalis luſtrauitq; fuga mediam gladiator harenam. & capitoli

nis generoſior & Marcellis.& Catullis pauliſq; minoribus & Fabiis omnibus ad podium ſpectantibus. Albi quanto delphinis balena britanica maior. Ad Ciceronem Caſſius ſua toga omnium armis fœlicior. Ouid. primo. meth. Ceſſerunt nitidis habitandæ piſcibus undæ terra fera cœpit uolucres agitabilis aer. Sanctius iis animal mentiſq; capacius alte deerat adhuc. Martialis puella ſenibus dulcior mihi cygnis. Virg. Candidior cygnis. Et pro roſcio amerino Cicero ait At tanto officioſior q̃ ceteri.

Ad plures ſui generis comparatiuum. Leander ouidianus tanto formoſis formoſior omnibus illa eſt debuerat hoc Valla diſcere. Cæſar cõm. primo. P. Caſſius adoleſcens qui equitatui præerat. q; expeditior erat q̃ ii qui inter aciem uerſabantur. Tertiam laborantibus auxilio miſit. Varro Equi bona futura ſigna ſunt ſi cum gregalibus in pabulo contendit in currendo alia ue quare potior ſit. Si cum flumen traiiciendum eſt in primis progreditur. Cicero ad Seruiũ Sulpitium mihi uideris melior eſſe conditione q̃ nos. qui uidemus: Virgil. viii. Mirabarq; duces teneros mirabar & ipſum laomedontiadem. Sed cũctis altior ibat Anchiſes Gellius quoq; libro primo hortenſius omnibus ferme oratoribus ſuæ ætatis niſi Marco Tullio clarior & ad petum cognouimus enim. Cn. Carbonem & eius fratrem ſcurram. Quid iis improbius? Audiamus Quintilianum in quo plurimum ſe iactat Valla Tranſeo plurimos Lygurgum Ariſtogitona:& iis priores Iſæum. Antiphontem. quos ut homines inter ſe genere diſſimiles differentes dixeris: ſpetie. Quid ille cuius modo fecimus mentionem æſchines. non ne iis lanior & excelſior? Alterum eſt exemplum ab eodem autore. hiſtoriam multi ſcripſere præclare. Sed nemo dubitat longe duos cæteris præferendos quorum diuerſa uirtus pene eſt parem laudẽ conſecuta denſus & breuis & ſemper inſtans ſibi Thucydides dulcis candidus & effuſus Herodotus. ille concitatis hic remiſſis affectibus melior ille concionibus. Hic ſermonibus. ille ui. hic uolũtate. Theopompus his ꝓximus ut hiſtoria prædictis minor. ita oratori magis ſimilis. Alibi idem Quintilianus. Cum locutus fuiſſet de Demoſthene & æſchine ſubdit Hyperides eſt dulcis in primis acutus. Sed minoribus cauſis ut non dixerim utilior. magis par his ætate Lyſias minor ſubtilis atq; elegans. Et quia Laurentius dixit Si plura ſunt uaſa uel nauigia ad unã magnitudinem facta. ſi aliquod longe capacius & grandius uteris comparatiuo neceſſario. n. plures gradus in ſuperlatiuo requiruntur. Et nos oſtendemus præter aute libatas. Virgilii. Ciceronis. Ouidii. & Quintiliani autoritates in quibus plane diuerſi gradus habentur. In pluribus etiam gradibus quibus non ſignificatur multo magis poni comparatiuum. Columella lib. vi. non nunq̃ etiam in olea unus ramus cæteris aliquanto lætior eſt niſi recideris arbor tota fiet retorida. non ne hic diuerſi gradus? non ne diuerſitas e,t magnitudine lætitia (ut ita loquar) Quod dicit Valla digitorum medius eſt longiſſimus cur non longior eo exemplo. Apuleius in. iii. de aſino. ubi de tribus latronibus inquit. unus idemq; manu promptior & corpore uaſtior his affectibus Cæteros incitabat. Martianus Capella in Philo. de Sophia uirgine inquit intemeratior cunctis pulchriorq; uirginibus. & alibi ait Dilophon alitem quæ ſit oſcinum mitior & inferius candidior Atlantidum Iouis compreſſu pignoriſq; culmine prouecta ſuperuenit. Quid q; cum plures ſunt oliuæ uel fructus & diuerſi gradus magnitudine dixit Columella. Maior ad eſcam, minor eſt oleo aptior. Seneca epiſtola. lxxiiii. Sed inter bonos non eſt melior qui locupletior. non magis q̃ inter duos quibus par ſcientia regendi gubernaculum eſt. Pli in Panagyrico ad Traianum. Maior omnibus eras. Quintilianus pars uero rationalis ẽ cum ad examinatiõem dicendi tanto cæteris uberior quanto maiore ſpiritu. Sic philoſophia moralis & cæteræ partes ſpetie quidem differunt & numero: Sed genere conueniũt. Cum tres ſint gradus philoſophiæ rationalis ſeu dialeticus phiſicus Ethicus dixit tamen rationalis uberior. Martialis hic totus uolo rideas libellus & ſic nequior omnibus libellis. Et eſſe diuerſos gradus libellorum nec unius nequitiæ conſtat. Suetonius in Galba multo præter cæteras altiorem. Q. Curtius. v. Mare Caſpium dulcius cæteris ingentis magnitudinis ſerpentes alit. quo exemploq; exploditur regula triuialis quæ iubet dici tantum mare põticum dulcius quam cætera. Plinius de marmoribus prætioſiſſimi quidem generis lacedemonium cunctiſq; hylarius. Idem de alabaſtrite quod pluribus naſcitur locis. Naſcitur circa thebas ægyptias & Damaſcum Syriæ hic cæteris candidior hæc ille. quãquam. n. in diuerſis locis tamen eiuſdem generis eſt. & diuerſos habet gradus. Quidam excuſant Vallam ſuper dictione cæteris. Futile eſt. nam ea uox. Quandoq; ſignificat diuerſitatem. non generis. Sed numeri. ut Petrus: & cæteri homines & generis ipſemet Valla in primo Iliados poſuit iis uerbis d' Achille Quippe maximus eſt in prælius mutus cæteroq; græcoq; medius dignus: & cæteri. nam ſi iſtos audiamus. dicendum erit digitorum longiſſimus eſt medius: quia eiuſdem generis quaſi ſi dicam longior cæteris non eiuſdem generis. Audiant iſti Pliniũ de obeliſcis dicentẽ. Diuus Claudius aliquot

per annos aſſeruatum.quem.C.cæſar importauerat omnibus quæ unquam i mari uiſa ſunt mirabiliorem.puteolis ex puluere ædificatis perductum hoſtiam: portus gratia merſit. quaſi ſi Laurentio credimus alia fuerunt paria. Nam alios minores.alios maiores. fuiſſe inconfeſſo eſt.uel alios mirabiles magis:alios minus. alios pares fuiſſe naturalis ratio ſuadet. Afferamus aliud exemplum.& clarius de Piramidibus.Pli.ait.tertia prædictis minor. Sed multo ſpectatior.illi uero notabili magnitudine.& diuerſo gradu magnitudinis ut conſtat:fuerunt. Idem autor de labirintis cum fuerint quattuor.ſ.ægyptius.Creticus.lemnicus.Italicus ait. Lemnius ſimilis illis columnis centum quinquagintaquinq; memorabilior fuit.& tamen unus alium ſuperabat gradu.Conſtat enim creticum centeſimam ægyptii partem fuiſſe. Et clarum exemplum de obeliſcis:quos in confeſſo eſt plures fuiſſe.& diuerſorum graduum in magnitudine dicit Plinius is uero qui eſt i campo martio nouem pedum minor eſt. Columella uiliſſimus autem is ager.Qui ſalubrior eſt:q̄ alii:quod ibi fructus cernis.Iſtis exemplis patet, comparatiuum ad plures fieri.& diuerſis gradibus in eodem genere.

Superlatiuum ad ſui generis plures.uel omnes.Si plures gradus ſint diuerſorum generū participe ſenſu.ut romanorum. Varro doctiſſimus.Romanorum eloquentiſſimus Cicero. Philoſophorum eruditiſſimus Ariſtoteles.ad plures quoq; diuerſorum generum. ui diſtributionis participe ſenſu.Pli.xvi.Abies e cunctis altiſſima.nam de ſcandulis pinu.pinaſtro abiete. pirea. larice thedaq; loquitur libroq;.xviii.ordeum frugum omnium nobiliſſimum. Cum plura ſint & diuerſa genera frugum.Cicero ad Varronem.Extremum malorum omnium eſſe ciuilis belli uictoriam.cum plura ſint genera ſint malorum. Solinus in Collectaneis. Taurutius mathematicorum nobiliſſimus.cum ex mathematicis.alii græci.alii latini.alii barbari fuerint. Si diceretur Taurutius græcus arabum nobiliſſimus iam non eſſet participe ſenſu. Terentius hominum homo ſtultiſſime:cum plura ſint hominum genera.Cicero ad Cecinnam. Intelligit te hominem in parte Italiæ maxime contemnenda facile omnium nobiliſſimum. Caſſius Ciceroni. Nunc te omnium maximum ciuem & mihi chariſſimum. Vale.de Myda.omnium illum.mortalium futurum ditiſſimum.cum diuerſa ſint genera mortalium Plinius clariore exemplo relociſſimum omnium animalium non ſolum marinorum delphinus Cice, nec minus in oratione pro domo ſua ad Pont.hoc monſtro omnium non bipedum ſolum ſed etiam quadrupedum impuriſſimo.Huius ſermonis ratio.q; ſignificatio conuertitur ad id in quo excellitur.ut duriſſimus lapidum adamas in quo excellitur eſt duries:quæ licet ſit diuerſis generibus:diuerſa tamen genera in id conueniunt:per gradus multum.magis.maxime Pli.xxviii.Peregrynæ ſunt & lynces:quæ clariſſime omnium quadrupedum cernunt.alibi uiliſſimum animalium lepus. Quintilianus cum de rodiis & aſianis dixiſſet. Subdit Nemo igitur dubitauerit.longe eſſe optimum genus atticorum.ſ.in comparationem illorum quod dicitur Plato doctiſſimus aliorum philoſophorum recte dicitur præter opinionem cuiuſdam triuialis cuius magniloquentia tegit imperitiam apud pleroſq; Gell. primo noc.atticarum ſic ait nunc autem locum de quo ſatis queſitum eſſe dixi omnium aliarum rerum difficillimū ſtrictim atq; curſim tranſgreſſus eſt hæc ille.Eſt quoq; alia differentia quam nos addimus. Negatiua dictio non poteſt addi ſuplatiuo.Hoc modo nullus eſt meæ ſocietatis doctiſſimus Semper utendum comparatiuo.hoc modo.Omnium ſotietatum nulla eſt præſtantior. nulla firmior,quā cum uiri boni moribus ſimiles ſint.Familiariter coniuncti.Et hoc Cicerōis eſt, qui ad Lucretium quoq;.Nihil mihi poteſt eſſe tuis litteris gratius.non.n. dicere poteris nihil tuarum litteraꝝ gratiſſimum eſſe poteſt.Sic in officiis omnium ſotietatum nulla eſt gratior nulla charior q̄ quæ cum re.p.eſt & in.iii.tuſc.Perpathetici familiares noſtri: quibus nihil eſt uberius.nihil eruditius.nihil grauius:mediocritatem uel perturbationum uel morboꝝ animi non ſane probant.Et in.iiii maxime autem admonendus quātus ſit furor amoris omnibus .n.ex animi perturbationibus eſt profecto nulla uehementior uehementiſſima. non diceres. non.n.uideretur uis comparationis.Sed uis cuiuſdam negatæ elatio.

Vnde ſumpſerit Valla elegantiam de comparatiuis.& quomodo in ea errauit præter ſupradictorum rationem.& de iis quæ uidentur conuenire Priſciano.adhibita defenſione Lactantii & Macrobii. Caput. iiii.

EX uerbis Quintiliani:& ex Cicerone: accepit Laurentius elegantiam ſuam. ſed ne intelligendo Quintilianus.vii.De præmiis autem querūtur duo an ullo ſit dignus qui petit.an tanto.Ex duobus uter dignior.Ex pluribus qui digniſſimus. Quoꝝ tractatus ex ipſo meritorum genere ducuntur. Hæc Fab. Cicero quoq; in officiis. Sed etiam duobus propoſitis honeſtis utrū honeſtius? Quintilianus quoq; in.iii. non tantū utrum ſit melius,Sed quid ſit optimum queritur,Sed quis neget ad plures ſemper fieri Sup

latiuum?ad unum tamquã . unde eſt neceſſarium : ut dicatur manuum fortior eſt dextera.
Aiacum fortior fuit Thelamonius.quia uidetur ab uno ad alterum comparatio oculta. Illẽ
uero dicas iure rediculum.Superlatiuum fit ad plures.ergo non comparatiuum.eſt.n. in axio
mate comparatiuum.aliquando fit ad plures.Superlatiuum ſemper quæ dialectos erit?ut nõ
dicamus ego ſum fortior meis ſotiis.pene idem eſt dicere miſeret eſt ſemper imperſonale. er-
go miſereſcit non poteſt eſſe perſonale.Sed miſſa hæc pene triuialia. Cicero de orat. iii. de vii.
ſapientibus locutus quis doctior illis.iiſdem temporibus . Interrogando dixit in Bruto . Sed
quis omnium doctior quid acutior.quis in rebus inueniendis uel iudicandis acrior Ariſtotele
fuit? Plautus in captiuis.Quis eſt homo me hominũ miſerior & in rudente proh dii immor-
tales quis eſt me fortunatior.Sed quid reſpondebit Valla Cicero in partitioni.Exoritur aliud
quodam diſputandi genus non enim ſimpliciter ſolum queritur quid honeſtũ ſit.quid utile.
quid æquum.Sed etiam ex cõparatione quid utilius quid honeſtius quid æquius atq; etiam
quid honeſtiſſimũ.quid utiliſſimum.quid æquiſſimũ.Hæc ille. Non ne quid ad cõparatiuũ?
certe id ſignificare uidetur Poſitiuum ut æquũ Comparatiuũ ideſt magis æquũ . Superlatiuũ
ideſt multo magis æquum.Pli.iunior in epiſ.ad Gallũ.hortus meũ & ficus ueſtit quaſ; arbo;
uel maxime ferax eſt terra malignior cæteris:ac non deterior quã maris.Idẽ autor ad Tyronẽ.
Quæ omnibus ſuis rebus charior.Valla dixiſſet chariſſima.Cicero ad Petum.Etiã qui me au-
diunt quaſi doctũ hominẽ quia Paulo ſum quã ipſi doctior.ubi nota q; aliqui pro Lauren-
tio dicunt ueram eſſe Laurentii opinionem ubi comparatiuum & ſuperlatiuum diſtributiue
fiunt.ut manuum fortior eſt dextra.Romanorum clariſſimus Cæſar.Et illud Fabii Iucundiſ-
ſima ex omnibus lætitia.Columella de pecudibus nãq; id pecus ex omnibus animalibus ue-
ſtitiſſimum frigoris tamen impatiens.quod exemplum ad diuerſa participe ſenſu diſtributi-
ue.poni quoq; ſuperlatiuum ſignificat.Et alibi de porcis ex omnibus pecoribus impatientiſ-
ſimum famis.Cicero in oratore cum ex omnibus autoris laudibus longe ſic iſta maxima in-
flãmare animos audientium & quocunq; res poſtulet modo flectere.Quod uero dicitur a Val
la quid optimum dicendum non quid melius.& quis optimus.non quis melior delirat ut ſu
pra ex Cicerone de oratore pace eius dixerim Plinius. xxix. Quid enim uenenorum fertilius
aut unde teſtamentorum plures inſidiæ.Q.Curtius.viii. in oculis duo maiora omnium na-
uigia ſummerſa ſunt.Quintilianus in Gladiatore maiorem inter ſotios dici poſſe oſtendit iis
uerbis.Qui inter nos ut apparet fortior fuit.Ergo ſi Lactantius Fir. dixit inter ſybillas maxi-
me Erithræa.quæ celeberior:atq; nobilior inter cæteras habetur latine dixit. obſeruare debue-
rat quid Seneca epiſtola.lxxiiii.Sed inter quos bonos non eſt melior qui locupletior. Tacitus.
.xvii.inter paganos corruptior miles & Mar.Capel. de Eridano hunc amnem mons ueſulus.
inter montes alpium elatior gignit.Quid reſpondebit Laurentius Plin.de caſtaneis. plura ea
rum genera Tarentinæ faciles nec operoſo ſunt cibo plane figura rotondior quæ balanitis
uocatur:Et ſi aduertamus ratione generum : Cum e diuerſis gentibus fuerint ſybillæ : ex ſuo
ipſius Laurentii dogmate defenditur Lactam.quaſi comparatiuo utatur ad diuerſi generis no
mina.Et ſi ſeruemus autoritates prælibatas . antiquorum egregie dixit . Adducamus & illud
Suetonii in Galba.Implorantiq; leges & ciuem romanum ſe teſtificanti quaſi ſolutior & ho-
nore aliquo pœnam leuaturus mutari multo præter cæteras altiorem & dealbatam crucem
ſtatui iuſſit.Adducatur & illud Virgilii.Scelere ante alios immanior omnes.Afferamus & illẽ
Apuleii floridorum ſecundo.Hypias e nume ſophiſtarum & artium multitudine prior omni
bus eloquentia nulli ſecundus Quid clarius exemplo Quintiliani cum de tribus dicendi ge-
neribus libro duodecimo diſputat:ait. Sed quod etiam detractis cæteris uirtutibus ſit genere
plenum. Medius & tranſlationibus crebrior.& figuris erit iucundior. egreſſionibus amœnus
compoſitione captus ſententiis dulcis lenior tamen ut Lucidus & reliqua . Ergo digitorum
medius maior:& illud,fides.ſpes.charitas.maior horum eſt charitas latine dictũ eſt. uel Cice-
ronis exemplo qui in oratore ait. Virtus habet plures partes quarum alia eſt ad laudationem
aptior.Dicit Lactantius ut poſſit dubitare quos dicat potiſſimum ſtultiores illos ne qui fal-
ſam religionem ſuſcipiunt aut nullam & in ſeptimo. Nam noſtris ſed aliorum potiſſimum
litteris confirmarẽ.Mihi & ſi dicta Lactantii uim autoritatis habent : tamen ut aliis ſatiſfaciã
quos fortaſſe allectat Vallæ iactantia non uidetur ab re aliquid obiectare.ut Lactantiũ latinũ
Vallam mordacem oſtendam . Dupliciter errauit in reprehenſione Laurentius . cum dixit:
duæ enim erant partes non multæ & pro potius dixiſſe potiſſimum. quaſi non liceat aduer-
bium ſuperlatiui per ſe poni: uel proferri:ut hinc ornatiſſime legit. Ego tibi potiſſimum dico
ut legas.Quintilianus.xii. Vel negligẽtia proxima in nobis qui morari in eo quod nouimus
quã diſcere : quæ nondum ſcimus melius putamus . nam ut de noſtris potiſſimum ſtudiis

dicam:quod attinet tam multis annis quãquã in more plurimoꝝ eſt. & deinceps potiſſimũ
dixit ideſt ante omnia uel præcipue. Et alio libro cum loqueretur de Demoſthene & Cicerõe
dixit:qua de re utar Ciceronis potiſſimum uerbis.i.præcipue ſine uſ quoq; cõparationis dixit
Varro.ii.de re ruſt.Equinũ pecus paſcendũ in pratis potiſſimũ herba : in ſtabulis ac præſepi
bus arido fœno. Plinius in epiſtola ad Voconium:Quam curam ibi potiſſimũ iniũgo ideſt
præcipue uel primum ſi oſtendero ratione prælibata potiſſimũ inter duos: quid inquiet Val
læ defenſor? Apuleius.ii.de aſino.Cum de ſe & famulo loqueretur:inquit.Crebrius inſultan
tes nobis ac mihi potiſſimum non imerito latrones eſſe & quidem ſæuiſſimi uiderentur no
bis ideſt mihi & famulo:quos inuaſerant latrones inſultantes potiſſimũ mihi.alii locum.vii.
libri conuenientius exponunt potiſſimũ ideſt optime.antiqui enim potiſſimũ pro optimum
poſuere. Terentius in phormione. Vbi tu dubites quid ſummas potiſſimũ.in hanc ſententiã.
Plinius ad Cor.Hiſpullam ſi imbutus honeſtis artibus fuerit quas plurimũ refert a quo potiſ
ſimum accipiat ideſt optime.Seneca ad Albinã potiorẽ meliorẽ dixit iis uerbis.Scio quoſdam
dicere contemptu nihil eſt grauius mortẽ ipſis potiorem uideri.Alter error aduertitur in ſigni
ficatione uocabuli.eſto prælibata ſint uana quæ ueriſſima. Quid dicet Valla ſi primum inter
duos ab autoribus poni oſtendero ratione prælibata.non ut cõparatiua.ſed eſt excellentiæ cu
iuſdam ſine cõperatione elatio. Fabius in principio.v.libri ait.duplici ratione affectus excludẽ
dos eſſe primum quia uitium eſſet omnis enim animi perturbatio. deinde quia iudicem a ue
ritate depelli miſericordia uel ira ſimilibuſq; non oportet.hæc ille.primũ cum de duobus dice
ret. Audiat Ciceronem ad Seruium.Sed duo quidem te nominatim rogo:primum ut ſi quid
ſatiſdandum erit amplius eo nomine non peti cures ut ſatiſdetur fide mea : deinde cum fere
conſiſtat hereditas in iis rebus quas auertit opia quæ uxor Nundũ fuit adiuues. Suetonius in
Auguſto. Ad modum priſtinum & ſplendorem redegit duabus lectionibus : prima ipſorum
arbitratu quo uir uirum legit.ſecunda ſuo & Agrippæ. Debuerant hæc ſeruare Priſcianus &
alii grãmatici præcipue Valla cenſor potiorem dici anteriorem, unde potiſſimum deducatur
eſſe idem:quod primum oſtendit Varro: qui ait in re ruſtica. Equi boni futuri ſigna ſunt. ſi
cum gregalibus in pabulo contendit alia in currendo alia ue qua re potior ſit ideſt prior uel
anterior, Si ergo potiſſimum pro primum dixero non abſurde erit pateţq; primũ inter duos
quoq; dici alii acutius inter quos Põponius dixerunt ſicut dicitur a Virgilio imanior ante om
nes ita a Lactantio dici potiſſimum ſtultiores ideſt ante alios. Taxat & idem Macrobium ſic
dicentem. Age ſerul non ſolum adoleſcentiũ qui tibi æquæui ſunt.ſed ſenũ quoq; omniũ do
ctiſſimus dixerit Valla non ſunt eiuſdem generis ſenes & adoleſcentes.recordari dubuiſſet Cri
ticus.cum ante a nobis præpoſita exẽpla.uel tũ obſeruare quod ſcribit Cicero ad Brutum de
Segulio dii iſti maleſaciant homini nequiſſimo omniũ qui ſunt fuerunt qui futuri ſunt. hæc
ille. Nonne diuerſorum generum ſunt iſti? Sed quia conueniunt in nequitia: fit ꝯparatio quæ
ut ex Diomede relatum eſt cum ad omnes utimur ſuperlatiuum enuntianda. Nempe hoc Ci
ceronis & Catulli exemplum quod mox proponemus oſtendunt Macrobium recte dicere.
Laurentium uero ſomniare in Macrobium.ſed ut prius ipſum ſua ferula cedamus. Inde ſuis
telis confodiamus:adducemus ſunm ipſius Laurentii exemplum.quo penitus a Ciceroniana
elocutione abhorret.uel male alios taxat. Ait enim ipſe Laurentius in.vii.herodoti poſt quem
Mardonius inquit. Tu uero non modo ſuperioribus perſis ſed etiam uenturis es præſtantior:
ex hiis uerbis multiplices ſagittæ in Laurentium ueniunt.prior potiorq; nonne hoc compara
tiuum fit ad plures? altera eſt ne o Valla hoc conuenire Ciceroni: qui ad eos fuerunt & qui fu
turi ſunt uſus eſt ſuperlatiuo.tu comparatiuo. Es igitur in dilẽmate aut enim ſunt diuerſi ge
neris quo recte uti potuit comparatiuo.ſed exẽpla Catulli & Ciceronis uidebuntur ad diuer
ſi generis. & hoc modo potuit Macrobius dicere: horum imitatione. & Lactantius ut ſupra
aut ſunt eiuſdem generis. Sic igitur comparatiuum fit ad plures.contra ſuam ipſius Laurentii
ſententiam: nec erit locus exceptioni graduum. Conſtat enim non unum eſſe gradum nequi
tiæ & ſi eſt non omnes cuiuſdam homines quorum diuerſa quoq; genera. Catullũ iam audia
mus ad Ciceronẽ.diſſertiſſime Romuli nepotũ quot ſunt quot fuere Marce tuli quotq; poſt
aliis erunt in annis. Non eſt dicere idẽ.diſertiſſimus ſenũ ſicut. & Cicero nequiſſimus eoꝝ qui
fuerunt adoleſcentũ q̃ ſunt & plus addit qui futuri ſunt.potuit igr̃ Macrobius iis exẽplis nõ
uitioſe uti ſuperlatiuo ſicut de nequitia Cicero de doctrina Catullus. Inter diuerſorum genera
participe ſenſu utimur participe ſenſu ut iam ꝓbauimus. Inter alia repete illud Delphinus om
nium animaliũ non ſolum marinorũ uelociſſimus. Hoc Plinius maior. Plinius quoq; iunior
ad Voconium regulus omnium bipedum nequiſſimus nonne & fœminæ bipedes ſunt?
& tamen diuerſa genera. Igitur repetantur quæ participe ſenſu propoſita ſunt exempla.

Cum de doctrina igitur agatur cõparatio nõ de diuerſa ætate perinde eſt ac ſi dixiſſet Macrobius doctiſſimus doctorum.ſiue qui ſenes:ſiue qui æquæui ſunt.ſicut Delphin uelociſſimus animalium:ſiue ſint marina.ſiue terreſtria.ſiue aerea.Ita enim in reſolutione quæ eſt participe ſenſu facienda eſt ſuperlatio: quã puto ignoratam a Valla. Adde exemplũ illud Achilles omniũ græcorum non ſolum iuuenum qui ſibi æquæui erant. Sed ſenum quoq; fortiſſimus fuit: hoc approbat ratio quia æquæui & ſenes græci erant neceſſario utendũ ſuperlatiuo.tãquã in uno genere plures ſint ſpecies & gradus cum conueniunt in fortitudine ſic etiã cũ Seruius doctus. ſenibus & coæuis doctis excellit ſuperlatiuo utitur Macrobius.non enim fit cõparatio ſenectæ uel ætatis uel de earum gradibus:ſi dico Cicero facundiſſimus Romanorum fuit nonne fuerunt ſenes iuuenes & diuerſarum ætatũ.Sed id aduertitur in quo eſt cõparationis ſuperlatiuo.ſ. facũdia.

De ſignificatione comparatiui & ſuperlatiui naturali:quomodoq; aſſentiendũ ſit Priſciano.& de magis aduerbiũ aliiſq; intentionis nocibus cum defenſione Lactãtii & Probi.Boetii quoq; excuſatione. Caput v.

SExta additur non temere differentia inter cõparatiuũ & ſuperlatiũ.q cõparatiuum per ſe poſitum uim tantũ habet poſitiui ut plurimũ.ut ſenior pro ſenex.triſtior pro triſtis:Superlatiuũ uero per ſe prolatũ ualde ſignificat:uel maxime ut doctiſſimus ualde doctus.Et Plinius ad Gallũ.Maxime ferax terra.ideſt feraciſſima. quod uero negat Valla ñ reſoluendũ ẽe ſuperlatiuũ p ualde:ferula dignus eſt cœdi.quoniã in ſequenti capite ſuo ſe telo cõfodit iis uerbis:ut bello ciuili Cæſaris & Põpeii recte dicas maior pars ſequebatur Põpeium:minor Cæſarem:non maxima aut minima niſi accipias pro ualde magna maximã pro ualde parua minimã.hæc ille.ecce quomodo exponit ſuperlatiuũ etiã pro ualde quod iam negauerat.Quod uero Priſcianus ait ſignificare multo magis ſeruata graduum ratione.uel aliquando per ſe prolatum.Plinius ſignat in quarto epiſtolarum. In quo ſe compo ſuerat homo fœlicior antequã fœliciſſimus fieret ieeſt multo fœlicior.Quintilianus.xi. Antonium & Craſſum multum ualuiſſe.plurimum.Q. Hortenſium ideſt multo plus. uel multo plus.uel multo magis.ſimile.Cicero in oratione pro Milone.Hæc maiora fuerunt in Clodio quã in Milõe.Sed in illo maxime.ideſt multo magis magna audiamus pro ſex.roſc.amerino quid dicat.Nõne cum multa indigna tum uel hoc indigniſſimum eſt ideſt multo indignius Plautus luculenter oſtendit in captiuis.Miſer homo eſt q ipſe ſibi quid edit querit & id ægre inuenit.ſed & ille miſerior qui ægre querit.& nihil inuenit ille miſerrimus qui cum eſſe cupit quid edat non habet ideſt miſer magis miſer:multo miſerior. uel multo magis miſer. Dicit Probus omnia aduerbia quæ uim augentis aut minuentis in ſe habent non debere coniungi nec comparatiuo.nec ſuperlatiuo.ut ſunt iſta ualde multũ plurimũ per & ſimilia nã iſta tantum poſitiuis caſibus debemus adiungere.ita ſentire uidetur Priſciãus. Plinius tamen.xiii.Capite.xviii.Oneſicritus tradidit in hyrcania multum noſtris ẽe dulciores ex quo apparet ni textus ſi mendoſus multũ eo loco eſſe aduerbiũ habereq; uim exceſſus. Regula tamen ueriſſima eſt ſi addita inueniuntur nonnulla ut quã multo.per.uis additur ſermoni non natura comparationi ut quam doctiſſimus.cum quã pro ualde dicatur. ideſt ualde uehementerq; doctus. Quæ ſane locutio colorẽ facit.& uim præſtat ac ſi dicam magis atq; magis.Varro in didaſcalico.chorus copioſus & copioſus ad bonæ deæ confugit delubrũ.Conſtat enim geminata uim maiorem afferre orationi & colorem facere dictioni.Ex hac ſententia quæ ueriſſima eſt patet Probum grãmatice locutum non erraſſe.Chariſii autem elegantiam quam Valla fecit ſuam. probat Seneca epiſtola.lxxxi.Omnia facienda ſunt ut quã gratiſſimi ſimus: nam paulo ante dixerat. Ingratus eſt qui beneficium reddit ſine menſura.Legitur apud.Q. Curtiũ libro. iiii. Beſſum quoq; batrianorum ducem per quã maximo poteſt exercitu coacto ad ſe deſcendere iubet. Mendoſum hunc locum ſuſpicari potuiſſemus niſi Põponius de origine iuris libro primo digeſtorum ſic dixiſſet:nam ante eum Seruius duos libros ad Brutum perquam breuiſſimos ad editum ſubſcriptos reliquit.Et Boetius in commentariis logicæ breuioribus apud ſcriptores quidem græcos perquam rariſſimos.Columella in.iiii.Adhuc perpauciſſimus agricolis contigerit.Apuleius ſecundo de aſino tucetum perquam ſapidiſſimum tamen qua diximus ſententia quam autoritatibus confirmamus non male uidetur Probus dixiſſe.ualde iungi poſitiuo probat Quintilianus.Vidi ego omnium quos mihi contigit ſummum oratorem Domitium aphrum ualde ſenem:hoc ideo dictum a Fabio quia ſeniſſimus non eſt. Multo quandoq; additur ſuperlatiuo ratione exceſſus ſicuti dicimus multo doctior comparatiuo. Catullus ad Ciceronem.Gratias tibi maximas agit Catullus tanto peſſimus omnium poeta quanto tu optimus omniũ patronus.Terentius in eunucho. Hic quæſtus multo uberrimus ideſt multo maxime.Sic Cicero in oratiõe pro Pompeo.Magna ac multo maxima parte nõ

modo utilitatis ſed dignitatis atq; imperii caruit.& in alio loco. Quāquā ſemper frequens cō ſpectus ueſter multo iucundiſſimus. hic autem locus ad agendum ampliſſimus: ad dicēdum ornatiſſimus uiſus eſt. Saluſtius in catilina Si ita res eſſet multo pulcherrimum eam nos haberemus. Sed hic modus apud antiquos erat inter ſolœciſmi genera quod Diomedes ſignificat & nos ſuo loco recitauimus. Sed elegantiæ gratia ſicut inualuit uſus & obtinuit ut aliquādo pro poſitiuo ponatur ꝯparatiuū ita dicendū licet ſit abuſiue uerſum in cōmunē ſermonē. At ſi cōmunis eſt ſermo probatus non eſt uitium. non eſt uitium ergo nec figura. Quo excellenter quid exprimatur cū elegantia multo longi ſuperlatiuo eo modo ſignificaretur uis quo fit per quam. & longe ut quā doctiſſimus longe doctiſſimus. multo doctiſſimus. & perquā rariſſimus. Quod uero carpit Valla Lactātium. ꝙ preter morē ſit locutus oratorum. Cum ait quanto frequenter impellitur tanto firmiter roboratur. Et Boetii illud paulo æquales. Nam eſt ab uſu oratorum penitus alienum. Recordari debuerat quo Cicero i Bruto dixit. Quantis illa clamoribus adoleſcentuli diximus de Sulpitio paricidarū: quæ nequaquā ſatis deferuiſſe poſt quanto ſentire cœpimus. Quid enim tam cōmune &c. Quod Quintiliāus. xi. Sed uitioſum id faciunt aut digito quanto plurimū poſſunt erecto. aut etiā duobus aut utraq; manu ad modum aliquid portantium cōpoſita. Et itē quod Seneca libro de ira. iii. ſic ait. Nec tamen ualitudini profuit utilis regio & ſalubrius cœlum quā animis parum firmis in turba meliore uerſari. que res quanto poſſit intelliges ſi uideres feras conuictu noſtro manſueſcere. Plautus i amph. Si reuentū eſt in granā bis tanto amici ſunt inter ſe quā prius. hoc autem ideo eſt. quia Chariſius & Herodianus. referunt antiquos fuiſſe nocū ſubintellectaq; modos cū defecta ſubintelligerentur ut magno mercentur atridæ. ſ. prætio. & ſatis iniuriaq; pro ſatis magnas iniurias Deiphœbe Glauci pro Deiphœbe filia Glauci. & illud natus decem annos id eſt ante decem annos: & illud pronominum. Virgilius. Inſidias inquit danaum caſuſq; tuorum. & in. xii. Tu ne ſpoliis indute meorum. & Tacitus Promoueri ad quartum a bebriaco caſtra placuit ſcilicet lapidem. Cicero ad Atticum. Non ſolum glorioſis conſiliis utamur ſed etiam paulo ſalubribꝫ. Hæc autem attiſmi rationem quandam præſeferunt. Sic paulo tanti. quanti. pluris. plurimi. Seneca in libro de ira uitia magno colluuntur debet ita remoueri. & illud Saluſtii dictum a Seruio Triplices inſulæ: quarum prima cum non dicatur inſidia. Terentius in adelph. Vbi ad Dianæ ueneris ſcilicet templum quod Donatus dici probat ex Saluſtio dans quoq; exemplū ad Iouis mandem noſtra ſcilicet templum. ſic ergo Lactantius quanto ſcilicet motu uel impetu: ſic Boetius non inſcite dixit paulo id eſt ſpatio uel dignitatis. Notaturq; illud paulum & paulo. hoc comparatiui uel ſubintellecti eſt. illud comparatiui & poſitiui. Quintilianus. Negocia paulum ad dicendum tenuiora. Cicero ad petum. Quia paulo ſum quam ipſi doctior. quod uero peccari dicit Valla: petulantius ſi diomus quanto frequentius impellitur tanto firmius roboratur didiciſſe debuerat: quod Cicero quinto tuſc. Inaniq; lætitia & exultans & temere geſtiens nonne tanto miſerior quanto ſibi uidetur beatior. Seneca in na. queſt. Quanto celerior debet fieri in ſtellis congreſſio tanto in minoribus. Horat. primo ſermonum. Quanto perditior quiſq; eſt tanto acrius urget. repete exēpla alibi a nobis recitata.

Nota ꝙ intentionis aduerbia quæ a nominibus deriuantur. Ad comparatiua ſic ſe habent: ut a uehemens uehementer uehementius uehementiſſime. a multus multum. plus plurimum a magnus magis maxime. a ualidus ualide ualidius ualidiſſime. hoc dogmate Laurentii eſt. Sed ſatiſfactum eſſet: ſi dixiſſet quomodo magis recipiat reſolutionem in ſe ipſum. nam doctus magis docte. clarius magis clare. uehementius magis uehementer. ita de plus dicimus: ual de quoq; non recipit comparatiuum quod in ſe reſoluatur ſi dicas ualidius non magis ualde reſolues. ubi notandum eſt ꝙ ualde & magis carent reſolutione cōmuni. quia uelut quædā principia & fundamenta ſtabilia eſſe debent. ꝙ uero magis non ſit a magnus aduerbiū probatur Varronis autoritate. qui ait in lingua latina eſt inter uerba quæ dicūtur ſterilia id eſt quæ a nullis gignuntur neq; gignunt ut etiam uix. magis. cur. hæc ex Varrone: nō eſſe a magnus uult Feſtus. ſed a græco mallon. Quid ꝙ Zeno Mallon & ipſe græcus uoluit: ut Diogenes recitat eſſe coniunctionem: quamuis nonnulli grammaticorum græcorum aliter ſenſerint. ſed Zenonem bona eorum uenia grammaticis omnibus antepono. Sed maius eſt quod Plinius in grammatica magis probat eſſe coniunctionem. ad quod facit illud. quod uerbo non ut ad uerbii lege & frequentius nomini hæret ratione coniunctiua ut magis doctus Cæſare ergo a magnus non eſt magis. neq; a maius ut quidam interpretantes Vallam dixerunt: neq; a magis eſt maxime. ſed hoc a nomine. magnum præterea uel magne uoces aduerbii nuſlibi ſunt. ſicut uehementer unde uehementius. De ualde debuiſſet notare quomodo ea uox conueniat cum ſuo nomine id eſt a quo deriuata & comparatiuo & ſuperlatiuo. Nam ſi dicam

ual.de amo.ualde bonus.ualde lego.ualde ſtudioſus.ualde pulcher.ualde albus.Quid ſi dicam
ualidius amo . ualidius.bonus.ualidius lego.ualidius ſtudioſus . ualidius pulcher . ualidius al
bus ualidiſſime amo . ualidiſſime bonus.ualidiſſime lego . ualidiſſime ſtudioſus . ualidiſſime
pulcher.ualidiſſime albus. pro melior. ſtudioſior. pulchrior.& ſimilia. Item pro optimus ſtu
dioſiſſimus.pulcherrimus.& ſimilia uidebor ne priorem poſitionis ſenſum loqui? minime
profecto, ſed pueriliter & ſatue.quia uis iſtius dictionis ſeparata eſt ab illis ideo nata eſt aliam
uocis formam.Nam ſi uiribus ſignificare uelis ualidis iecíſſe haſtam non per ualde dicendũ
erit. ſed ualide.ualidius ualidiſſime.ex quo illud Horatii . Ac nouit me ualidius ipſo per ſyn//
copam.Sic apud eundem ſcriptorem ſoldum pro ſolidum.& alibi ſinglatim pro ſingulatim.
licet non ignorem Acronem aliter ſentire:ut ualdius a ualde.ideſt uehementius. & non negẽ
ſed figuratum dixerim.quomodo dixiſſet Quintilianus ualde ſenex ſi accipias pro ualide. &
quomodo diceretur ualide magnus ſua ſignificatione.quomodo perdoctus ideſt ualide & cũ
quam ut perquam egregius ideſt ualde egregius.Et Apuleius.Per quam impudẽti mendatio
niſi ualde pro uehementer dixeris. Quid autem ſit cauſæ ꝙ quam pro ualde accipiatur
& dicatur quam doctiſſimus, non ualde doctiſſimus. nec perdoctiſſimus. Notabile illud
Chariſii.Primi uſus rationem & uarietatis. cur hoc non illud uanum eſt præter uſum au//
toritatis diſputare: niſi ſuæ profeſſionis ſit modus quo exquiſitiſſima ad rationis metam
peruenientia inueſtigemus: comparatiuum per ſe prolatum uim habet poſitiui: ſuperlatiuũ
uero poſitiui. cum ualde: ut Cæſar doctiſſimus ualde doctus. ſi uero comparatiue dicimus
tunc per maxime, ut doctiſſimus Romanorum: Varro ideſt maxime. ꝙ uero dicitur in ali//
quibus ualde addito ſuper habet eandem uim. ut fortiſſimus iuuenum ideſt ualde fortis ſu/
per iuuenes. nam ſuper uidetur habere uim comparatiuam uel excedendi unde in ſacris lit//
teris.Super niuem dealbabor.ideſt niue candidior fiam . cum igitur additur ualde ut dicatur
ualde ſuper uidetur ſignificare quod maxime. ita.longe Apuleius in floridis. Longe ante
cæteros excellens pro excellentiſſimum.Alibi dixit & partem rationalem. quæ longe ſan//
ctiſſima eſt cuius rei ratio iam a nobis prælibata.Sed hæc longius fallente materia exitu pro//
gredior eundem effectum habet chariſſimus amicorum & maxime charus amicorum. Cice/
ro ad Curionem. Quod mihi omnium eſſet maximum maximeq́ neceſſarium: ꝙ autem
ſit uerum ualde ſignificare cum poſitiuo ſuperlatiuum per ſe prolatum, comparatiuum per
ſe propoſitio ponitur. exemplum rationis eſt ſtultorum ſtultiſſimus Plautus in Amphitr.niſi
ſis ſtultior ſtultiſſimo & idem in caſſina.peſſimarum peſſima.i.earum quæ ualde malæ ſunt
maxime.mala uel ut Priſcianus.multo peior.ſi uelis dicere maxime mala per ſe prolatum ual
de mala quis erit modus? ut uehementiſſime maxime uehementer ſi dicas autore Valla.quo/
modo maxime ipſum reſolues per ſe prolatum.niſi dicas ualde multum cum magne non di/
catur. & ſi diceres maxime multum non eſſet reſolutio niſi idem per idem probat.illud etiam
ꝙ comparatiuum comparatiue poſitum plus ſignificat quam ſuperlatiuum per ſe prolatum.
ut ſtultior ſtultiſſimo.Columella, Cicero teſtis romanum ſe ciuem. Pollionem pedem lon/
giorem quam queq́ longiſſime uidiſſe. Cicero in officiis. Vale igitur mi Cicero tibiq́ per/
ſuade eſſe te quidem mihi chariſſimum ſed multo fore chariorem ſi talibus monumentis
præceptiſq́ lætabere. & ad Terentiam.Ego hoc miſereor ſum quam tu quæ es miſerrima.
ad Atticum libro ultimo Plancus quem ſpero optimum ſit etiam melior opera tua. opti//
mum dici poteſt ideſt ualde bonum. Notandum quod Gellius.vii.Annianus poeta in litte/
ris oppido quam peritus.i.q̃ peritiſſimus.

Plus & magis licet uideantur ſignificare.Idem ut magis amo & plus amo Cæſarem quã tu.
differunt tamen, ſi dico magis doctus fit augumentum poſitiui. At ſi dico plus qualitati
non additur ſed ſequenti: ut Valerius.vii.populo Rom.poſtea plus iuſto placidum iudicem
præſtitit ideſt fecit placidum iudicem: ſed plus iuſto.quem modum loquendi. Quintilianus
ſignat.xi.Plus.n.q̃ firma debet eſſe memoria quæ aliam memoriam adiuuet non.n. dixit fir
mior non enim indifferenter dixerim plus bonus.plus ſapiens.& magis bonus: & magis ſa/
piens legit.illud nota apud antiquos dictum eſſe hoc plure.is inde legitur pluria & complu//
ria.docet Donatus in phormione ut alibi recitauimus ex Gellio. Terentius Multa aduenienti
ut fit noua hic compluria.Quod Valla carpit Sergium dixiſſe Donatus dicit quinq́ tantum
aduerbia poſitiuo eſſe iungenda.tam magis maxime.minus minime.ea ſcilicet ratione quo//
niam habent in ſe uim comparandi atq́ ideo non debent comparationis caſibus adiungi ne
uideatur comparatio geminata.In meo uero exemplari uetuſto quod habui Romæ a Pom/
ponio legitur nimium. Ad quod eſt illud Virgilii. aptum fœlix heu mihi fœlix. Quod ue//
ro de tam dicitur notent curioſi ꝙ poſtquam ſequitur tam & ſignificat tantũ quantũ Varro

de agricolatione libro ſecundo ubi de canibus q̃ paucisſimos relinques tam optimi in alendo
ſient. Cato in re ruſt. q̃ acerbisſima olea erit & oleum facies tam oleum optimum erit. Marcia
nus Capella .ii. de nuptiis: quæ tam pulchre cunctis q̃ ornatisſime refulſere. Imo etiam alterũ
ſine altero ut illud Fabii. Hæc de inartificialibus q̃ breuisſime potui .i. quantum potui. Cæſar
in cõment. q̃ maximis itineribus poteſt in galliam ulteriorem contendit .i. maximus quãtum
poteſt. Terentius in andri. ex tam tranquilliſſima re. Apuleiius uero quantas maximas gratias
poſſum dixit: quo modo utitur & Liuius. xxxvi. xxxvii. & alibi.
Meminerimus comparatiuum pro poſitiuo poni. cum ſermo ipſe fit uenuſtior. Suetonius in
Domitiano. Sineſtriore brachio dixit pro ſiniſtro: & illud Quintiliani: quod a Cicerone prius
dictum Themiſtocles cum ſe imperitum lyræ confeſſus eſſet habitus eſt indoctior. & illđ bo
na mutantur. in peius: iuuenior comparatiue poſitum eſt a Columella libro .x. Illis quidem
incõmodo iuueniori examini ſolet accidere Plinius quoq; in epiſtola ad Arianum. ꝙ ſacerdo
tium idem & conſulatum multo etiam iuuenior q̃ ille. Ita etiam ſenior. Seneca epiſtola. lxxv.
Quemadmodum ex duobus ſapientibus ſenior deceſſit iunior quoq; apud eundem in na.
queſt. Ita eſt mihi iunior quo apertior eſt .i.
Appellãtur diminutiua. cõparatiua. nõ ꝙ minus ſignificẽt. uel ꝯparatiuo uel poſitiuo. ſed qđ
ꝑ uocẽ quæ diminutiua dr̃ reſoluũt ut doctiuſculus paulo doctior. maiuſculus paulo maior.

De Caſibus Comparatiui i Synthaxi. Caput. yi.

QVeſitum a curioſis. quare latini magis dicunt comparatiuo ablatiuum q̃ genitiuũ
& contra quare magis ſuperlatiuo genitiuum q̃ ablatiuum cum græci utriq; dent
genitium. Si Laurentium ſequimur fuit ratione ambiguitatis remouendæ uel fu
giendæ. comparatiuis. n. ablatius cui æquipollet nominatiuus cum quam ſuperla
tiuus genitiuus datus eſt. Nos ex Varrone & Chariſio expiſcati ſumus rem fortaſſe odioſam
illis quibus acuta odio. & tamen alii acutius rimati ſunt. quia comparatio fit ab uno ad alium
qui modus eſt latinitatis. Et quia caſus ablatiuus qui eſt latinus dicitur caſus: ut Varro & Dio
medes ſignificat a quo. ideo comparatiuo attributus eſt ablatiuus. quod ideo probandũ eſt ꝙ
Chariſius dixit uis latinitatis in principiis honeſtius uerſatur in quibus ſi deficit græca imitat̃.
Conuenienter ergo comparatiuo quod eſt ante ſuperlatiuum caſus latinus tribuitur. Altera
uero ſcrutati Ariſtotelicorum æmuli dicunt. quia caſus ſequens comparatiuum debet ſignifi
care rem ut ab ea eſt: modus in augumentum & nullus caſus ſignificat apud latinos rem ut
ab ea eſt modus niſi ablatiuus. autor Varro. propter hoc neceſſe fuit dari comparatiuo ablati
uum: qui ſignificantiam habet efficientem & modum a re: ut cum dico ſum doctior Franci
ſco. hæc uox Franciſco ſignificat modum in augumentum doctrinæ a Franciſco. in me (cu
rioſis hæc dicantur) Superlatiuo datus eſt genitiuus. imitatione græcorum: quæ accipitur ubi
deficit latinitas. uel quia ut plurimum uidetur habere rationem diuiduorum: quæ enuntiatur
per genitiuum: ut ſi dicam hominum decem currunt uel aliqui ita hominum clariſſimus eſt
Cæſar. hic autem modus conuenit cõparatiuo nuſquam poteſt niſi inter duo eſſe ſecundum
Vallam ut manuũ fortior eſt dextra. ſed hæc ſatis. diciturq; minor. xx. annoꝝ ideſt nondũ na
tus. xx. annos. & correlatiue ſum maior. xx. annorũ. ideſt plures annos. xx. natus. ſic Suetonius
in Auguſto Gratiã fecit eis qui maiores annoꝝ quinq; & triginta. uel ut doctiores legũt qnq;
& quadraginta.
Cõparatiuo quandoq; addit̃ ante. ut illud Virg. Pigmaleon ſcelere ante alios immanior oẽs.
aliquando inter ut iam dictum inter exempla Lactantii. & Quintiliani. Virgilius, & cum ſu
perlatiuo dixit ænæas ante alios pulcherrimis omnes.
Nota ꝙ dicimus ſæpius decies. nõ pluries decẽ uicibus ut qdã triuiales pædagogi. Suet. tamẽ
dixit ne plus q̃ bis in mẽſe e legitimis ſenatus ageret̃. Dicimus quo magis. quãto magis. ſimi
liter eo magis .i. tanto magis. Quint. Vt quo ſum magis uulgaria eo non ſit. Credibilius illa
ab oratore non ficta. at Sene. iii. de ira. Quo notiores ſunt plus ad emendationẽ exẽplũq; pro
ficiunt. Plus aliquando habet genitiuũ pluralẽ uel ſingularẽ. Quintilianus in primo. Itaq; &
plus uiriũ afferunt. Seneca in queſtionibus. Plus aquarũ trahit. aliquando ad numerũ ponit̃.
Terent. in heau. Adduxit ſecum plus decẽ ancillas oneratas ueſte & auro. & in adel. Plus quin
gentos colophos infregit mihi. Cicero ad Plancũ. Sed non plus duobus aut tribus menſibus
deinde affuit a noſtris. Col. Plus quattuor digitis adobrutũ eſt Sen. ad Luciliũ epiſtola. lxxxiiii
In cõmeſſationibus plus cantoꝝ inquit eſt quã in theatris. Liuius. iii. de bel. pu. Hoſtium plus
mille ceſi Romanorũ. minus mille interfecti. Quando triuiales dicunt plus & minus quando
ſignificat pondus uel menſuram adde uel quaſi uel ſimile interim. dicimus enim plus uirtutis
plus honoris plus diuitiarum. & in eunucho. Amicorum minus. Plautus in caſſina dixit.

Certe ſcio plus artificiū eſt mihi. Cicero in oratore pro Roſcio inquit Amplius nūmo petas: pluria & plura & cōpluria eleganter dici. A. Gellius docet. pleriq; ideſt plures & pleraq;.i. pluria & inſingula pleraq; ideſt maior pars Gellius.ii. Pleraq; Italia ideſt maior pars Italiæ. apud Liui.iii. de bel.pu.legitur plures nnmero quā ipſi erant.

Doctrina a nullis regulis obſeruata Caput. vii

Dicimus ego ſum doctior Antonio. magis doctus antonio. Fab. viii. Querūr quod ſit magis antiquū. & alibi de Theopompo. Ita oratori magis ſimilis. & alibi. ſed cū ſint aliis alia magis propria aut magis ornata aut plus efficientia. aut melius ſonantia. debent eſſe non ſolū nota oīa ſed in prōptu aut (ut ita dicā) in conſpectu. hæc ille. Terent. Hoc nēo fuit minus ineptus. magis ſeuerus quiſquā neq; magis continens. dicimus quoq; ſum generoſior quā uilior quod aliquæ regulæ in ſuis fœtutinis olenticetis negant. Plinius ſæpe ne oīa referā ubi de antidoto pectore. libro. xxxvi. Paulo diligētior quā numeroſior. Quintilianus. Sitq; ſalubrior ſtudiis quā dulcior. Columella.vi. Aut ſi longior fieret quā latior Senec. epiſtola. lxxiiii. Non eſt uirtus maior quā longior. Valerius max. de lacedemoniis glorioſior quā optabilior dixit. Liuius.xvii. Longior quā latior acies erat. Itē dicimus ſū generoſior quā uilis Lentulus proqueſtor ad populū Ro. Rhodios autē tanta prauitate animaduerti ut omnes firmiores putarēt quā bonos. Columella ultimo. Iccirco reddit timidiorem quā uirilem. dicimus quoq; generoſum magis quā uilem. Suetonius in Tito. Iucūda magis quā profuſa: & alibi operam honeſtam dedit magis quā aſſiduā. Cicero ad Lucinium Sed exiuit tempus optatum magis quā ſperatum. Quintiliāus. M. Attilius palicanus humili loco natus magis loquax quā facundus. Sen. de ira.ii.uir. Ingenii magni magis quā boni. Cic. ad Atti.x. Celer tuus diſertus magis eſt quā ſapiens. & alibi Anthiſtenis hominis acuti magis quā eruditi. Pōpon. mela in princip. Longa eſt magis quā benigna materia.

Quare autem relatiua non accipiant quam: ut Paulus quo tu doctior nō quam qui ratio eſt ꝙ officium relatiui eſt referre. Sed ſi dicā Franciſcus quā qui ſum doctior nō refert nec apte iungitur uerbo quod ſemper ſubintelligit dictio quā ut magis amo te quam ille.ſ. amet uel quam illum ſcilicet amo. Item negatiua non accipiunt quā cum recto: ut doctior quā nullus ueſtrū non dicitur. quia uis negatiua in recto non poteſt coniungi cū quā ob malignitatē ſignificantiæ. Si enim dico doctior qua nullus uoſtrū uidetur aliquid dici eſſe quod nō ſit: qui modus ſubterfugitur per obliquū. ſi dicam Franciſco ſunt doctiores nulli. aliud eſt. Itēq; aliud Franciſcus nullo ueſtrum eſt doctior.

De Formatione Cōparatiuoꝝ. Caput. viii.

Ab aduerbiis fieri aduerbia cōparatiuo. Probat Apuleius in magia. qui a pene peniſſime. a nuper nuperrime. quāuis nuperus.ra.rū. antiquiſſimi poſuerint. Fateamur ſed non noia uenire niſi eorū quoꝝ nomina ab antiquis uſurpata legimus. a libenter maxime libēs dixit Apuleius in magia. Scio te maxīe libenter eius litteras auditurꝫ in nominibus habentia uocalē ante us. Priſciano docente dicendū. Et ſi dicas habentia uocalē ante uocalē dic in extremis ſyllabis Nā furioſus. curioſus. pluuioſus. uiolētus. cū habeant uocalē ante uocalē in primis ſeu mediis ſyllabis & ſimilia: tn̄ habēt cōparatiua. Illa uero quæ habēt uocalē ante us: nota ſunt uel in extrēis ſyllabis: nec admittitur tenuis qđ tertii flexus eſt. Plinius. Tenuiora ferramēta reſtingui oleo mos ē. & Cicero ad patratū tenuiculo apparatu a militia non diſcedis. Suet. in tyb. Tenuiſſimo cuiq; & ignoto. Seneca Proprior epiſtola.xx. poſuit & Varro Aſſiduior poſuit.ii. de re. ruſt. Aſſiduiſſimus Sueton. in Galba Mox uaſa ærea aſſiduiſſimi uſus conflauerit oīa dubia poſuit quoq; Frōtinus ſalientis prima q̄ aſſiduiſſime egregius quoq; ꝓ magis egregie dixit Iuuenalis. annotauit Priſcianus egregius cœnat meliuſq; miſerrimus hoꝝ. Ioſephus. Nihil. n. impius a romanis paſſi ſunt q̄ ipſi ſe tractarunt. Frōtinus de aquaꝝ ductibꝫ ait uicenariā exiguiorē faciūt diametro. Strēuiſſimi legit̄ apđ Sal. & Cato. Gel. dixit Viros habuit ſtrēuiſſimos. Noia hn̄tia uocalē ante us. carēt cōparatiuo. qa cōparatiuum rite formatū. ut doctior nō ut peior debet ſupare uocē genitiui una ſyllaba primitiui ut docti doctior. Et qa.i. inter duas uocales effici ꝯſonās: ut. maior. peior. cōparatiuū nō ſuparet poſitiuū ut piior. & ſi.i. non fieret ꝯſonās ut ſepata: eēt hiatus. quæ ſpecies eſt barbariſmi. uel male ſonās qđ κακοφανον. uelut Pli. & Char. Iotaciſmus qđ inter uitia quoq; eſt barbariſmi ut ſuo loco dicet̄. Notandū quoq; ꝙ a nola per etymon dico. facio. uolo. loquor. ut maledicus. honorificus. beniuolus. maliuolus. grandiloquus faciunt cōpatiua in entior ꝑter ſignificus uobabulū Apuleii. cui ego dicerē ſignificātior. In deo Socratis non pudet me eſſe ſignificū aliqui addunt benedicus. rarum quidem eſt. ſuperlatiua quoq; prædictorū in entiſſimus fiūt Suetonius. Maleficentiſſimos incolumes præſtitit. & in Tito: Natura cum beniuolentiſſimū.

Cicero ad Lentulum. Maliuolentiſſimis obtrectationibus: & in oratione pro Deiotaro Is rex quem ſenatus nomine ſæpe honorificentiſſimis decretus appellauiſſet. & ad Numarium beniuolentior q̃ ſemper fuit eſſe non poſſum. & ad Atticum. iii. Quæ res inquit multo honorificẽtior uiſa eſt. Et ad Titium. Functũ eſſe officio beniuolentiſſimi atq; amiciſſimi. Exime a prædictis: fatidicus: ueridicus. aliqui uocem non omnibus probatam dicunt iuridicus: & notũ illud cauſidicus. Illa nomina talem ſortita ſunt formam quia antiqui dixere magnificens. munificens. & ſimilia & beniuolens. Terentius in phor. Nec illi beniuolens. neq; notus. neq; uicinus. indulſit antris ratio. mirificus tamen legitur mirificiſſimus. Terentius. Atqui mirificiſſimum. patruus tuus pater eſt Iuuentus. Quod uero dicit Valla magnificens. munificens. eſſe participia non eſt audiendum quia eorum uerba non leguntur. Nam a magnifacio magnifaciens. inclinatur & ſimilia nullifacio nullibi eſt præterea nec tempus ſignificãt lege participiorum nec caſus regunt more aliorum.

De deficientibus Comperatiuo aut ſuperlatiuo aut utroq;: Caput. ix.

CErtus actiuæ: & paſſiuæ dicitur: ut certus homo. certus autor. qui uera loquitur: & certa Valerius Max. de. C. Graccho. Cælius enim romanæ hiſtoriæ certus autor. aliquando paſſiue ut certa res quæ certa dicitur. ab hoc uenit certior apud oratores. ut facio te certiorem. non tamen certiſſimum dicitur. Sunt aliqua etiam ſine comperatiuo habentia ſuperlatiuum: ut perſuaſum perſuaſiſſimum. Columel. Perſuaſum habeo. & perſuaſiſſimum Apuleius dixit. Lentus cum copia & abundantiam ſignificant. ut uinolentus. ſomnolentus carere putatur comparatiuo. ubi caſtigare eſt illos qui dicunt uinolentus plenus uino. Dicant cyathus plenus uino aut amphora. dicetur ne uinolentus amphora uinolenta. minime. Ergo rei copiam rectius dicemus ſignificare. ut ſomnulentus affluens ſomno: & turbulenti motus affluentes turbine uel turba. Violentius tamen habet uiolentior & uiolẽtiſſimus. ut poeta. Violentior incidit eurus. Apricus apriciſſimus. qui apricos oderit campos. Horatius. & Perſius apricos meminiſſe ſenes: & Virgilius. Apricis ſtatio. utiſſima mergis. i. qui ſtant ad ſolem. Columella. Apriciſſimo die purgatis domicilis. inclytus inclytiſſimus. Gellius. Tertio. Claritudinis inclytiſſimæ licet inclytior non ſit Columella q iam primo bello punico dux inclytiſſimus. M. Atillius regulus dixiſſe memoratur. Iuriſconſultus dicitur & iuriſconſultiſſimus. Sic Gellius. y. in Craſſo dixit q doctiſſimus. q nobiliſſimus. q eloquentiſſimus. q iuriſconſultiſſimus. q pont. maximus. Similiter pius piiſſimus. Si Diomedi credimus qđ & Seneca affirmat. In breuitatæ ſenſibus tuis prudentiſſimis piẽtiſſimiſq; piiſſimiſq;. Sed Tullius oſtendit piiſſimus non eſſe latinum nomen: carpens. M. Antonium ut parum latine locutum. qui piiſſimum dixerat hominem uerba Cicer. ex. xiiii. Antoniana. Tu porro ne pios quidem ſed piiſſimos quæris. & quod uerbum omnino nullum in latina lingua eſt Id quod diuinam pietatem nouum inducis. Quint. Cur. viii. O fidiſſimi piiſſimiq; ciuium atq; amicorũ Iulius frontinus qui tempere nerue fuit de aquarum ductibus ait modulus qui in commentariis Inuictiſsimi & piiſſimi principis poſiti. & in alio loco quoq; dixit piiſſimũ. legitur & in antiquis elogiis monumentiſq; Romæ & alibi piẽtiſſimis lachrymis. Simplex ſimpliciſſimus Quintilianus: Simpliciſſima quaq; materia. a decorus decoriſſimus fecit Apuleius in primo de magia a quo etiam medioximus a mediocris habetur. In Platonis dogmate ait de generibus deorum Ternum habet quos medioximos Romani ueteres appellant. & comiſſimis ſermonibus. idem in Aſino ſuo dixit. a comiſ. i. benignus.

Plinius. Inditum colorem purpuriſsimum. dixit. xxxv.

Sunt aliqua quæ habent comperatiuum ſine ſuperlatiuo. ut ingentior ab ingens eſt nõ ingẽtiſsimus. Virgilius. O fama ingens ingentior armis. licet Probus utroq; carere uoluerit.

Ingentiſsimus uno in loco apud Vegetium arenatum legimus, ſed ita accipiunt docti. ut dicant illum malum latinitatis autorem, ná gãbas pro tibiis & paruiſsimos fines dixit quoq; ſenex ſenior. Sene. dixit ſenioris æui. Iuuenis iunior iuueniorq;. Sene. in deci. Fabianũ pħm tanto iuniorẽ q̃ ipſe erat. Colu. x. Illi qdẽ incõmodo qđ iuueniori examini ſolet accidere. Cõmunis cõmunior. Suet. i clau. Nec ullo ſpectaculi gñe ꝯmunior aut remiſsior erat. Salutans Colu. Iãq; ſalutari ꝓperet latuca ſapore. Cic. ad Atti. nihil rei. p. ſalutarius teſtatus ẽ ſalutariſsimus nõ legit̃. Infinitus cõpatiuo gaudet. Cic. exẽplũ ẽ in topicis. Partiũ diſtributio ſemp eſt infinitior. Opimus opimior. Gel. Ná q̃s uenabat̃ feras mẽbra opimiora ad ſpecũ mihi ſuggerebat opiſſima. rariſsime ẽ. oipotẽs quoq; caret comperatiuo. quia q ſuper oia eſt nõ põt alicui cõperari. & ſic ẽt ſuplatiuũ deſiderabit. Diues diuitior. ad Ouid. Diuitiora meis Terẽ. i phor. q̃ iniq; ꝯpatũ ẽ q ii q minus hñt. ſẽp addãt aliqd diuitioribus Q. đ legit̃ diuiſsimus ẽ a dites tia. a prauus prauior. Cicero. iii. Tuſc. Luctu cõſcia quo nihil prauius eſse poſsit. prauiſsimum tamen

dixit Tacitus.xv.Ea tempeſtate ꝑrauiſſimus mos.poſtremius comparatiuũ poſuit Apuleius. repertiſſimum & poſtremiſſimum ueluti poſtremus ſit poſitiuum non ſuperlatiuum.immeritiſſimus.Terentius in phor.Omnium horum immeritiſſimum.Item inuitus inuitiſſimus. Cicero ad Appium.Quia cum maximis rebus coactus a me inuitiſſimo deceſſiſſet. perfectus perfectiſſimus.unde Quintilianus dixit Demoſthenẽ perfectiſſimum græcorum . & Cicero in Bruto.Doctiſſimum & perfectiſſimum querimus.Seruius ait.Perfectior non habet : quia ſi comparare uelis imperfectus incipit eſſe qui erat perfectus.Hoc arguit Cicero. autoritas ad Atti.v.ii.Illum eſſe perfectiorem uolo. & Quintilianus primo ut forma quæq; perfectiſſima ita capaciſſimi.longinquior.propinquior aliqui dixerunt.ſine ſuperlatiuo. Sunt aliqua nomina.quæ carent comparatiuo & ſuperlatiuo ut nauus.i. diligens.Colu.Sit autem uigilans impiger induſtrius nauus.omnium quas paſcit periculoſus . Columella Altera eſt ſpecioſior ſed magis periculoſa.Item magnanimus.puſilanimus.unanimus. Memor quoq; quod diſcere alios uult Priſcianus memorior.renuntiatum antiquitati.ſimiliter Imus.uulgaris. unicus. duplex.ſummus.agreſtis.fugitiuus opimus.campeſter.uolucer.pedeſter.equeſter.ſequeſter. ſilueſter.licet illud quoq; ſit rarum.Omnipotens.ſeralis.ſectilis.nubilis:modicus.ceruleus. & materiam ſignantia.ut ficulns populnus.licet & populeus quoq; . eodem iure ſit popularis uero a populo:ſimiliter utroq; gradu caret.colurnus a corilo. abiegnus ab abiete . illignus ab illice. acernus ab acere.ſalignus a ſalice.betaceus.ordaceus.purpureus ſua uocali noſcuntur. Item diminutiua ut miſellus.tenellus.ſacellus.uetulus.Horatius uetulo chryſtalla falerno.Item in tilis ut uerſatilis.ductilis.ſutilis.tortilis.apertilis.furilis.uocalis.Horatius unde uocalem temere ſecutæ orphea ſyllux.& Iuuenalis Eloquium uocale modis.Apertilis quod apertum eſt uel quod aperitur.& uerſatilis quod uerſatur ſeu quod aperiri uel uerſari poteſt. Verum Laurentius dicit quod apertum eſt ſicut quod conſutum ſutilis ut cymba ſutilis:& ſtructilis corona . Et in bundus ut uagabundus.errabundus.& in inus ut canabinus.ponit Colum. tremulus quoq;. ſollicitus habet ſollicitior.ut Suet.in Domitiano Tempore ſuſpecti periculi ſoliicitior. ſecundus ordinale & alia.ſi uero proſper ſecundus dicatur.ſecundior comparatiuũ habet . ut Cæſar iis ſecundiores interdum res & diuturniorem impunitatem concedere legitur quoq; ſecundiſſimus.docilis utrunq; gradum habet ſed docillimus non docilliſſimus dicendum Valla putat uideris.exẽpla præterea compoſita a fero:ut ut lætifer Virg.Mortiferũq; aduerſo in limine bellum.alibi & lætifer annus.item degener ut degeneres animos timor arguit utroq; gradu cõperatiuo & ſuperlatiuo carent.

Notandum eſt ab aliquibus ꝙ in comperatiuis & uerbalibus quotiens poſt t. ſequitur i. cui addita ſit uocalis imediate i ſonat t.c.ut doctior.fortior.quod tamen antiquũ morem ſequentibus non placitum.autore Papiriano. unde & quiritiũ & litium ſuis litteris non uariantur. Prior de duobus ratione ordinis dicitur nam : dignitate multis anteit ut ex Apuleio dictum Hyppias prior omnibus aliquando inter plures tamen pro anteriori. Plin. xxv. Alius eſt quẽ nos priore uolumine diximus &.vi. Cythara ſine uoce cecinit thamyras prius cum alii plurimi cecinerint poſt.

De ſuperlatiui abuſione quare q; ſuplatiuũ ſcribat̃ lr̃a in medio gẽinata Cap. x.

ABuſio in ſuperlatiuo eſt tantum ſignificatione.cũ ꝓ poſitiuo ponitur.hoc autem a nullis regulis obſeruatum eſt ſuperlatiuũ enim per ſe prolatum diſtributiue inter diuerſa genera ponitur pro poſitiuo.nam optimus malorũ non dicitur ait Seruius . Virgilius exemplo probat.x.Optime graiugenum dixit cum de ænea loquatur.græci neq; boni neq; meliores.Ergo pro poſitiuo nam ut dictũ eſt optimus malorũ non dicitur.Sic Homerus.δικεο Ταχοσ κενταυρων ideſt inter centauros iuſtus cũ centauri omnes crudeles fuerint , & impii . Dicetur ne abuſio ẽ ſi multiſſimus dicat quiſpiã imo uero per quã abuſiuũ.&(ut ita loquar) abuſiuiſſimũ Cicero tamen ad Atti.ſi codex non eſt mendo deprauatus libro.x.ex multiſſimis & miſerrimis curis eſt una enata.

Obſeruata. Caput xi.

QViſq; ut plurimũ iungitur ſuperlatiuo ut doctiſſimus quiſq; poſitiuo quandoq; & cõparatiuo.Plinius ad Tacitum.Ita bonus liber quiſq; melior eſt.quo maior & Quint.ii.Erit ergo ẽt obſcurior quoquiſq; deterior.Suetonius quoq; in Orone.Ferebat̃ uagari noctibus ſolitus atq; inualidũ quẽq; obuiorũ uel potulentũ corripere ac diſtracto ſago impoſitum in ſublime iactare. Tacitus.xii. Trepidatiõe uulgi inualidus qſq; obrutus.Saluſtius ꝑterea ex gregariis militibus certatũ quẽq; in prima acie ſubducit . Tacitus .xvii.Certatim ut quiſq; aio ignaus.Seneca in lib.de ira . Iſto mõ quo melior qſq; hoc iracundior erit . alibiq; eodem non uis admoneam quo diligentior quiſq; ſit ipſe circonſpiciat.

Cicero ꝑ Roſcio. Iam quo quiſq; eſt ſolertior & ingenioſior hoc docet iracundius & laborioſius & poſitiuo. Iuſtinus in prologo. Cognitione quæq; digna excerpſi. Pli. in panagirico. In præſentia quidē q̄quis paulo uetuſtior miles hic te cōmilitōe cenſet. Horat. Iuno & deorum q̄quis amicior. ii. car. Quilibet & ſuperlatiuo iungitur ſi adeſt ſubſtantiuū. Va. Max. In primo Q uate agreſte illud & ſordidū plauſtrū tēpeſtiue capax. Cuiuslibet fulgentiſſimi triumphalis Carrus uel æquauerit gloriam uel anteceſſerit. Quam ꝑ ualde iungi ſuperlatiuo diſputatū eſt ſupra. ſed & poſitiuo præter ipſius Vallæ opinionē Cice. ad Atticum ſuā operam in ſenatu autoritatem q̄ magni æſtimar. i. maximi uel maximo pretio. Pli. v epiſt. q̄ multū intereſt qd a quoq; fiat Cælius ad Ciceronē. Hæc aūt hēo q̄ multa. i. plurima. Apuleis in Apologia. Sed hæc defenſio ut dixi anteq̄ multū a me remota eſt. i. plurimū. Idem in aſino aureo. Sed heus tu inquit charite q̄ probe ueſte cōtectus omniq; comite uiduatus prima uigilia fores meas tacitus accedas Cic. ad Atticum. Itaq; q̄ ſeuere. M. Curtius nos accuſat. & alibi ſcribit ad me q̄ honorifice de reſtitutione Sexti clodi. Quintilianus ultimo. q̄ multa pene omnia tradidit Varro. Seneca epiſt. xlvii. Dominus Calixtum uendidit. ſed domino q̄ multa calixtus. Cice. ad Cæliū Sed ſuaues accipio litteras uel quas proxime acceperam q̄ prudentis q̄ multi & officii & cōſilii. & Tuſc. i. i. Atq; ſtirpes ſunt ægritudinis q̄ multæ q̄ amaræ. Cæſar quoq; nitidiſſimus ſcriptor quā magnū numerum inmentorum atq; hoīum intercipiunt. Et in primo. Q uibus q̄ maxime occurrendum putabat. Pli. xxxiii Niſi ut q̄ multi eas cōſerui inferrent. Brutus ad Cice. Nā ſuos ualde q̄ paucos habet. Idē ac ſi diceret ualde & ualde paucos hēt ut iam declaratū eſt ſupra. q̄ doctiſſimus. i. ualde uehementerq; doctus: nō tñ diceremus multū q̄ paucos. aliqñ q̄. i. quātum notum eſt. Ciceroni Lētulus. q̄ ualde deſperauerint: ex iis litteeris quas. p. miſi cognoſces pro ualde Gellius imo in q̄ potitius nos q̄ audaces q̄ licentes ſumus qui frōtem indocte improbeq; nō uirili genere dicimus. Quid q; & alibi dicit de Apione. eſt. n. ſane q̄ in prædicandis. Cic. doctrinis ſuis uendicator. i. ualde. q̄ cōparatiuo. Cic. Tuſc. v. Abacos q̄ plures ornauit argento. auroq;. Seneca epiſt. lxxviii. Conuocauitq; q̄ plures amicos. Val. Max. primo de regulo ut ſe & uno ſene q̄ plures poetarum Iuuenes penſarentur. Cic. ad Herēnium. ii. Poſtea admonuimus cauſas q̄ plures. & in alio libro de Zeuſ. Cæteras q̄ plures tabulas pixit. Alii q̄ plures legunt. Sed Gellius primo inquit uidebatur quam pluribus in extremo uerbo menda eſſe quam pro quantum etiam ſuperlatiuo additum probauimus. Item ex Varrone Cicero ꝑ domo ſua. Dico igitur & quam poſſum maxia uoce. Liuius uero quāto maximo impetu poſſet & quantis maximis poterat dixit in pluribus locis. & Curtius. iii. Darium quam maximo poſſet curſu ſequi nuntiantes. Interim additur quantus præter dicta a Liuio ꝑ quam ut Celſus Timor quantus maximus eſſe poteſt: & Apuleius. quātas maximas gratias. licet in ordine ſit tumor maximus quantus eſſe poteſt: & hoc genus.

Omnis ſuperlatiuo iungitur. præter Vallæ opinionem. & comparatiuo & poſitiuo. Cicero ad Trebatium. Q ui fuiſti cum in omni gradu ampliſſimo digniſſimus. tum facile ordinis tui certe princeps. Terentius in eunuch. Quem inter ego omnes infimos puto eſſe hoies. Quīnt. Omnia utiliora properanti & omnis pius dicitur.

Extimus poſuit Apuleius in extimo mundi tergo dixit. Macrobius. primo de ſom. Scipio. Q uod autem iſtum extimum globum: qni ita uoluitur. ſummum deum uocauit Martian. de nuptiis philologiæ. Vrania ſtellantis mundi ſperam extimam continebat. Gellius Tertio. Qui axem extimum tangunt.

Gellius eruditiſſimus libro. x. annotauit nouiſſimum. & nouiſſime a Cicerone nō uſitata modo. ſed euitata. quia Lælius doctiſſimus ut dixit Varro de lingua latina. æuo illo id quoq; euitaret: quod extremum dicebatur. eſt. n. dici nouiſſimum cœptum uulgo. quod mea memoria ut Lælius. Sic ſenes aliquod nimſum nouum eſſet uerbum uitabant. cuius origo ut a uetere uetuſtius uetuſtiſſimus. ita a nouo nouius nouiſſimus. Tamē in oratore Cicero dixit. Quæ duo ſunt ad iudicandum nouiſſima. & in epiſtola ad Octauium. Nam ut ordiar ab initio & perducam ad extremum & nouiſſima conferam primis.

Longe cum iis quæ carent ſuperlatiuo iunguntur: etiam ut longe princeps lyricorum Pindarus. & comparatiuo ut longe doctior Platone Ariſtoteles. Aliquādo cū poſitiuo. licet raro. Apuleius de deo Socratis. Chalcas autem longe præſtabilis Anolus. Saluſtius in Catilina. Longe mihi aliena mens eſt. p. c. Virgil. xii. Mœſtum quem nunc patria ardet longe. Alii uerbo applicant. Cicero pro Roſcio. longe aliter. & cum ſuperlatiuo Apuleius in Socrate. Lōge ornatiſſimos. Cicero pro Roſc. Longe audaciſſimum.

Abuſio quoq; fit in ſuperlatiuo. formatione. quādo noīa ꝑpria hēnt ſuplatiuū: ut Gellius. iii. Vt de illius Plauti more dicam plautiniſſimu. & obſeruatum quod licet alibi perſtrinxerimus

decies repetita placebunt ſi bene dicta:quare litteris geminatis ſunt uſi artigraphi in medio ſu
perlatiui ut doctiſſimus facillimus aſperrimus.hæ.n.ſunt generales terminationes ſuperlatiuis
Reſpondeo quod nullus adhuc docuit neotericorum nec uidit qđ antiqui pluralem ſignifi-
care uolentes notarii litteras geminabant ſignificat Probus qui ſcribit coſ.i.conſul.dictum
coſſ.i.conſulibus.& item.ux.i.uxor.uxx.i.uxores cum ergo ſuperlatiuum neceſſe ad plures ſui
generis fiat modo quo diximus ad ſignificandum uim eius ex arte poſuere artigraphi litterã
geminatam unde docente Probo ſcribebant.ss.i.ſanctiſſimus.quem autem in ximus priuata
terminatione ut proximus & apud Apuleiium medioximus cum x uim habeat duplicis non
ſeruauit geminationem.quod uero in timus eſt ut citimus:xtimus facile deprehenditur quia
nullum appellatiuum figure ſimplicis t geminat.autor Papyrianus.quod uero dicitur extre-
mus ſupremus iudicio aurium factum eodem autoř uidetur dicendo ſuperrimus exterrimus
elegantiſſimeq́ probatur dixiſſe Apuleiius es antiquis extimus.de iudicio aurium lege quæ re
citauimus ex Cicerone libro ſecundo.

De Etheroclitis. Caput. xii.

Etheroclitum dicitur nomen alterius declinatiõis ut ait Seruius. Priſcianus & Cha
riſius diuerſiclinia uocant. Aliq inæqualia ut omnes uero Etheroclitũ.i. uariæ de-
clinatũ.Diomedes & Plin.noia Etheroclita uocãt anomala.i.uario flexu inæqualia
ut uas uaſis uaſa uaſorum.Domus mus.uel domi.& reliqua. Sed illud aduertẽdũ
ꝙ nomina quæ deficiũt numero:uel caſibus male a triuialibus dici etheroclita. ſed defectiua:
tum ratione.tum Plinii iudicio ut diuitiæ.manubiæ.Quæ nomina tum ſimilibus ideo adie-
cta etheroclitis:quia defectus uidetur ſpeties inæqualitatis ut formæ quadrangulum.referenti
ſubtrahat᷑ pars lineæ.& formæ circulari ſimiliter.Accidẽtia etherocliti ſunt uulgata.genere.de
clinatione.& caſu.Numero additur.quia ſine numero nulla unq̃ fit uariatio.Cum dico rhetro
rica generis fœminini.declinationis primæ in ſingulari.in plurali uero generis neutri declina-
tionis ſecundæ.etheroclitum eſt ſimiliter caſu & declinatione.domus. ficus. quorum uariatio
a primo & altero caſu per alios cognoſcitur.

Quæſtio an nomina diuerſæ ſignificationis in plurali & ſingulari iure dicantur Etheroclita. Caput. xiii.

Quæritur dubiũ an noia quæ in ſingulari nũero unũ ſignificãt,in plurali aliud,dici de
beãt etheroclita.an defectiua.ut quiſquiliũ.nã in ſingulari generis neut. in plurali
fœmin.Singulari aũt ſignificat granũ aq foliæ illicis.ut ſcribit Pli.Quiſqliæ in plu
rali ſignificat(ut Feſtus ait)Quicquid ex arboribus minutis ſurculoꝝ foliorumq́ cadit.uel ut
qcquid cadit.ſimiliter Gargarus eſt lacus unde fluũt Scamãder:& Simois. ut ait Strabo. Gar-
gara ut ẽt Macrobius eſt cacumen mõtis idæ nomẽq́ oppidi ſub eo.Reſpondeo nõ eſſe ethe
roclita.ſed defectiua.nõ.n.ulla ẽ uocis uariatio:quæ ꝯgruit etheroclito.Grãmatici tñ ut ex Pli.
& Probo legit᷑.Notarũt quædã ꝓpriã & pluraliter dicta.ut hyſmarus.mara & tenarus-ra. tar
tarus-ra.menalus-la.auernus-na.dydymus-ma.garganus.na.ſimiliaq́ cũ unica ſint cur plurale
nacta ſint queritur uſurpata ſunt reſpondẽt.ubi nota ꝙ abuſio hæc ꝓpria data eſt poetis:qui
ambitioſe plurali ꝑ ſingulari ut ora.ꝑ os.pectora ꝑ pectus uſurpãt.Licet uſurpatio nũeri ple-
rũq́ ſua ipſius rõne defendat᷑ ut ſuo loco diximus.alio uolumine. ut ergo pectora ꝑ pectus.
Ita hyſmara ꝑ hyſmarus accipimus dictum Virg.v.His ubi læta deæ ꝑmulſit pectora dictis.
hoc genus exẽploꝝ legere eſt.& hac poſitione.Notatur aliud eſſe etheroclitũ uoce ſimplici ut
tenarus.aliud uoce ſignificati.ut locus loci & loca.tunc pluriũ & unius ſignificatio accipitur q
modus nõ eſt in ſuperioribus exẽplis:nec ab hac opinione diſſentit Priſc.eadẽ ſignificatione,
igitur iure etheroclitũ eſt,qñ uero ſignificat utriculũ qđ in fœminis ueſſicæ iũctũ. & Triuiales
dicũt matricẽ.Defectiuũ eſt.Cato eo lotio ſi mulier locos fouebit nunq̃ ii uiroſi fient: ſed ethe
roclitũ aut defectiuũ locus dr̃ cũ ꝑ ſede argumẽti accipit᷑ ut docet Cic.in topicis.Locos eſſe de
bemus itaq́ licet definire locũ eſſe argumẽti ſedẽ.hæc ille.Exẽplũ quoq́ huic rei eſt ſal & ſales
Matrix,ut adoleſcentẽ inſtituamus:eſt fœmina quæ ſeruat᷑ ad prolẽ agẽdã & ſeruãdã(ut Co
lumella)octies ãno pullos creat.ſi eſt bona matrix.alibi ſint bonæ matrices. robuſti corporis.
quadratæ.pectoroſæ.magnis capitibus.In arboribus quoq́ dr̃ matrix qua planta eſt. Sueto.
in Auguſt.Apud mũdã Diuus Iulius Caſtris locũ capiẽs cũ ſyluã cederet: arborem palmæ re-
pertã cõſeruari ut omen uictoriæ iuſſit:& ex cõtinuo:nata ſoboles,adeo diebus paucis iualuit
ut nõ æquaret mõ matricẽ.ueꝝ ẽt obtegeret.hæc ille.Sol ſtella eſt ex erronibus i plurali dr̃ qa
ſcribit᷑ ab autoribꝫ plures apparuiſſe ſoles Sene,ii.q̃ſt.uult dici circulos.q uidẽt᷑ circa ſolẽ.& ſo
les ꝑ caloribꝫ.tã a poetis q̃ oratoribꝫ Quit.xi.Vitãdos ſoles atq́ uẽtos nubila.ẽt Pli.ois terra
i hoc.ii.loco dicimus ꝑfuſa aq̃ ſiccataq́ ſolibꝫ,Virg quoq́ uidet᷑ dixiſſe ſoles ꝑ ſplẽdoř ſolis q

quottidie cernitur.Cur tantum occeano properet ſe tingere ſoles hyberni . plura ſunt exẽpla.
dices ſol defectiuũ eſſe. Itemq; ſoles & pro diebus.Sillius.iii.Bis ſenos ſoles.totidem per uul
nera ſeuas emerſa noctes.ſed hoc dupliciter.nam genitiuo ſollum non habet ſimiliter in ſom
nium & hæc inſomnia.æ. Cuius Seruius & Cicero meminerunt.Inſomnium plenum.inſom
nia d f.cit.Gellius ſexto.Eademq; inſomnia crutiatos interiiſſe:

An nomina diuerſi generis apud diuerſos ſint hetheroclita. Caput. xiiii.

QVeſitum eſt utrum nomina diuerſi generis apud diuerſos ſint hetheroclita genere
ut mundus pro cœlo genere maſcu.mundum pro ornatu muliebri. genere neu
tro protulit Lucilius.referente Gellio.ſed acriori argumento. ſcrobs ant ſcrobes.
genere maſcul.apud Ciceronem & Plautum:cum ait ſexagenos ſcrobes.apud Lu
canum uero fœmininum exigua poſuit ſcrobe. Gracchus quem refert Seruius abundet foſ
ſa ſcrobis.Columella uero.v.Protinus totus ſcrobs terra compleatur ſimiliter ſilex.Virgil.Stat
acuta ſilex. & alibi ſilice in nuda,Iuuenalis cõtra nec melior pedibus ſilicẽ quæ conterit atrum
Margo ſimiliter Ouidius pleno margine terrarum,Iuuenalis.Plena iam margine libri.Stirps
quoq; Virgil.Sed ſtirpem teucri nullo diſcrimine ſacrum . Horatius Contra ſtirpeſq; raptas.
Colume. Repleam quidem ſcrobes ſtirpe depoſita nec eſt contra regulam.ut opinat quoq;
Seruius alibi Columella.Depoſitam ergo ſtirpem ideſt maleolum uel uiuiradicem ſic forma
re conuenit. dicitur hoc mendum & hæc menda.Cecinna ad Ciceronem.Nam cum mẽdum
ſcripturæ tollatur.fama tollatur.& ad Atticum.Magnum enim mendum continet.alibi uero
de libris ad Varronem defecti inquit ut uidiſti:tantum menda librariorum tolluntur.& alibi
Caſtritianum mendum.diciturq; hæc buxus & hoc buxum.ut torno raſilæ buxum.licet qui
dam ſuperflue arborrem genere fœminino uelint cum de ligno habeamus exemplum Virg.
Buxuſq; uocat berecynthia mater.labium & labia.Apuleius.ii.de Aſino Saluæ aures illibatæ
labiæ.Gellius in uerſibus quos probat adoleſcentis anima ægra & ſauoa cõcurrit ad labias mi
hi.Sabulum quoq; genere neutro.& ſabulo onis.generis maſc . apud Varronem & Vetruuiũ
pecus hæc & hoc pecu.& hoc pecus.ut infra quoq; in declinatiõe declinat hiſopus & hiſopũ.
Celſus de difficultate ſpirandi ſummenda deinde ieiunio potui mulſa aqua cum qua uel hiſo
pus coacta.Plinius.Hiſopum prithiriaſi reſiſtit.Item quod unum ouem autore Varrõe dictũ
legimus.ut Gel.xi.quoq; docet & unam ouem paſſim legimus.Pumex quoq;.g.m.apud Vir
gilium.Catullus uero fœminino.ſic ſextertius & ſextertium.prius defectiuum alterum plenũ
Non eſſe hetheroclita aſſeueramus quia in genere ſolo ſunt.ſed ut ex antiquis adnotatum eſt.
hetheroclitis oportet ſemper ineſſe rationem numeri & caſus . Idem de papyri uoce dicitur.
Nam dicitur hoc papyrum & hæc papyrus.Plinius.xxxiii. Pineis optime lignis es ferrumq;
funditur.ſed egyptia papyro.paleis auram.libro uero.xiii.Papyrũ naſcitur in paluſtribus egy
pti.alibi de ipſo quidem papyro remigi texunt.Et alibi nuper i euphrate naſcens circa babilo
nem papyrum. Intellectum eſt eundem habere uſum quem chartæ.hæc ſunt defectiua non
hetheroclita.Idem dicas Spicus ſpica ſpicum.Cicero in arato Spicũ illuſtre gerens inſigni cor
pore uirgo in maſc.genere ſi Seruio credimus utrumq; habet numerum in neutro tantum
ſingulare.& fœminino.Quintil.Imitare ſpicas herbulæ manibus ariſtis:ante meſſem flueſcũt.
ſed ſpica pro herba laudatiſſima defectiuum.cuius ſpetiem quidam ſalluncam poſuerunt.Spi
ca mutica dicitur a Varrone.quæ ſine ariſta.Amphibolon eſt ſpicilegium.an a ſpico an a ſpi
ca inflectatur.Hebenum genere neu.& hebenus muliebri.Virg.Sola India nigrum fert hebe
num.Lucanus uero hebenus.hebenus mareotica uaſtos non operit peſtes.Specus quoq; defe
ctiuum.quamuis per tria ſit uariatum genera,Ennius referente Seruio poſuit fœminino.Ho
ratius tertio carm.maſculin.quæ nemora aut quos agros in ſpecus.Virgilius neutro . quo ho
die tantum tribus caſibus ſingulari utimur.Maſculinum plurali habet omnes caſus.Aliqui ad
numerant bubo.Virgilius Solaq; culminibus ferali carmine bubo.Lucanus contra . Et lethe
lætantur aues bubone ſiniſtro.Ouidius.Infandus bubo. hæc & ſimila incerti generis ab eru
ditis habentur non hetheroclita.Quale etiam apud Varronem Culeus genere maſculino ap
Catonem neutro quid q Plautus obturat inferiorem gutturem dixit in aulularico.Et in mi
lite glorioſo adducebat gutturem. alii uero ut Virgilius guttura dixerunt.

An noia ſimiliter diuerſæ declinatõis apd ſcriptores ſint hetheroclita. Cap. xv

CRater hic.& hæc cratera.illud tertii.hoc primi flexus . & genere quoq; uariato.Per
ſius.Si tibi crateras argenti incuſſaq; pingui auro dona feram. Valerius Maximus.
Ciuibus ſuis pyrraticam exercentibus magni ponderis aurea crathera : quam olim
pythio Apolini decimarum nomine dicarant & reliqua. Declinatus arabus arabi. &
arabs bis.Virgilius. Hyrcaniſq; arabis parant.hyberus beri. hyber ris. Lucanus. Occurrat hy

beribus alter.Horatius in carminibus.Diſcet hyberus rodaniq; potor.Virgi. Ferrugine clarus hybera·Aethiops & æthiopus.narrat Ser.Exaius.ma.mū.Virg.Præterea iacet exanimū tibi corpus amici & exanimis alibi Quē ſotiū exanimē uates.Itē infrenis & infrenus.inermus & inermis.quadriuges & quadriugos.Sic Virg.x.Infrenis equi.& equos.quadriuges dixit & manus inermes.hanc uariationem inibi obſeruauit quoq; Seruius.Elephas antis.Elephantus elephāti.Aliqui dixerunt iſta hetherodita:quia uariantur flexu primo. ſicut etiam. panper paupera hoſpites hoſpita.leeno leena.draco dracena. Et pecus pecoris.& pecu.& pecus pecudis. Apu. Boues & id genus pecua dictura præſtigium.Solinus in collectaneis. Ita pabuloſa ut pecua: niſi interdum a paſtu arceatur ad periculū agat ſanetas.pecus pro omni animali. quāuis triuialis quidam cuius nomen ne ſcriptis noſtris gaudeat conſulto prætereo tantum pro ouibus putet. Virg.de Apibus loquens.Et pecudū cuſtodia ſolers.Lucilius quoq; Piſces ſquāmigeras pecudes appellauit.Itē algor oris.& algus gi.Plautus in uidu.Inopiā.luctū.mœrorē.paupertatē algū.famē.Idē in rudente dixit.Tu uel ſuda uel peri.algu·quod eſt ut cornu. Reſpoude non eſſe hetherodita quia uariatio declinationis eſt in ipſo uocis flexu.ut uaſa uaſorū.domus domi uel domus.non in recto.Non audias illos:qui nouales & noualia. inter hetherodita miſcent. Aliqui euentus.iuſſus.geſtus.actus. in ſingulari quartæ declinationis in plurali ſecundæ dicūt hetherodita.quidam uero negant:quia legitur iuſſum.actū.geſtū.euentū.Lucretius.Euentum dici poterit quodcunq; erit actum.Syllius Italicus.Seruataq; paſſim conſequitur iuſſo manus & muralia portat.& in nono.Nec iuſſo mora collectis fumantia lucent terga Elephantorum flāmis.Gel.octauo.Ab atteio capitone dictū recitat. lex inquit eſt generale iuſſum populi aut plebis rogante magiſtratu.& mox paulum.nam ſi populus aut plebs rogaretur nullum plebis aut populi iuſſum fieri poſſe:ſic poſſumus dicere de ſimilibus.ut uiſus uiſa uiſorum uiſū tamen genere neutro appellat Cicero.quod græci, φαντασμα.Ideo non uere inter hetherodita numerant.ſic Seneca actus.& acta.Cicero geſtus.geſtū.geſta.Non ignoratur Priſcianum dicere nomina diuerſa terminatione pronunciata dicit hetherodita.ut hoc emblēma.ſingulari nominandi caſu plurali genitiuo emblēmatorū.quod ideo factum quod autore Celſo inuenitur a priſcis dictum hoc emblēmatū.Sic a torreumatū torreumatorū.unde cū illi exciderint eis datiuos & ablatiuos plurale in is terminare patet.ut ſchemma ſchēmatis.emblematis. torreumatis.peripetaſmatis quibus frequenter caſibus utitur Cicero in uerrinis. Quod uero elephantus.arabus.abachus leguntur ueniunt a græco abacos abacus & ſimilia.Hæc uarietatis ratio diſputata.iii.lib.de declinatione non uulgarium.ſed quæ ſuperius dicta ſchēmatorum. & ſimilia uere ſunt hetherodita quia eorū rectus excidit remanſitq; plurale uariatū.

De aliis Hetherocditis non uulgaribus. Capnt. xvi.

Ficus eſt Hetherocditū genere.declinatione.numero.& caſu.declinatur hæc ficus fici. Iuuenalis.Sterilis mala robora fici.Quitilianus.Querenti ꝙ uxor ſua ſe ex ficu ſuſpendiſſet.quod ante Cicero.dixerat in oratore.Plinius, Caprifico uirtus rumpendi parietes.Item ficu poſuit Cicero in natura deorum. Feruntq; ſe ſuſpendiſſe e ficu. Colu.& Varro(Longū eſſet dicere oia exēpla)indifferenter ponunt ficos & ficus. & Plinius in ficorum genere caricas.Martialis ficos & ficus dici ſignificat.eo epigrāmate.

Cum dixi ficos rides quaſi barbara uerba.
Et dici ficus Ceciliane iubes.
Dicemus ficus.quas ſcimus in arbore naſci.
Dicemus ficos Ceciliane tuos.

Quod apud eundē autorē ſit utriuſq; declnationis·alibi probat Martialis res mira eſt ficus nō habet unus ager.Cato & Plinius.Ficus mariſcas in loco cretoſo aperto ſerito & alibi de ficis ſerendis.& alibi uolantes flatus in ficus ferat.& inferius ficis omnibus mollis tactus. & cū obſonii uim habeant recentes ficus.Priſcianus & Valla non de declinatione.ſed de genere ſentire Martialē putant.ut pro morbo ſit generis maſculini.Conſtat tamen pro fructu generis maſculini.quoq; dictū a maioribus.Cato.n.ait alterū librū cū gēma de eo fico quod genus eſſe uoles.& pro morbo Iuuenalis fœminino.Ceduntur tumidæ medico fidente mariſcæ.eſt.n.mariſca genus fici.ſed altius tendit poetæ ſenſus.nam ſi quid frequentius a ſcriptoribus & uſitatius de declinatione dicemus.Poeta cū ait tuos ficus.tuos eo loco eſt ſubſtantiuū.nam iſta pronoia meus.tuus.ſuus.aliqñ ponuntur ſubſtātiue inter plurima exēpla eſt illud Virg.xii.Tu ne ſpoliis indute meorū.& in prio Caſuſq; tuorū.tuos igitur itelligimus.ſ.cinedos ficos hñtes unde alibi Martialis eodē ſale ait.Vt pueros emeret labienus uendidit hortos. Nil niſi ficetū nūc labienus habet.ficetū dixit multitudinē puerorū patientiū ficos is autē morbus fit præcidēdo. Penus quoq; & declinatiōe & gñe hetherocditū eſt.Nā uirili muliebriq; genere dictū legimus

noto capite Gel. Quartæ & ſecundæ declinationis in illa neutri eſt ut cornu. penu dī Perſius in locuplete penu. & Gel. libro ultimo quaſi quoddam litterarum penu. recondebāt & tertiæ legitur ut penoris a penus. Horatius. Portet frumenta penuſq;. Cicero in topicis. Pecudis ſuppellectilem penus & cætera quo ex genere quedā nobis interdum definienda ſunt. Plautus in maſculino dixit niſi mihi annuus penus detur. Lucilius fœminino Vxori legata penus. Terēt. in ennu. Cum omnē penum congerebā. Virgi. primo æneæ. Cura penū ſtruere. Plautus Sum pronus condus procurator peni. Eſt autem genus omne penus quo ueſcuntur homines. Gel. Sic quæ longe uſionis gratia contrahūtur: & reconduntur: quia non in prōptu ſint. Sed intus & penitus habeantur penus dicta.

Domus notū. ſed nō adnumeratū. In quo nota errorē grāmaticulo℞ qui. dicunt tota domus quartæ mi. mo℞. moſq; ſecundæ. Corn. tacitus lib. xx. Initiū id pſringenda℞ domuū. uel ſi reſiſteretur cā cædis. & inferius. Caput legio tertia hyemandi cā locatur & domus illuſtres afflictæ. & idē. xv. ueſtigia ſuper erant lacera & ſemiuſta domuū & inſula℞ & tēplorum quæ amiſſa ſunt. & domus mus. in genitiuo ſingulari. Gel. pro pecuniam domus emendæ cā a reo accepiſſet non familiā ſignificat ut præcipiunt grāmatiſtæ. In plurali uero Cicero in Bruto. Hominūq; clariſſimo℞ diſcipulis floruerunt domus. domibus Cicero quoq; ad Attic. Cōcurſus fiūt ex agris & uicis ex domibus oibus Pli. quoq; i plurali quartæ & ſcdæ declinatōis. Virg. x. Nos ſumus ideæ ſacro de uertice pinus. & in buc. Menalus argutūq; nemus pinoſq; loquētes. Vas. ſis. ſa. orū. deriuatū ab eo ſeu inflexū qd' Pri. dixere uaſum ſi. Luc. terīq; facit lateramina uaſi. Succus ci. ſucco℞ & ſuccuū legi. Apuleius. x. me. amor. Altet cocus qui ſapidiſſimis nutrimētis ſucciuim pulmenta condita uapore mollibat anito.

Laurus inter hetheroclita eſt quia in plurali quartæ ſecundæ. Virgi. incende bitumine lauros. In æn. Qui tripodas clarii laurus qui ſidera ſentis. ſingulari quoq; Pli. Ea lauru quæ ei miſſa e cœlo minima eſt altitudine. & Horatius ſub lauru mea. Tacitus. Quā Cremonenſes lauru roſiſq; conſtrauerant Colus. Ouid. Et minuent plenas ſtamina noſtra colos. Cic. in orat. Quādo ad me uenis cū tua colu & lana. Ser. dicit melius poni ſecundæ Illū ſequitur Tacitus. xvii. Populus cū lautu ac floribus galbæ: Imagines ea℞ tēpla tulit. Et notes cū laurus quinti eſt flexus caret lauruū & laurubus. ut diximus. ii. uolumine. Faſtus pro ſuperbia. quarte declinatiōis. quando aūt pro libris in quibus erant cōputationes die℞. ſecundæ & quartæ. Lucanus. Nec meus Eudoxi uincetur faſtibus annus. Dicit Seruius Lucanū erraſſe. Sed uideat queſo ue ipſe potius ſomniauerit: nā Varro dixit. Cæſar faſtus correxit. & Col. elegātiſſimus ſcriptor ſequor Eudoxi & methonis antiquo℞ faſtus aſtrologo℞. Sen. in breuitate uitæ. Ad faſtus te & annales perducā publicos. ſecundæ uero Ouidius dixit. Angiportus quo: uidetur poni inter etheroclita nā ap̄ Vetruuiū primo Legitur Angi porto℞ Angi portuū Angi portis.

Queritur a curioſis ſicut dicitur rhetorica cæ. pluriū numero rhetorica rhetoricorū. cur nō itidem grāmatica co℞. Quibus reſponde rhetorica. plurali ſignificari libros de arte ipſa: ut Cice. primo rhetorico℞ Non primo rhetoricæ. huius opinionis fuit Theodorus philelphus & Gregorius tiphernus. quo℞ manu exēplaria oſtendit mihi Domitius chaldarinus. ſed grāmatica. logica. dialetica. philoſophia. quia titulo operis carent non ponuntur pluraliue. nā loquendi ratiocinandi ſcitenia una eſt: licet diuerſis exhibeatur modis. ideo ſolemus dicere Diomedes. Probus. Donatus. Priſcianus. non in grāmatica. & Plin. in libris dubii ſermonis: qd' ſi dicatur Pli. in grāmaticæ licet fœtidū ſit fœtidū id excuſatur quia alios extra grāmaticē libros edidit. & Chariſius de principiis grāmaticæ. Papyrianus de orthographia. Varro de lingua latina. Herodianus de puritate ſermonis. Seruius in arte. Ser. in cōmento. Ariſtoteles uero in logica nunq̄ niſi triuialis dicit ſed in prioribus poſterioribus perhiermiinias libris in elenchis & ſimilibus de latinitatē ſeruantibus loquor. Non ignoro pleroſq; barbarie cuncta fœdaſſe. Quod dī primo phiſicorū. metheoro℞. œconomico℞. ethicorū. quia partes operū ſignificamus titulo ab eo ſic impoſito. Dicimus quoq; grāmaticus. dialeticus. rhetoricus. ethicus. ſiſicus. noie pfeſſionis nō magiſterii ut triuiales aiunt. Topicus non profeſſionis ſed rei eſt. Sed ut redeā unde digreſſus ſum eæ uoces libros & partē ſignificāt. Cic. ad trebatiū. Itaq; ut primū uelim nauigare cœpi inſtituiq; topica Ariſtotelis ſcribere. i. libros topicæ. Et doctiores buccolicā. georgicā. pro libris dicunt. partes uero & libros pluraliter enūtiant: ut primo georg. Aliqui ſapdæ prima georgica: ſecunda georgica & deinceps dicere auſi. Marcellus uidet̄ approbare opinionē noſtrā q aliqū ait primo æneido℞. iii. æn. Qui uero ſingulariter primo æneæ. ii. æneæ. & ſimilis ratio eſt quia poeſis ſub poetice eſt. & Theodorus gaza dicebat ſicut terra ſingulari totū plurali partes ſignificat. & caro ſimiliter & carnes. ſimiliter cœlū & cœli. ita noibus iis uerbis pluralia ſignificant. illis hetheroclitis addito æneis thebais. æneida æneido℞. thebaida thebaido℞ ſi ñ accidigraris

ſequi Marcellum. nec omittas delitiæ: quod nomen aliqui defectiuum per numeros faciunt. Nam i ſingulari delitiũ eſt: ut Martialis Stellæ delitiũ mei Colũba. Cic. ad atti. Sed et delitium digama uiderã Copa Virgiliana parce illi ueſtrũ delitiũ eſt aſinus. in plurali Sue. Titus amor ac delitiæ humani gñis. Quid q᷑ antiqui dixerũt delitiã. Pla. & Ge. recitãt mea uoluptas mea delitia. ſed eſt inter renũtiata antiquitati. Alias uero ethimologa delitia dr̃ genus tigni qd̃ a culmine ad tegulas angulares infimas uerſus faſtigiatũ collocat᷑: uñ tectũ delitiatũ & tegulæ deliciares.

De Hetheroclitis in qbus errãt triuiales & de non uulgaribus. Cap. xvii.

Carbaſus. ſimile eſt illis ſibillus. locus. iocus. Val. Max. de ſeruata religione. Qua adorante cũ carbaſum quẽ optimũ habeat foculo impoſuiſſet: & ſubito ignis emicuit dictũ ab antiquis. Pri. docente genere neutro carbaſum unde poteſt ueniſſe carbaſa eſt aũt carbaſus palliũ quo flamines amiciebantur. Virg. viii. Eum tenuis glauco uelabat amictus carbaſus. Tul. in uerrẽ. Tabernacula carbaſeis in tenta uelis. ponit Marcel. aliqñ pro uelo. Virg. Subitoq; inflatur carbaſus auſtro.

Suppara quidã ponuut tanquã ſupparus ſit fœminini generis. ſed errant. Eſt enim ſupparũ genere neutro unde non dr̃ uere hetheroclitũ. Plau. in epidico. Supparũ aũt ſubnimiũ eſt ricã baſilicam ad exoticã. referente Marcello eſt lineum femorale ad talos pendens. diciturq; ꝙ ſub tus appareat. aliqui dicunt camiſiam aliqui interulam.

Iugerũ eſſe a doctis putatur quoniã Pli. ait. c. xx. pedũ terræ ſpaciũ duplicatũ in longitudinem iuggerũ faciebat. & alio in loco. Serere in iuggero tẽperati ſoli. & reliqua. Item ap̃ Colu. Tribullus tertiæ declinatõis: ut multo innumerã iugere paſcar ouẽ. Varro in primo de re ruſt. inquit. Quot iuga boũ ſingulis iuggeribus ſatis ſint. & Mella põponius de araxe fluuio ultra quam canalem habet euehat plus iuggeris ſpatio ſublimis & aquis pendentibus ſemet ipſum ſine alueo ferens. cũ iugger ſit tarum prima poſitione per hos caſus diuerſidiniũ quãtum indulgeat artis ratio patiamur dic: ut domus. mus. mui. domo ita iuggerũ iuggeris iuggeri iuggero uel iuggere iuggerorũ iuggerũ iuggeris uel iuggeribus iuggera notũ eſt. Præſtigiũ ii. præſtigie arũ. Cic. in orone pro rabirio Alexandriã cognoſcimus illic. n. omnes præſtigie illic inquã omnes fallaciæ. Quinti. iiii. Et huius uelut præſtigiæ plauſum potat. Et ex orone Scipionis Gellio & Macrobio afferẽtibus præſtigias inhoneſtas. Moſen dixit Plinius præſtigii parentẽ nõ ignoro tamen quoſdam præſtigias dixiſſe Canidias.

Cæpe cæpæ ab eo quod eſt cæpa dictũ. Colu. Lachrymoſaq; cæpa. quia uſus autorũ retinuit hoc cæpe probatq; Priſcianus dictũ hetheroclitũ antiqui cæpitium dixerunt.

Balnea meritoria dixit Plin. in epiſtolis ad Gallum pro loco quo uulgo conferunt ſe lauatum præmio dato. Iuuenalis dixit balneolum hodie ſtuam.

Suppellex ideo hetheroclitum eſt quia antiqui declinabant ſuppellectile lis. genere neutro Cicero probat in topicis iis uerbis. Quæ cerni tangiq; poſſunt ut fudũ ædis parietes ſtillicidium mancipium pecudem ſuppellectile & cætera.

Colus quoq; uariat declinationẽ. dr̃ colus li. lu. ſexto caſu. Ouid. Et minuent plenas ſtamina nr̃a colos. Satius. vi. theb. Sed huius extremo iam fila colu datur ordo ſenectæ: & in tertio: Nigræq; ſororũ iurauere colus.

Hiſmara. tenara. mænala. auerna tartara. & ſimilia cum ꝯſtet eſſe ꝓpria locoꝝ a pluribus antiquorum dicta, uſurpatas eſſe dictiones a ſingularibus ſignificat Pli. ſicut Liui. drepanis plurtiue. quo Polyb. drepanũ Pli. & Virg. Quid ꝙ pectora & colla de uno tantũ dñr ornatus cauſa ita hæc noia in hoc caſu uſurpata iudicari poſſunt Sappho Ouidiana mea pectora planxi de ſe loquens plurima nota ſunt exẽpla. Vir. de deiph. Litterũ crudeliter ora. Herod. dixit elegãtiam catachriſticã nec tamen improbatã. Si modeſta alias uitioſam infinita pene exẽpla.

Labruſca in ſingulari generis eſt muliebris Virg. mopſus ſylueſtris raris ſparſu labruſca racẽis in plurali uero neutri protulit in culice denſaq; uirgultis auide labruſa petuntur.

De defectiuis & q̃ male defectiua dicta a triuialibus Caput xviii

Defectiua noia dupliciter cõperiũtur aut per caſus. aut per numeros. ſed nota ꝙ nulla dictio põt eſſe defectiua per caſus q̃ nõ ſit in numero. ſed non contra. ubi nota modum defectiuorũ interim pendere ab uſu ſcriptorũ interim a naturali rõne q̃le docet egregie Priſc. arma. Nã cũ ſit omouimũ uel unicũ: quæ ſingula ſignificat pluritnum habet ſignificationis rerum ut arma pro inſtrumentis bellicis enſis galea thorax pro inſtrumentis aliaꝝ artiũ patet. Virg. Colligere arma iubet ualidiſq; incũbere remis. & i georg. dicendũ: & quæ ſint duris agreſtibus arma: & cõtra aurum ferrũ argentũ: quia nõ ſunt huius multiplicationis capacia: ſed una tm̃ ſignificatione naturæ non admiſere plurale.

Viſceris caret ntõ & uocatiuo. Seruius. Noiatiuus eſt hoc uiſcus. Lucreti. Viſcus gigni ſangſq;

creari.ſed hoc excidit uiſceris appellatione. Cor dixerunt antiqui. cum rex Pyrrhus ex Italia
diſceſſiſſet.cor in extis auriſpices aſpicere cœperunt,Cæſari dictatori.quo primū die ueſte pur/
purea proceſſit.& ſella aurea inſedit:ſacrificanti bis in extis defuit.unde queſtio magna de diui
natione argumenrantibus potuerit ne ſine illo uiſcere beſtia uiuere.an ad tēpus amiſerit. plu/
rali uero carnes q̄ ſub cute. Virg.ſic uiſcera nudant.Cice.Sipartiatæ uero pueri ſic ad aram acci
piuntur:uerberibus ut multus e uiſceribus ſanguis exeat.In albano monte dabatur uiſceratio
ideſt caro uiſcera aliunde inteſtina.Senec.de aqua nouactina.Nec aliter quā gypſum ſub hu/
more conſtringitur:& alligat uiſcera.hoc modo dicitur defectiuum a Diomede per numeros.
Frux quoq; dicitur ab Auſonio.Ante equidem campis quam ſpicea ſuppeteret frux.& Feſtus
Pantices frux uentris:qđ eſt contra regulas triuiales:ſeu nota autore Varrone ꝙ frux a natura
eſt frugis nominandi cā ꝯſuetudine ſicut hæc eo eis male ipreſſum ē in Priſ.fruges a librario.
Si enūtiādus eſſet rectus in iis q̄bus deficit dictiōibus. periphraſi utemur hoc mō pulchritudo
eſt ī meo celte qa meꝰ celteň dr̄.uel alio utēdū eſt uocabulo qđ id ſignificet ut mel:qa mellibꝰ
non habet fauis dices:& ſic de ſimilibus.Quod uero lateris dr̄ falſum eſt.Nā Vetruuius in pri
mo de archi.Sed ubi ſunt ſaxa quadrata:ſiue ſilex:ſiue cementū aut coctus later ſiue crudus:er/
go error eſt in illis regulis:ubi lateris defectiuū per caſus ſingulares ponitur.ſic Martia.capel.in
quinta ſpecies eſt ut paſſer,anſer.later.mulier. quæ a ſecunda ſpecie hoc differunt: ꝙ illa cum
cremento ſyllabe.i.littera finiuntur ut gener.
Specierū & ſpeciebꝰ a ſpecies Ci. autore i Top.nullo mō latie dicimus.cuiꝰ uerba recitauimus
ubi de ſpecie nois.Quintus ſidoniꝰ in poſteriore deuiauit. nā ſpeciebꝰ dixit lib.i. ad Copānū
& ad heroniū dixit ſpebꝰ.& ad Eutro.Simul & aioꝝ ſpebꝰ erectis fas ē đ cætero ſpare meliora
Crux quoq; genitiuo caret plurali:qui crucum dixit ferat exempla.
Vinum non ponit̃ inter defectiua autore Pli.xy.Vinū in quo ſapores plures ſentiunt̃: ut ul/
nis nāq; iis & auſterus & acutus & dulcis & ſuauis.&c.& cap.yi.Vinoꝝ flāma accēdit̃.&.xiiii.
Cætera uinorum medicaminis tāta uis eſt. Sen.quoq;.Crebris uinis menſam diſtractā ait.
Vitaq; Cicero.iiii.de finibus bo.& mal.ait duarū.n. uitarum nobis erūt inſtituta capienda.
Scopa pæ.Co.lib.xiiii.caput.xviii.ubi tractat q̄ ſint parāda uindemiæ deriuatiuo diminutiuo
dixit ſcopulā deide pēicillo detergit̃ & feruētiſſima pice īfuſo nouo alio rutabulo e ſcopula pi
catur:ſcoparii miniſtri.qui pauimēta detergūt ſordibuſq; purgāt.Vlp.de inſtructo fundo. Si
uilla cultior ſit accedere inſtrumēto fundi atrienſes & ſcoparios.Quod uero apđ Tranqllū eſt
Scopa de nerone,quidā nou ꝓbant eā lectionē ſed aſcopetram legunt.
Mors quoq; non eſt inter defectiua.Lucanus,morteſq; cruento uictori rapuere ſuas.yi.quoq;.
Et pauet hemonias & moribus inſtruit artes.& alibi.yii.Mortibꝰ innumeris ac ſingula fata ſe
quentē & alibi eodē læſiſti ſuperos ut te tot mortibus una.Pli. de aſtrea arbore qua in domū
illata difficiles partus fieri produnt:morteſq; miſeras,Sen.in na.queſt. Ergo in tātis erroribus
es ut extimes deos mortiū ſigna ꝑmittere.Iul.Firmic.in ꝓhemio. Hinc mortiū nobis uarietatē
fata deſcribunt.Cicero.Mihi quibus uidemus optabiles fuiſſe mortes,
Muſtum dr̄ in plurali ſic ut grō & ſexto careat in qua lege uolūt eē mare, ſed hoc uidet̃ poſſe
defendi a defectiuoꝝ regula.Cæſar in cōmē.y.ait.aut paulo latiores q̄ quibus utimur maribꝰ
Et Priſc.ſe apđ.Neuiū bel.pu.maꝝ ꝑ mariū legiſſe refert.Q.quoq; Curtius.y. Mare caſpium
dulciꝰ cæteris igētis magnitudinis ſerpētes alit.ſic aliq̄ frumēta ſed fruſtra.Nā Vir.Mox & fru
mentis labor additus ſimiliter freta.Colu.atq; ut & littorū ſic & fretorū differētias noſſe opor
teat.& Apuleius Occeaniq; fretis centeno iungit̃ amni.loquitur de gāge. Fumus. Ouidi. iiii.
faſt.Cerulei fiant puro de ſulphure fumi.fumoſq; Virg. dixit.
Nex legitur.gtō & abltō pluralibꝰ deficit,Pli.xxxvi. Ad quāq; multorum neces ſit neceſſe iſta
facere.Cic.ꝓ Milone.Inſidiatori uero quæ poſt iuſta nex inferri

Catholica Caput. xviiii.

ADuertnedum ꝙ res inanimatæ ſecundi flexus carent uocandi caſu niſi figuratæ uel
ꝑ ꝓſopopiā enūtiēt̃ ut locus ň dr̄ i flexu loce.cus.ce.pōtus te.clauus ue.uētus re.cal/
ceus cee.ludus de.murus re.oculus le.naſus ſe. palus le.populus ꝑ arbore. populē p
apoſtraphā dixit Oui.Populē uiue ꝑcor. ꝑ gēte o populus facit ut Luca. degenero
populus & populē lectū ē.Fluuius o fluuiꝰ.lucus o lucus dixit antiqtas ꝑlibata tā rōue.Malus
ꝑ arbore ň niſi eadē dicas male pirus re.& ſimilia.Sic ī ſingulari charta papyrus.Gyrus anulus
focus malleus coſtꝰ & mille alia quoꝝ ſimilis ſignificatō ex āndictis diligētius iuētū ſe offeret
Daps noiandi caſu legitur.Caro ubi daps profanata Comeſtaq; erit uerno arare incipito &
alibi Daps Ioui aſſaria pecunia urna uini ioui caſte.
Latebra biga.quadriga inueniunt̃ ſingularia Pli.xxxy.Et in eodem capitolio. alia quā Plan/

cus imperator poſuerat uictoriæ quadrigã inſublime rapiens. non tamen triga dicitur cũ lega tur trigarum .i. certamen curruum qui a tribus equis ueheretur no. eſt a nobis indoctorum indagine. Miror Gelliũ non obſeruaſſe ſicut ap Var. in ſatyris. Similiter a Scatebra. Pli. ii. Scatebra in caſſinare Fluuius frigidus abundanter æſtate Liuius. x. hac ueluti latebra inſidiarum freti ſamnites. Suet. in Iulio. Cõmutare latebrã cogeretur ab iis extractus e latebra. Columella donec ad latebrã perducatur. Gellius. xiii. quũ latebra peccandi perpetua nulla ſit. Suet. in Tib. Vix unius bigæ adiectione honorari paſſus eſt Stacius roriſera placidũ tenuauerat aera biga. Gyros ait Seruius nomen inuenimus exin de non inuenimus. Quin. xi. pleriq imprimi quæ dam ueſtigia aio nõ uelut in gyris anulorũ ſigna ſeruentur exiſtimant. Colume. me mea calliope tenui decurrere gyro. Cice. de officiis. i. Sic homines ſecundis rebus effrenatos ſibi quã præſidẽtes tãq in gyrũ rõnis & fortunæ duci oportere. Gyrorũ uero nõ legiſſe memini & gyri

De noibus maſculinis defectiuis per caſus in plurali pter uulgata. Cap. xx.

V Tris. g. uirili deficit gtõ plurali ſignificat aũt coriũ quo liquamina & oleũ cõtinent. Virgil. Vnctos ſalire per utres. Sueto. in Clau. in nixus inflatis utribus. Plin. xxviii. Cinis hyrcini utris uitrearii ſiſtit ſanguinem. Similiter tuſſes dixerunt ut Plin. tuſſium non legimus. Cinis ab erudito ponitur inter defectiua contra Suetonius in Domit. Ciam intulit cineribus ſuæ filiæ. Ouid. viii. meth. Plus cinerũ hemoniæ ſulcis telluris aratũr Ouidiana Penelope. Verſa eſt in cineres ſoſpite troia uiro Seneca de conſolatione ad Albinam. Qu s ergo non ſuperetur ſupra cineres. C. Pompeii. Dolus caret genitiuo plurali. non enim dolorum dicimus ut putát ut a uoce Inflexa a dolor. ris. differat refugium eſt uulgi. ros quoq rores in plurali rorium deficit. Adeps adipum non habet cum adipes legamus & adipibus. Plin. xi. Apronii conſularis filio detractos adipes. Quintili. ii. Itaq ſibi attenuandos adipes. Columel. de boue habilis enim & modica corporatura pecoris operari debet eſſe neruis muſculiſq robuſta non adipibus obeſa. Varro in re ruſtica. Ponit genere fœminino non de hominibuſq ſolum & animatis. Sed de arboribus quoq dixit Plinius nec omnibus adeps carnes ue largæ ſicuti nec animalium acerrimis.

De nominibus defectiuis fœmininis per caſus plurales præter uulgarium opinionẽ & uulgata. Caput. xxi.

S Oboles genere fœ. gtõ dtõq plurali ſextoq deſideratur Columel. x. cuſtodiri debere ne nouæ ſoboles deffugiant licetq a luna legatur apud Virg. Lunaſq ſequẽtes tamen eſt defectiuũ quia aliud illud plurale ſignare uidetur. Hoc item illud uita uitas licet legamus Terent. in adel. deniq inſpicere tanquã in ſpeculo uitas hominum iubeo unde fit ut ita pro principio uiuendi uel re ipſa reſpiratio. Quia una eſt uere defectiuũ. Sed quia modi uiuendi diuerſi ſic pluraliter enunciantur ut mors quoq diximus.

Glorias quoq ponit Capella in. iiii. ubi dialetica inter latiales glorias & Gel. gloriarum dixit qui ſingulos artus ſuos fortunæ producendos daret queſtu atq compendio gloriarum. quod ideo fieri poſſe arbitror ſubiecti ratione nã inquit Seneca gloria eſt umbra uirtutis. & Gellius primo. Has illas inanes cũ flaret glorias. Luces Apul. in colm. de Cometis. Sed plerunq luces iſtæ repentino ortæ ſtatim occidunt. Oui. vi. faſt. Lucibus dixit aſpicit initãtes medius ſex lucibus idus. & in eodẽ poſt. vii. luces iunius actus erit. & in. iiii. Sex ubiq reſtant luces aprilis habebit. Martianus nutanti cum ſomno lentum lucibus.

Labes quoq Gellius pluratiue dixit contra uitiorem q fraudes animorũq labes ac peſtilentias aſſeuerabat. Vehes fœ. deſiderat gtũm & dtũm pluralẽ. Col. de hoc pinus quinq &. xx. pedũ dr uehis ulmus & fraxinus. xxx. Sexagenũ pedes abies & populus ſingulis opera ad unguem quadrant atq oẽs hæ menſuræ uehes apdellant. Pax paces hẽt plurali. Horatius in epiſt. hoc paces habuere bonæ & alibi. Bella quis & paces longum diffundit in æuum.

De Neutris pter uulgata. Caput. xxii.

S Olum declinatur. Sicut ordeum mel & ſimilia Virgi. primo georgi. Nec ſaturare fimo pingui pudeat ſola legimus quoq ſolorum alia ſignificatione apud Ciceronem quinto tuſch. Calciamentum ſolorum callum eſt. Eſt autem ſolum quod ſuq ſupponitur. Vnde naui ſolũ dicitur mare & Ouidius aſtra tenent cœleſte ſolũ aliquando ponitur p corio & eo ſenſu eſt uerbũ Tul. Mar. quoq. Et mordere luto putre uetuſq ſolum & alibi pictorum ſola baſiata regum. Altum. i. mare ſimiliter defectiuũ. Virg. Tranquilla per alta collum Simile eſt nam collorũ & collis non legimus. Os uero oribus habet nõ orium Virg. x. Centenaſq manus quinquaginta oribus. æuum. æuis habet plurale. Virgilius ad Ruffinum perſequar ut cunctos nulli datus omnibus æuis thymũ thyma pluratiue apd Horatiũ thymorũ raro thymis. Ita centaureũ herba eſt cichoreũ in eadẽ regula radix laudata ab

Horatio genus in tubi erratici.meminit Columella & Pli. Defructū eadē lege defruta non de
frutorum nec defrutis.Pli.iii.Ipſa quoq; defruta ac ſapas.Cum ſit cœlum ſine luna hoc eſt in
ſideris eius coitu alio die coqui iubent Virgilius in georgicis.aut igni pinguia multo defruta:
Ieſculum a iecur Plinius ieſcula murum dixit.Iecur iecinora. Plinius bina iecinora leporibus
circa briletum & tarnem & in cheroneſſo non iecora iecorum iecoribus dicitur carpobalſamū:
Balſamum opobalſamum xilobalſamum.nota lectione Pliniana.ea ſunt fructus arbor oleū
liguum.Iuuenalis ſpirant opobalſama collo non balſamorum dicitur & ſimilia farra quoq; a
far Virgilius.Hyberno lætiſſima puluere farra. reliqua deſiderat. Similiter pecu pecua habet
pecuum pecubus uideris exemplum.Similiter allium allia & ulpica genus allii.Columella.ul
pica quæq; fabis habilis fabrilia miſcet Sic muſtum.Tibullus pinguia muſta lacu. fartum ele
ctrum illud prætereo hoc Virgilius Sudent electra myricæ. id autem eſt ut ait Plin. Aurum
quinta argenti parte appoſita. Dibaphum purpura bis tincta non dibaphorum. Quidā ſub
nectunt melos ſed hot infra.

De Defectiuis per numeros.Sed prius de macte.ſponte.tabo.necnon
præſto.femine. Capnt. xxiii

MActe in uocatiuo tantum ponunt quidam. Virgil.macte noua uirtute puer ſicitur
ad aſtra.i.magis aucte. Seruius dicitur autē ab eo quotiens.n.aut thus aut uinum
Super uictimam fundabantur dicebantur mactus eſt taurus uino uel thure: hoc ē
cumulata hoſtia uel magis aucta.Statius.vii.theb.Macte animo iuuenis.i.perfectæ
indolis legitur tamē & mactus Cato domo familiæq; meæ mactus hoc ferro.i.magis auctus
Macti in plurali.Pli.ii.na.hiſt.In laudem aſtrologorū.Macti ingenio & cœli interpretes rerūq;
naturæ capaces. Turpilius in lentadia Mactis geris perii nō puella eſt.Lucrer.L.v.ut autē ſæpe
boues lutæ ferro male mactæ.Macto quoq; dicitur Cato harunſce rerum ego macto hoc por
co piaculo imolando aliquando ſimpliciter ennunciatur ut macte ſcribas Cicero ad Atticum
dixit.Sponte ſua & ſuæ ſpontis legitur apud Plinium & Collumellā.x. de Cythiſo eſt.n. ſa
tiua altera & altera ſuæ ſpontis &.xii.ſuæ ſpontis aquam Gellius.xii. ait mortem ſuæ ſpontis
& primo Celſus.cap.primo dixit ſanus homo qui bene ualet & ſuæ ſpontis eſt & Auſonius
ſponte ablatinus caſus qui rectus erit ſpons. Tabū legimus tabi & tabo nota ſunt. Quint. de
clama.xix.Et expreſſum dentibus tabū & exhauſtæ oſſibus medullæ quantulū.n. corporis fa
mes relinquebat.Præſto nomen aliqui per omnes caſus intellectus flexu uariant alii nominan
di caſu tantū accipiunt quod magis laudo ſignificatq; cōmode ſineq; intermiſſione aſſiſtentē
& paratum ad ſeruiendum uel aliquid agendum ut ſum præſto tibi in quē ſenſum uerſus eſt
ille Gellianus & Mineruā teſtor non ancillulā potius officioſa dicto citius præſto.Cice.pro.L.
Mutena ad iudices ius ciuile didicit multū uigilauit laborauit præſto multis fuit multoꝝ ſtul
titiam perpeſſus.Et in epiſtola ad Sulpitium de.C.Auiani liberto hāmiano in me ipſum ma
gna officia contulit mihi moleſtiſſimis temporibus ita fideliter beniuoleq; præſto fuit ut ſi a
me manumiſſus eſſet & ſic dicitur præſto adſum non cito ut uulgus ſomniat. Sed ſine mora
ſeruire putatus.aliqui utile dixerunt:alii ad utilitatē paratū & dipoſitū.Cic. Moderatrix oium
pſto eſt ſapientia reꝝ.Alii ſtatim interpretant̄ aduerbiūq; putāt.Femine.i. parte anteriore fēo
ris Virg.x.Eripit a femine ubi Seruius teſte Capro dicit femen nulli lectum eſſe.

Quesitum a diſcipulis noſtris utrum nomina propria dicantur Defectiua. Dicebat Frāciſcus
Sacratus diſcipulus noſter Priſcianus enim Credit ea carere plurali. & cum plenam uocem ha
beant effici appellatiua ut Brutos Caſſios Antonios. Ego antiquorum grāmaticorum uera
opinione & græcorum imitatione dico uirorum propria habere plurale Plinius & Chariſius
Seruius in cōm.ſic ait, Nā quod propria nomina pluraliter declinantur ſciendū eſt nō ab uni
us nomine procreatū pluralē ſed multitudinem nominum hoc facere. Sic marios magnoſq;
camillos dixit.Et hac ratione amoris etiam inhoneſtis dici poſſe arbitror in quo exemplo Ci
ceronis obiter utar ad Atticum ultimo pyliæ ſalutē dices & atticæ.delitiis atq; amoribus meis.
Sed quid dicimus ſi uideamus tres uno nomine uel Antonii uel Iulii uel Pauli nonne dice
mus tres Antonios uideo non ternos tres Iulios nō ternos.Item nec triplicem antonium nec
triplicem Iulium.nam hoc adiectum in uno eſt ut triplex gerion triplex cerberus:hoc probat
præterea græcoꝝ imitatio & autoritas qui nominibus propriis dant ſingularē dualem & plu
ralem ut hic æneas hii duo æneæ plures æneæ Cur magis id græci ꝙ latini facere poſſunt?
Non ne ouidiana Laodomia.Et multos illic hectoras eſſe puta.Nōne Cicero tres Ioues Quat
tuor ueneres & ſimiles poſuit cum propria ſint.Ad hoc contra uidetur illud tritum proprium
eſt quod uni ſoli rei cōuenit & quod dicit Seruius in cōmento.Neq;.n.pōt res unius in plura
lem cadere.Si dicis Franciſcū non niſi perſonā quæ eſt Franciſcus ſignifico quis ignorat ꝛ unū

non eſſe plures.Quis neget plures non facere numerũ:Si oſtendis mihi tres homines eo noīe
etiam tu non potes capere aliud niſi ſigillatim unam quãq; perſonam quæ per id nomen ſi-
gnificatur diſtincte in aliis uero confuſe.eſt ratio appellationis nã ſi dico lignũ nulla diſtictio-
ne ſignifico uel fraxinum uel abietem.Si homo Petrum uel Ioannem. Si dico petrum nõ ni
ſi eum qui eſt Petrus.Si.dico petros non niſi diſtincte hunc qui eſt petrus uel dicitur & hunc
qui dicitur petrus.Si ratio pluralis accidentis non tollit proprietatem ſubſtantiæ.Cũ ergo Lẽ-
tulos Fabioſq; dicimus pro familia ſine diſtinctione hunc uel illum accipiam tũc appellatiuũ
defectiuũq; per numeros & ſi duæ ſint familiæ lentulorum una romana alia gallica binos len
tulos dicam non duos & ſic in ſimilibus at ſi uideam duos quibus nomen ſit Lentuli uideo
Lentulos duos non binos dicam . Sic duo Catones duo Scipiones dicuntur cum proprie ca-
pimus. Et Martialis duos Senecas unicũq; Lucanũ.Sic duos Statios duos Homeros legimus
Hoc unde ratio ſuperius libata eſt.Maiores pro iis qui ante nos uixerunt.ſic & minores poſte-
riores dicimus defectiua.Cicero in Catone maiore nec dubitat agricolam quamuis ſit ſenex
querenti cui ſperat reſpondere diis immortalibus qui me non accipere mõ hæc a maioribꝰ no
ſtris uoluerũt.ſed ẽt poſteris prodeſſe. Virgil.noſtroſq; huius meminiſſe minores.
Querunt grãmatiſtæ quod patet An propria locorum quæ unica ſunt an defectiua ſint ut ro
ma athenæ & fluuiorũ ut Eridanus Tiberis.Nylus Reſpondet ratio quod deficit defectiuũ di
cendum ergo quia deficiunt.per numeros natura & uſu defectiua ſũt .Sed notẽt curioſi.Qua
re nomina unius pluraliter ut uenetiæ & plurium ſingulariter ut italia quæ plures hẽt gentes
dicantur .Reſpondemus quod iam prælibatum eſt ratione totius quod unum eſt ſingulare
pluſquam plurale ſignificat non dico plures ut terra totum terræ partes.Sic ergo recte uenetia
regio uenetiæ quæ ad eius comparationem pars ciuitas dicetur pluratiue.Aliquando propter
magnitudinem ſingularem numerum in plurium uertant autores ut Horatius magnitudi
nem romæ conſiderans poſtquam cœpit agros extendere uictor & urbes latior amplecti mu
rus urbes dicit romam.Aliquando tamen apud autores ſingulariter inueniuntur ut Virgilius
Argolico ue mari deprehenſus & urbe mycenæ .Statius.viii.theb.uiue,ſuperſtes abi direq; ad
mœnia thebes.Solus abi Iuuenalis atq; uetus thebæ centum patet obruta portis . Si hæc con
ſulerentur exempla ſummouetur illud qđ aiũt uulgares pedagogi factum ratione differẽtiæ.

Præter uulgata maſculina. Caput: xxiiii.

MVſcus,unde muſcoſi fontes.Apuleiius tamẽ in.ii.de aſino dixit Saxum inſurgit ſpe
luncæ modum muſcis .Sed hoc deſideres in.Aliis ſcriptoribus.Salcaret plarali Col
lumella tamen ſalibus integris adoperiunt orcus.i.Pluto.aliquando pro īfernoqua
ſi urgus ut ueranius gloſſemmatis dictum eſt apud antiquos ratio eſt cũ orco qñ ẽ
peſtilentia autor Varro iis uerbis.Et.n.ubi ratio cum orco habetur non ſolũ mõ fructus incer-
tus ẽ.Sed uiuentium uita Marcor uocabulum Plinii.xxii:ſi ferri uel calidiis:aliqua rubigo uel
panni marcor affuerit.Item robus autore Columella frumenti genus pondere & nitore præ
ſtans id eſſe arbitror quod uulgo rizum idem aliqui putãt ador ros roris rorium.deficit rores
legimus apud poetam & roribus Columella.Item ceſtus cingulo ueneris ad cuius ſimilitudi-
nem fiebat zona nubenti legitimo matrimonio unde inceſtum dicimus non legitimo matri
monio.Sed ſacrilegio. Caſtũ quoq; neutro legimus.ſed alia ſignificatione autore Varone in
re ruſ.quando bipedales e ſurculis furcillæ ſubiiciuntur uiti ne pendeat aut funiculo aut uictu
id antiqui uocabant ceſtum Sopor.i.ſomnus aliquando mors horas.Ergo & quintilium per
petuus urget ſopor .Vncus pro ferro quo corpora noxiorum mortuorum:ue trahebãtur. no
tum apͩ Sueto.& Senecam.Item calibs.Er dictus uulgo bolus.Varro ad hunc bolũ peruenias
Caret plurali herebus profundior inferni pars.Item cultus qui a Plinio dicitur aurum quod
ita diſpoſitum eſt ut ornamentis ponatur equorum uulgo ſolium auri.Item halo qui eſt cir-
culus circa ſolẽ uarii coloris qualis eſſe in arcu ſolet.Hic autore Seneca uiſus quo die Auguſtus
ex Apollonia reuerſus alia ſignificatione propriũ uiri. Arabo quoq; nis . Quod inquit Gellius
in ſordidis haberi cœptu pro eo dicimus arra.i.pignus.

Præter uulgata fœminina. Caput. xxv.

ELoquentia proſapia memoria Gellius dixit in libris ueterum memoriarum Vectu
uius dixit quoq; memoriarum gradibus.A doria.i.gloria uerbum Apuleii.vii. aſini
arena ſi Gellio credimus a cæſare poſitum ẽ inter iſta ſed autoritatem conſuetudo
ſuperauit & Gellius.v.ſumptum miniſtrauit & philoſophias docuit . Culpa rabies
ſanies.pubes.ſocordia.Maſtix.Pli.Addita maſtice aloe.Quid requies in quies ſubſtantiuum.i.
turbata quies Pli.de uicãda ebrietate & quæ ſit pœna preſens furiales ſomni & iquies noctur
na plebs pix aliqui tamen declinant plebes . Auſonius in precatione matutina cõſona quem

celebrat modulata carmine plebes Lucanus.iii.uulgus aliud ... plebes ieiuna timere. Liui us·iii.de belpu plebes timebatur dixit Lucanus.vii.decipitur quod caſtra rapit capit ipſa ple' bes·pleriq; uirtutum nomina addunt ut charitas pietas iuſtitia.q.ſ ſi pluratiue legatur modũ ſignificat Cicero in officiis.Sed omnes oium charitates patria una complexa eſt alibi domeſti cæ fortitudines non in fauores militaribus.hæc.n.theologi dicunt habere plurale non ratiõe eſſentiæ.ſed modi. Nam charitas una eſt.Sed diuerſimode operi eſt ita fides & alia ſpes item le gimus tamen plutatiue preter genitiuum datiuum & ablatiuum·Vitiotum nomina eandem quam uirtutem feruntur hẽre rationem.philoſophia ponitur cum tamen Cic.duarum philo ſophiarum dixerit in orat.Ira itarum habent.iris nũquam bilis.i.colera.defectiuum eſt per nu meros pituita Pli.pituitas pituitarum nunquam oliuitas.i.oleæ uindemia ponit Col.¦Autũni tas quoq; ab antiquis. autũnus ut nota in autũno. Prauitaſq; Pli.xv.accedere etiã prauitati rõ uidetur.Similiter eſt apud eundem pinguitudo .Item ſpata inſtrumentum pharmacopolarũ Pli.medicinam permiſcentes ſpara ter die.Tellus pro dea terræ & pro terra nõ mõ apud poe tas .Sed alios quoq;.Pli.xxxv.d ferro ſi quidem hoc tellurem ſcindimus.ferrimus arbuſta.xxv auriferam tellurem exoſculans ex teſponſo.Talio·i.pœna talis qualis merebatur accuſatus le ge Gellium lib·xv.cap.primo.Seneſta item & ſeneſtus .Nota qđ Seneſta ut ait Seruius apud antiquos erat inperfeſtum nam dicebatur ſeneſta ætas Saluſtius Seneſta iam ætate poſterio' res uero omiſere Pli.pauſia ſicyonibus amauit in iuuenta ſua gliceram municipem iuuentus uero pro multitudine iuuenum Virgil.Non arma iuuentus exercent ſed ſeneſtus ubi ſignat etas unde Marcello teferente Seneſtutem etatem malam accipere dicere & . Cic.de ſeneſtute maluit dicere qđ cum iam ſeneſta etate incipere uocem herrere ſuadente romulo grãmatico autor herodianus. Vix itaq;ſimplex in Secunda leſtione remanſit Græca item qualia Cal' liope Clio grãmatice Dialetice poetice deſiderant pluralia .Quidam addidere gaza Lucanus tamen.vii.premunt tentoria gazas.gazarum non tamen dixerim nec gazis ora pro fune na' niſtut Liui.viii.de.ii.bel·pu.trahant ſcalas oras ancoraſq; & Fab.oram ſoluentibus bene prece mur orarum & oris rariſſimum de hoc In libro.x.de indagine doſtorum curioſus leges .& errorem beroaldi noſtere erit adde annonam.defeſtiuis.

Neutra non uulgaria defeſtiua. Caput. xxvi.

ALbum pro tabula Pli in pfatione non eras in hoc albo.Suet.in Tib.quoniam ſi pateretur aſcribi albo & in Nerone nomen ſuum in albo profitentium & in pluri bus locis quod uero dixit Perſius per me quidem ſint oia protinus alba declarauí' mus eo loco in comentariis noſtris dicebatur album cytharœdorum in quo ſcribe bantur cytharœdi quando certamen muſicum profitebantur.Apuleius album muſarum.vi. de aſino aureo quæ uelut ſcribæ Iou s numerum habent deorum deoſue annotatos . is liber album muſarũ uocatur ab aurore illo.Meditulium apđ eundem.i.medii loci ſpaciũ & mediũ diei apđ Liuium.xxxxvi.& Tacitum media dierum non legit·Mellimeli liquor faſtus ex me le in quo cydonia ſumerſa ſunt declarat Collumela.Quod uero dicunt aſilum hoc ordine fal ſum eſt ſic.enim Liuius libro quinto de bello macedonio templum eſt Apollinis dælium im minens mari quinq; millia paſſuum ab tanagra abeſt minus quattuor inde milliũ proximus in eubœam.eſt maris traieſtus ubi in fano,locoq; & ea religione & eo iure ſanſta quoq; ſunt tẽpla aſſila.g.appelãt.aſſilorũ nõ legi de aiali nulla ẽ queſtio.Seniũ qđ Iteri ſeneſtutẽ ſignificat Tacitus.xvii.tumore ſenium Galbæ & inuẽta otoniscõputãtiũ.cœlũ quoq; ponit inter iſta ſe cũdũ Cæſaris analogiã quã recitat Gellius:& nos id natutaliter.eſſe docuimus ſupra adiditq; triticũ addimus ſabulũ.uox Varrõis uetruii & doſtorũ.baculũ.Ouid.baculũq; tenens agreſte ſi niſtra.Teruntiũ qđ ꝑ minimo ꝓtio ponit Cic.ad Atti.In aliq̃bus locis ut illud.y.Cũ teruntiũ nego ſumptũ faſtũ.Vitus indeclinabile eſt & uiri tñ legit Lucre.dicit primordia uiri.Epityrũ ꝯdimẽta qdã oliuarũ ap Col.Itẽ oxiporũ genus moreti qđ notũ ẽ carmie Vit.Mineruai quoq; . cœua ut Var.i.iii.Illiciũ itẽ qđ eodẽ autore.ẽ ꝙ allicit.Si trãſituræ ſunt apes apiaſtro pſricãdũ. qđ illiciũ hoc illis.Me iudice ſi qs dicat illicia:ut ſola nõ dãnabit.Solũ ꝑ ifima caſei pte . caret plurali.Itẽ appiũ herba.Itẽ Intũ.batatrũ.haliſcaſtrũ.i.ſemẽ trimẽſtre.põdere & bõitate ꝓcipuũ põit Col.Similiter uetuaſtũ.i.terra reſoluta.gauſapa aliqs caret.Item uumerum pluralẽ deſi' derãt.Gelu.mãe.faſcinũ.i.mẽtula.uulgus gñe neu.nã ſi maſc.dixit Tul.quẽ maxie colũt uulgi & Iſopũ ꝑ herba.licet Celſo autore & iſopus dicat.Pli.xxiii.Iſopũ i oleo ꝯtritũ Phrinaſi reſiſtit Noia pharmacopolarũ.qlia ſunt piper.zinziber.coſtũ.Cinamomũ amomũ.Perſius licet dixe' rit uariis luſtatus amõis.Agaricũ·Euphorbiũ.&.ſimilia neſciunt ſuũ plurale.Siler.Irẽ Virgi. & molle ſiler.lenteq; geniſte. Ceruleũ.i. arena quædã.cuius autore Plinio tria ſunt genera. Item iubar. neſtar buxum . & ſi Propartius iaſtabat ttuucans ad caua buxa manus . butyrum

Epar licet epata non nulli. Papyrum . Abdomen· Summen. quod antiqui uocabant docente
Plini. xi. Mammam ſuum lac priuſquam caleret ſue occiſa. deaſſabatur minime aſſueto eiiciēs
Hoc etiam hodie ſeruatur Romæ ab aliquibus. Item fel chaos ſinapi quamuis Plaut . in pſeu
dulo dixerit teritur ſinapis & Colu. flectum factura ſinapis. Zacharum. quo litteratores Zu-
charum Plinius Zucharum eſt mel in arundinibus collectum Gumium modo candidum
dentibus fragile qui dicūt gummi carere plurali. antedicto exemplo coarguūtur . niſi reliquos
caſus accipiamus. hoſtum caret plurali. dicitur quod ex uno facto olei reficitur. Dicitur autem
factum. Item defectiuum. quod uno tempore conficiunt: oleum quod alii quadraginta eſſe
modiorum. alii centum uolunt. ſtratū qd' ſuperponitur equo uulgo ſellā. Seneca epiſtola. xlvi.
Stultus eſt qui equum empturus: non ipſum inſpicit. Stratum: ac frenos eius. Pli. tamen. vii.
ſtrata poſuit non tamen ſtratorum, nec ſtratis. Sinum p̄ro uaſe prima longa. Virgi. Sinum la-
ctis & hæc tibi liba Priape quot annis expectare ſat eſt aliqui tamen inflectunt ſinus. Quipo-
nunt fanum non placent ipeſt templum. Nam Cic. in Verrem ex fanis religioſiſſimis ait. Mā-
phur quoq; ut Feſtus. lignum medioctis longitudinis loro circunuolutum· quod circunagūt
fabri in operibus tornandis. temetum ideſt uinum. Callum. Cic. in tuſc· Et ipſe labor quaſi cal
lum quoddam obducit dolori. Sabulum quod ponit Plin. xxxv. caput. xiii. & alibi. Inſtar in-
declinabile. licet Probus inſtaris dixerit. Melos Martianus tamen Capella in nuptiis tu uatum
mela dulcibus camœnis. reliquis caret. Sed ego dixerim uſurpatum ab eo quod antiqui decli-
narunt melum li. teſte Terentiano. qui ſic ait de atſi. & the'i. quicquid iſtis diſcrepabit abſonū
redet melum. Hinc melorum genitiuo plurium dixit Boetius ſeuerinus in generibus cantile-
narum iis uerbis dicendum eſt de generibus melorum ſunt autem tria diatonum croma enar
monicum. Zitum quod apud Diodorum eſt potus ex ordeo Colu. ut peluſciaci proritet po-
cula. Ziti aliqui tamen maſculino dixerunt Vber pro copia Lucanus. iii. Vbere uiro glebbæ
ſuperat ceſſantibus aruis. Virg. in vii. diuitis uber agri. Capital pro faſcia qua capillos capitis cō
nectebant. Metallum uena eſt completum eſt. Sed que metonymice metalla dicuutur carent
plurali. ut aurum argeutum & ſimilia. adde tertiarium. quod uulgo peltrum uocant. In quo
duæ nigri plumbi portiones tertia albi. Argentarium quod uulgo cuprum uocant. ut docēte
Plinio accipitur. Electrum poſuit Priſcianus non ſine errore Virgilius pinguia corticibus ſu-
dene electra myricæ non tamen electrorum dixerim.

Epityrum Pli. xi. na. hiſt. Laudatiſſimum & epityrū gregibus ſua laus. ſua laus agrigētino ma
xima æquante gr̄a fumo & Plau. in milite unū epityrę edam apud illū· eſt aūt genus ædulii ut
notat Varro quo ſicilia utitur. hoc uoluit intelligi apud Mar. Georgius merula exclamat in do
mitium ubi Mar. de caſeo uelabrenſi in domitiū pace eius dixerim affectate nugis q̄ iure garrit
nam recte intuenti lēmati non reſpōdet diſtici cū re uera Martialis inibi tractet de caſeis ui-
detur p̄terea aduerſari plinio qui lib. xi. cap. xlii. caſeum romanū celebrat ait. n. laus caſeo romæ
ubi oīum gentium bona iudicātur. eſt aūt uelibrū romæ· Et putandū eſt Martialis potius eſſe
romanum hominem q̄ alienas gētes laudare uoluiſſe rectius ergo domitius.

Aes uero habet æra. ſine aliis uocibus pluratiuis. Virgilius. Atq; æra micantia cerno. pro inſtru-
mento metonymice ponitur. ut Virgilius Quo non præſtantior alter. ære ciere uiros martēq;
accendere cantu. aliquando pro armis· unde æratas acies. i. armatas. apud Virgilium. unde ære
us. ea. & æneus. a. um. Garum quoq; de quo Pli. liquoris condimenti ue genus exquiſita inte-
ſtinis piſcium. cæteriſq; abiicienda ſunt ſale maceratis. ut ſit illa putreſcentium ſanies. Hoc olim
conficiebatur ex piſce quem Garon uocant titulo Garum iſtud eſt ſecurum Garo meminit
Plin. xxxxi. cap. viii. Alex qdā halec qd' reſte Auguſtino maſc. diximus ap̄ Catonē & Pli. xxxiii.
fœminini gn̄is. & ap̄ Colu. haleculas diminutiuū legimus. Alex ut Pli. eſt uitiū liquoris Scom
bri piſcis impfecta nec colata fex. cœpit & piſciculo. qui apua dr̄ a noſtris: a græcis ἀφύη qm̄
is piſciculus pluuia naſcit̄. apd' magos nomen eſt lapidis halec uero piſcis dr̄· gn̄e neutro dixit
Horatius lib. i. primus halec primus & inueni piper albū. Pli. uero dixit halecē alia in. ix. ſignifi-
catōe alias loci ſiue montis. Itē plurale neſcit Crocū. Curtius ubi crocum gignitur licet maſcu-
lino quoq; genere legatur. unde crocos accuſandi caſu . Iuſtitium unguenq; defectiua apud
Apuleium unguine delibutus. & Colu· unguine aceti quod in anatibus ſaltus thynnus te-
mittit: ponit quoq; Varro. ii. de re ruſt. Specimen quoq; dixit Auguſtinus in grāmatica nō ad
mittere plurale. Adde prædictis Auricalcum. Cic. panuicū. miliū. & ſimilia frumentis legi iam
diximus. & farra· Eruum. oleū. oliuū. mulſum. fœnum a quo fœniſcitium. Item acetum. anetū
& ſimilia deſiderant plurale. uirus in prima lectione dictum uirus ri. Lucretius lib. iiii. Deniq;
cor hominum cum uiri uis penetrauit. Sic etiam pus caret plurali & olim dictum pus putis.
Lucretius. iii. mutatā parte ruina. Itē gelū li. poſuit lib. v. aſſiduuſq; geli caſus & in. vi. Sepe geli

multus frigor fatendnm eſt in prima lectione dictum eſſe gelum geli & id q̃ꝛ caret plurali ſicut & Nilum quod eſt apud Lucretium uſitatum pro nihilũ qđ & ipſum deſiderat plurale Nemo caret plurali generis cõmunis: & aliqua omnis generis indeclinata ut ſeſqui ideſt una & media pars unde ſeſquipes. ſeſquimenſis. ſeſquihora.ſeſquibrachium leguntur quidam ad dunt Nihili.nequam.quos ſignificatio hinc arguere poteſt & deſiderium hinc exempli tutari paret.

Maſculina ſemper pluralia præter uulgata.& inibi ſuper quibus errata ſunt regularum. Cuput. xxyii

SCyri ſpeluncæ frumẽtariæ loco granarii.Sub terris ut eſt in Cappadocia:& Thra cia autor Varro.Carceres ſi Seruium audimus.unde incipiunt curſum.Virgi.ut cũ carceribus ſe ſe effundere quadrigæ.Sed Cic.refellit ait.n.a calce ad carcerem reuo cari:& pro loco ubi coercentur homines pluratiue.Firmicus in prologo de mario. Ecce exul in paludibus mittitur.nec ibi latitat ecce carcerum ſqualloribus premitur.Seneca de ira plenos carceres.loci quod uulgus matricem.Antes pro ſultis Columella ſitientes protegat antes.Cani pro capillis.Canzelli.i.clatratæ unde canzellata cutis elephanrorum dicitur a pli nio fori.i.loca ſpeculactorum:etiam pro ſuis columella anguſtoſq; foros tranſuerſo limite du cens.dicitur & ubi remiges ſtant.Pilæ.i.anguſtiſſimæ locorum fauces uel munimenta ut re fert Curtius.iii.quæ manu ponimus naturali ſitu imitante.Loculi apud Martialem Eburnei & diuerſæ materiei.Iuuenalis.loculis comitantibus itur ad caſum tabulæ paſche circuli centra les dix mus.iii.libro de pari declinatione.Natales primates.optimates.Cic.tamen ad Atticum pudet te parum optimatem eſſe & primatẽ Apuleius.ii. aſi. pugilares.ut Diomedes & antiq; Auſonius tamen peonius abuſus eſt pugilar:qui ait bipatens pugilat expedi.primores. Quiri tes tamen Horatius ad Pãphilum ſodalem dixerit quiritem.ii.carminum.Iuuenalis gaudia lõ ga ferat tamen ima plebe quiritem & Perſius quibus una quiritem. uertigo facit & Horatius ad Numitium & amici dona quiritis.Claudianus quoq; in nuptiis honorii auguſti & mariæ dixit.Epuliſq; iam repleto reſonet quirire tybris.Procerem caſu accuſandi & Iuuenalis Agno ſco procerem ſalute getulire.Sales.i.dicta mordacia græci αωο τεγματα quo titulo liber eſt Plutarchi.uepres.ephemerides libri qui latine diaria ſingulorum dierum ut Gel.acta continẽt. Libri plurali numero pro filio etiam dixerunt antiqui. ut Gel.ii.nec tamẽ dicitur liber.Lemu res.Apuleius tamen lemurem dixit in ſocra.Sentes addit Phocas.Quidam annales quod fal ſum eſſe arguit Gel.qui ait annali tertio & alibi annalem.unde uigeſimum . niſi annales dicas libros plurali ſingulari partes ſignificari ut ſic annali.iii.i.tertio libro annalium. paſchæ ut Ve ctruuius.viii.orbiculi per quos peruolitat ſempiterno cœlum. Maiores pro antiquis . Mino res pro deſcendentibus & nepotes Virg.noſtros fata manere nepotes.alibi noſtroſq; huius me miniſſe minores.aliqui hæc promiſcua putarunt.

Fœmina ſemper pluralia præter uulgtaa. Caput. xxxviii

ARæ pro loco proprio.Virg.Saxa uocant Itali.mediiſq; influctibus aras Fauces pro ingreſſu.Virgilius Inde ubi uenere ad fauces graue olẽtis auerni. Additur ædes pro palatio:Vnde ædes neronianæ.Item Ciceronianæ . Minutiæ ideſt partes partium dicuntur poſuit Iulius Firmicus.dicens ſigna habere.xxx.potes. pars autem in mi nutias diuiditur.lx.Me tamen iudice non pœniteat quem dixiſſe minutiam.Illecebræ quidã ponunt.Gel.tamen dixit animoſq; animum cum audiendi quadam illecebra induit.& in.iii. Illecebræ uoluptatiſq; plenuſq;.& Liuius.x.ad quam illecebram cum commoueretur nemo. Cunæ.Fores.Sed Ouidius conſtitit ad geminæ limina prima foris.Verbenæ arum.i.ediuncu la Terẽtius ex ara ſumme uerbenas.Verbenna in ſingulari eſt nomen herbæ medicinæ.Genæ prædictis docente phoca additur Ginginæ inimicitiæ.littere pro epiſtola.Cicero tamen in ora tione pro deiotaro paruam inimicitiæ culpam.dixit relinquebas.Gel.quoq; ex Ennio inimici tiam recitat.Areæ pro reſplendore repercuſſo ex corpore rotondo.ut exponit Seneca in natura libus.Deliriæ quoq; Plautus tamẽ poſuit delitiam de hoc ſupra.Neniæ.Grates.Sarranæ.Sor tes.Sordes.Lactes.Tenebræ.Perſius Pulmone & latibus unctis. Ofiucie uerba detrabentia & nocua ponit Gel.xiii.Scopæ ſi antiquis credimus.Copiæ pro multitudine.Sed Virgil. quæ ſit me circum copia luſtro.Et Cice.ad Atti.ut Brunduſium ducerem hanc copiam quam ego habeo mecum epiſtola eſt.M.Marcello &.L.Lentulo Coſſ.

Neutra ſemper pluralia:prӕter uulgata. Capur. xxix.

CRonica libri temporū.ut Cronica Euſebii.Cibaria.Crepundia.iuga.i.ſumma mōniū.roſtra ubi concionantur.Cunabula.Flabra.i.uenti.Quo & ſignificato flamina. uiuaria quoq; ponimus quӕ ut Gellius nunc dicuntur ſepta in quibus ferӕ uiuӕ paſcuntur Scipio dixit roborari:quod eſſent ſepta tabulis roboreis.Itē apiaria loca ubi ſunt aluei apium & idem mellaria ut Varro.grӕce melliſſones dicuntur hyberna ꝑ locis ubi hybernant milites.Cӕſar ex hybernis deducit Similiter Munia.i. grauamina populari.i.unde immunis ponit Liuius.apud quem & Statiua.i.loca militum & Cor . Tacitus ſӕpe mūia dicit & alii.Bellaria.Vellaria Iuuenalis pueros ad uellaria raptos.Crepundia ornamento muliebria Plautus in rudēte nihil peto niſi ciſtellā & crepūdia.Millia ſi audiamus Gel. plurale eſt mille ſingulare.Cicero pro Milone.Quo infundo propter inſanas illas ſub ſtructiones : facile mille hominum uerſabatur ualentium.alia enim ratione mille hominum & mille homines dicitur.Liuius.Mille paſſuum aberrant.Spolia ponit Phocas.Sed Iuuenalis ait actoris aurunci ſpolium.Caſtra pro militibus loca.Caſtrum uero locus ut Virgil.Caſtrum inui.&.G. Pom.Domitio Firmo progreſſu in caſtrum truentinum.pugilaria ſi grammaticos ſequimur tantum dicimus.ſed doctiores reclamant.Auſonius ait,Biparens pugilar expedi.paſcua quoq; ponit Phocas unde uidentur fortaſſe errare qui inter Defectiua ponunt.Ancilia licet Iuuenalis ancile dixerit Liuius primo.Cœleſtiaq; arma quӕ ancilia uocantur . Sic Bacchanalia cum Plautus in milite dicant Bacchanal facitis .

Relatiua carent uocatiuo quia uis relationis.non poteſt exprimi per uoces ad alium quod ex Chariſio ſequitur Priſcianus in hac lege ſunt interrogatiua redditiua diſtributiua carent uocatiuo quia ad certam perſonam.Hӕc autem incertӕ ſunt perſonӕ uel diuerſӕ.

CVR. LANCILOTTI PASII FERRARIENSIS LAVREATI. Ad Tadӕum Vgoletum Parmenſem Libri Octaui de Litteratura non Vulgari.

PRAEFATIO.

SVPERIORIBVS libris Noua opis Caſtigatiōe poteris uir Eruditiſſimorum ſpecimen cognoſcere qui ſint ex albo abraſi . Tua autem probitas uirtus humanitaſq; ſtabili titulo dedit ēe nomē tuum. Viſumq; mihi eſt apollineis adytis id poſuiſſe ut pote hominis. Cuius humanitas:gratia : ingratitudiniq; aliena uoluntas reponit ingratiſſimoꝝ dāna dominū huic. uolui ſignare libello te repeto.cuius doctrina & eloquentiӕ ſummus gradus non latinӕ modo ſed grӕcӕ facundiӕ ſpecimē clariſſimum niteſcit . At dices abraſi ſunt ex albo aliiq; poſiti.An illud ignoras quod aiūt Ingratis gloria nulla uenit? Accipe igitur Tadӕe clariſſime librū octauum de Litteratura non uulgari Lanciloti in te amoris pignus & monumentum. Vale.

De Aduerbiis localibus Caput. Primum

ADuerbia localia(ut uulgato more. loqnar)uidētur fortaſſe Curioſis aptius ueniuſtiuſq; conuenire poſt prӕpoſitiones.Sed regularū ſcriptores id nō ſeruaſſe opinor propter ea nomina quӕ(ut ait Herodianus) inſtar ſunt aduerbiorum uel quӕ ut aliqui antiquorum funguntur officio aduerbii & uice & contra aduerbia pro nominibus.Sicut igitur noīa alia in ſyntaxi poſita ſunt.ubi melius cōgruere uidebātur. Ita quӕ aduerbialē tranſeunt ad regulā:quibus neceſſaria eſt aduerbiorū ipſoꝝ poſitio ꝙ localia dicta ſunt.Locus(ut ait Varro)eſt ubi quid locarum eſſe poteſt ut nunc dicunt collocatum ueteres dicere ſolitos apparet apud Plautū filiā habeo grandē caſſam dote atq; illocabilē neq; eā locare queo cuiquā ubi quicquā conſiſtit locus dicitur.unde locarīū quod datur in ſtabulo & in taberna ubi conſiſtant loca & locabilis antiqui & localis ſcriptores ſequentes.

Aduerbia localia ſex ponūtur intellige principalia.i. ad quӕ referūt.alia aduerbia localia:& uoces fungentis uice aduerbii.In qua re animaduertendus eſt error illoꝝ qui aſſeuerant eſſe dicēdum ito in ciuitate:in qua eſt gymnaſium non ubi eſt gymnaſium parco illius nomini qui

hoc tradidit & docuit Cicero pro tabirio uenire in eũ locũ ubi patendũ eſt & alteri inſeruien
dum ſit. Virg. vi. Dirigite in lucos ubi pinguẽ diues opacat ramus humũ. Aduerbia. n. localia
uim habent interim nominis. Virgi. genus unde latinũ. i. a quo. Terenti. a prædonibus unde
emerat ſe audiſſe. i. a quibus & Hora. contra Leuinũ Valeri genus unde Superbus Tarquinius
regno pulſus. i. a quo Cic. ad Atti. Noſti hunc fundũ quo uenimus. i. ad quẽ. Superius & infe
rius. i. in loco ſuperiore & inferiore in loco aduerbia. alibi aliubi inter alia non uulgata poni
mus Plinius. xxxiiii. aliubi uena. Bonitatẽ hanc præſtat ut in noricis aliubi factura ut Sulmo
ne. Inibi & interibi poſuit Gellius. præcipue eſt in tertio quo ait Interibi dum pugna fit ad lo
cum ſupta infta de loco ſuperne inferne. Cælitus funditus radicitus ſtirpitus. unde præterea di
citur. i. quo iure Virgilius Vnde etiã tẽplo triuiæ luciſq; ſacratis cornipedes arcentur equi. Ali
quando iungitur cũ nomine ut Virgilius. viii. Qui genus unde domo. i. ex qua domo. quod
Q. Sidonius ſecutus. ad Eripiũ dicens hæc relinquamus idq; unde cauſa ſermocinemur. i. a
qua cauſa. Supra ſignificat aminentiã altiorẽ ꝙ ſuper Virgi. Olli ceruleus ſupta caput aſtitit
hymber. & contra ſuper caput eſt pileũ non ſupta caput. Superne a ſuperiori parte Horatius
Mulier formoſa ſuperne non male dixeris etiã in ſuperioribus. de loco uero illud eſt Lucani.
Deſcẽdit Titareſſus aquas lapſuſq; ſuperne Gurgite penæi. pro ſiccis utitur aruis ſubtus cõmu
ne eſt & ad locũ & in loco & per locũ: eo modo quo Cato Ficarias crates imponito & frigus
defendant & ſolem uti ſubtus homo ambulare poſſit dicimuſq; intus ſum intro uado. Teren.
in and. acceſſi intro idẽ eſt ne intus Pãphilus? alibi tamen in Phor. Sequere me intus. intro ẽt
in loco dictũ eſt Cato Intro quæ dolitabunt & ſuperius dixerat. Si quid mali intus erit. Sene
ca in libro de ira. quid intro putas animũ. Cuius imago extra tam fœda eſt. dicitur quoq; ra
dicitus. i. cum radice alii ab radice. Cicero philoſophia eſt quæ uitia extraxit radicitus. Cælitus
uero a cœlo funditus a fundamentis publicitus ponit Terentius & Apuleiis non a publico lo
co, ſed pro eo quod eſt publice. Et autor hic dixit dextrorſum leuorſum. ſiniſtrorſum Cato po
nit ſurſum uorſum. Hactenus ut multi una pars orationis eſt ſignificans huc uſq;. alii uolunt
duas ut ſit tenus hac. Sed ait Seruius melius eſt accipere unam partem.

Quorſus & quorſum legimus Seneca quorſus inquis hic pertinet ut nemo ſe iudicet tutũ ui
detur autẽ compoſitũ ex quo & uerſus ubi accipienda eſt elegantia uerſus eleganter opponit
ut romã uerſus ſimiliter uſq;. Sed aduerte uſq; etiã de loco habere modũ ut Terent. in eunu
cho. Ex æthiopia uſq; hæc eſt. Dicitur romã uſq; licet Priſci. Herodianũ ſecutus ſuſpicatus ſit
eſſe aduerbiũ aliquando tamen hæ dictiones anteponuntur ubi iudiciũ pollet aurium de quo
diſputatũ, Sulpius Ciceroni ex aſia rediens ab ægina megaram uerſus nauigarẽ. Cicero ad Ap
pium. Cum ego laodicea uſq; ad Iconiũ iter fecerim. ad Atticũ. Q. Filius uſq; puteolos. uenit
Pli. in uiris illuſtribus de Appio Claudio Ethruſcos domuit uiam uſq; Brunduſiũ inſtrauit. ali
quando tẽpus. Cic. ad Lentulũ: hac cõtrouerſia uſq; ad noctẽ ducta. & aliis nominibus ut uſq;
ad necẽ apud Terentiũ utrunq; brachiũ aduſq; articulos poſuit Apuleiius in floridis. aliquãdo
uerſus additur præpoſitio. Saluſtius in Catilina in Galliam uerſus in hiſpaniam uerſus

Tenus eſt in præpoſitionibus tamen quia aliquando localis uidetur. hic dicetur genitiuo abla
tiuo c'aris ab autoribus iungit' ut Crurũ tenus humero tenus hoc Seneca in na. queſt. Illud
Virgilii in georgicis. Et crur; tenus amento palearia pendent. Et in. ii. æneæ. Capulo tenus abdi
dit enſem. Sueto. in Tib. Antio tenus abfuit nuſquã. & in Domitiano titulo tenus uiuotenus
Conueniet deinde radi falce uiuotenus. ut a uiridi cortice ducat cicatricẽ. Apuleiius in floridis
dixit cum ſe aquila nubiũ tenus ſublimaſſet. & alibi pallio tenus philoſophos imitaretur. Cæ
lius Ciceroni. Cumarum tenus coluerunt.

Inuenitur regionaliter. i. per regiones Apuleiius in coſmog. Cũ regionaliter uideantur peſtife
ra. Vtrinſecus. i. tam ab exteriori quã inferiori. Cato Vtrinſecus cuppã materia ulmea aut fagi
nea factura. Inuenitur forinſecus. Pli. xiii. de ferula lignũ omne corticis loco habet hoc eſt fo
rinſecus. Sed hæc materiã ſignant. quidã ponunt eminus & longe aduerbia de loco. Ad aliqñ
ſignificat uerſus aliquando in ut uado ad tẽplũ. i. uerſus templũ uel in tẽplum. utroq;. n. mo
do poteſt intelligi Virgi. primo æneæ. Regina ad templum forma pulcherrima Dido inceſſit.
Si uero dicimus in tẽplũ uado ſpacio propinquiore ingreſſum intrare ſolũmõ ſignificamus
& hæc eſt uera differentia licet aliæ regulæ aliter tradiderint ꝙ ad aliquãdo ſignificet in pro
bat illud quod dicitur uox uenit ad aures non apud aures uel uerſus aures, aliquando ſignifi
cat ante. ut ad tribunal. i. añ tribunal. Suet. in Cal. Cũ ſummis honoribus functos adeſſe dum
ſibi occurrere togatos per aliquot paſſuũ mill a & cœnanti modo ad pluteũ modo ad pedes
ſtare ſuccinctos linteo paſſus eſt Virg. natũ ante ora patris patrẽ qui obtruncat ad aras. aliquã
do ſignificat complementũ uel extremũ rei Plinius ultimo exceeſcitq; in dies eius rei luxus

murrhino.lxxx.Sextertiis empto capaci plane ad ſextarios tres.Aliquando ad ſignificat tēpus Valerius.de corpore Hippo fœminæ huius ſepulturæ datum ad hoc tempus tumulo contegit.i.uſq; in hodiernum diē.Ad interim particula adiunctiua ut. Donatus ait.quale eſt admirabiliter.ualde mirabiliter.aduerto & ſimilia.

Dicimus p tribunali.i.In tribu.p roſtris.i.in roſtris aliquando uicem ſigniſicat ut. Terē.In andria ea lege ut ſi te inde exemerim p te moiā.aliquando ſecundum ut pro meritis.i. ſecūdum merita Terentius hoc tibi pro ſeruitio debeo.i.ſecundum ſeruitutis legem dicitur quoq; elegāter pro indiuiſo.i. nulla habita uel facta uel reputata diuiſione uocabulū eſt iuris. Et Plinius quoq; ait pro indiuiſo femine a corio ſeu menbrana alibi de pannico milium ac panicū pro indiuiſo & paruis auibus expoſita ſunt.

Appoſitio quādoq; dicitur poſt Perſius o Iane a tergo quē nulla ciconia pinſit Cicero ī bruto aliter poſuit cum ait neq;.n.uero.M. Cælium prætereundum arbitror quæcūq; eius in exitu uel forma uel mens fuit qui quā diu autoritati meæ paruit aliis tribunus fuit ut nemo cōtra ciuium perditorum popularemq; turbulentiamq; dementiamq; a ſenatu & a bonoꝝ.cā ſteterit Conſtantius quam ſi dixiſſet pro partibus ſenatus & bonoꝝ & ī epiſtola ad octauiū dixit a ſanguine & incendio ſeruorum capitolium tuebatur.i.capitolii.tutamine repellebat cedes & incendia a ſeruis in quem ſenſum uenit illud Virgilii defendo a frigore myrtos diciturq; a ſtudiis præfuiſſe ſtudiis dicitur & a libellis qui præſunt libellis ſupplicibus imperatoris. Sueton. in Nerone Iuuante epaphrodito a libellis.diciturq; a pugione qui geſtat pugionem principis ut Lampidrius in commodo Cæſare inter quos libertinus qui a pugione appellatus eſt. diciturq; a pedibus Seruus itineri deſtuatus Cice. ad Atticum.viii.nec ullam aliam ob cauſam policem Seruum a pedibus meis Romam niſi hoc ideo dicitur quia ſeruorum alii erant ad iter deputati tātum ut irent quo herus iuberet a pedibꝰ dicebant ſeruos alii ad accipiendas uel diſtribuendas quas dictarent uel componerent litteras a manu dicebantur unde amanuenſis legitur apud Suetonium. Vnde ait Cice. Licinium ſeruum Gracchus habuit ad manum.ſic polybium a ſtudiis narciſum ab epiſtolis pallantem a rationibus dixit Sueto.in Clau. dixitq; Cice.in oratore a cæteris ſilentium fuit ideſt omnes ſiluere.A pedibus quoq; ſignificat ab inferiori parte Martialis cum retro pueris obſonia tradas.Cur non menſa tibi ponitur a pedibus. Alia quoq; eſt elegantia dicitur hæc res eſt a Pomponio.i. Pomponii uel autore pomponio dicitur.Cicero ad petum quare tibi nihil opus eſt illus a trabea.& Terentius in And.dic clare a uobis eſt ideſt ueſter.& iniurias a calceatu dixit Plinius.xxviii.i.quas fecit calceatus quod optime congruit regulæ recitatæ a nobis in.vi. Idiomatæ actiuorum. item a punctis dicitur qui præerat redditui aquarium ut frōtinus.ii.de aquaꝝ ductibus punctam.n.redditū aq̄rioꝝ dīt. Ab aliquando ſignificat finem uel principium temporis Columella cōuenit plerumq; ab hora ſecunda ob ſideri.xii.Cultam ueſtitamq; familiam utiliter magis quā delicate ideſt diligenter munitam a frigoribus & hymbribus.quod ſignificat contra frigora & hymbres dicimuſq; ocyum eſt a bellis ideſt remota ſunt bella uel poſt bella. uaco ab operæ ſum ocyoſus. Ex aliquando de loco cum uerbis apte.id ſignificantibꝰ ut ex templo ueni cum ſubſtantiuo uerbo aliter eſt.nam ſi dico ſum ex gallia.i.ſum gallus.Terentius in andria ex andro. Hæc eſt ancilla pro eo quod ſi diceret andria. Templum de marmore ideſt marmoreum. Virgil.Solido de marmore templa.& uinum ex ſpongia legitur apud Celſum.i.uino madefacta & panis ex aqua & ſimilia.& uinum ex aqua pluuiatili mixtum.& ſpongia tincta ex uino apud eundē habemus.Sicut radix cocta uel ex mulſo uel ex aqua.Pharmacum liquatura ex roſa.

In ponitur aliquando pro inter ut in nobis unus doctus pro inter nos.Quintil.neq;.n.tyburchinabundum & lurchinabundum.Iam in nobis quiſq; dixerit.aliquādo pro ſuper ut apud Gellium uehens in equo.i.ſuper equum.aliquando pro ante ut Curtius in oculis duo maiora omnium nauigia ſummerſa ſunt pro ante oculos.Quod uero dicitur uado in templū.i.ingredior rō eſt quod antiqui in pro intra dixerunt ut Gellius.& in urbe erro.i.per urbem.ui. illa ſignificationis antiquæ unde idem eſt intra cubiculum & in cubiculo inter noctem pro nocte dixit idem.iii

Quoquouerſus.i.circum circa rōne habita a centro Columella.vi.Si.xx.duo quo quo uerſus īter quaternos pedes uinea erit.

Per aliquando ſignificat notum ut per ulam curro aliquando ualde ut per cupidus. aliquādo in ut herba per campos.i.in campis.& per partes cuſtodienda ſunt omnia.i.in ſingulas partes ponit Columella.aliquando ſignicat finem perfectionēq;.Cato de re ruſt.In triduo polipus excidet & ubi exciderit tum aliquot dies idem facito ut radices polipi.perſanas facias i.perfecte ſanas.

PRopria locoꝝ in genitiuo ſi primæ uel ſecundæ declinationis in loco ſignificant ſi
tertiæ in vi.uel ui.ſeptimi ut antiqui hoc imitatióne græcoꝝ factũ:ut Chariſius do
cuit.Qui ait græcos hẽre aduerbia localia noĩbus locoꝝ latini aũt cũ non hẽant ea
aduerbia faciunt noĩa eo fungi officio.unde Herodianus tales uoces dixit inſtar ad
uerbioꝝ ideꝗ dictũ a Palemone laudar & refert.Seruius dixit ita noĩa poni aduerbialiter. Pri
ſcianus affirmat poni loco aduerbiorum ut ſto Ferrariæ ſto uenetiis uado ferrariá uado uene
tias.At ſi talibus addatur relatiuũ uti poterimus hac regula ut ego fui Ferrariæ ꝗ ciuitas mihi
magná attulir delectationẽ.Cic.ad Cæliũ.Cum ueniſſem ad amanũ:q mons mihi cũ bibulo
cõis eſt & inferius ita uictoria iuſta impator appellatus apud iſſum quo in loco ſæpe ut ex te
audiui Clitarchus narrauit Dariũ ab Alexandro ſuperatũ.& ſine relatiuo.Cic.pro Cluentio aꝑ
hunc ægrotauir domi huius eſt mortuus.Cic.ad Catonẽ biduũ laodiceæ fui apameæ quadri
duũ biduũ ſynadis totidem philomeli quibus in oppidis cũ magni fuiſſent conuentus & reli
qua dicere iure igitur poteris latine ſto ferrariæ quæ pulchra eſt.Cic.ad Lẽtulũ te cũ claſſe atꝗ
exercitu proficiſci Alexandriá ut eá.Cum pace præſidiiſꝗ firmaris eá relatiue dixit . Lentulus
Ciceroni de Dolobella nulla alia confiſus laodiceá quæ eſt in ſyria ad mare ſe contulit.& dici
mus uado ad urbem ferrariá quæ placet mihi.Liuius viii.ii.bel.pu.Claſſem in euboeá ad ur
bẽ oreũ ꝗ ab adriaco ſinu poſita eſt.Qui uero amant latinam linguá ꝓpoſitiones qñꝗ capiũt.
Val.Max.de Vltione.de beronice ad domũ in qua interfecti pueri corpus occultari arbitrabai
tur perrexit.Sulpitius ad Ciceronẽ cum ab athenis proficiſci in aio hẽrem.Liuius de bel.mace
donico.& aſiatico unũ tm̃ moratus diem ab lariſſa deceſſit ad demetriadẽ.Liuius in.iii.bel.pu
nico quæꝗ a pureolis cũ Nerone traiectæ erant.& in.vi.ab urb.con.interim exercitus ab Ro
ma exiret.Cic.ad Atti.xiiii.Poſtridie idus Paulum in Caieta uidi & paulo inferius e formiano
exiens.Virgi.Latinitatis amantiſſimus.ut ait Plinius dixit non lybiæ non ante tyro deſpectus
Hyarbas malluit dicere ꝗ tyri.Suet.in Veſpaſiano in cœlio monte cœptũ ab agripina . Idẽ in
Tyberio ab hoſtia orá cãpaniæ legens Ci.quoꝗ ad Brutum.Cum ille mihi a Mutina fugiſſe
uidetur Tranquillus in aug.Contractis ab Bononiam triũ uiroꝝ copiis.Item Sulpitius ad Ci
ceronem cum ab epidauro naui aduectus eſſem.Cic.ad Appiũ.Cum ad Sydá acceſſiſſem : &
ad eundem.Caſtra moui ab Iconio pridie cal.Septemb.Liuius ab Aquillonia clá egreſſis.Sue.
in Veſpaſi.a nurſia ſpoletũ euntibus. Terentius in Pyreũ conuenimus.Liuius in.vii.uenerãtꝗ
ab lauinio antioꝗ auxilia:& alibi a caſilino a nuceria dixit & ꝗ plurimis locis eo modo dar ꝓ
priis præpoſitionem Saluſtius.Nam tum Brutus ab Roma aberar.Sueto.in Tyb.L.Antoniũ
conſulem triũuiri fratrem ad Peruſiam ſecutus Gel.xviii.Nauigabamus a caſſiopia ad Brun
duſium.& in ſecundo ab ægina in pyreum compluſculi.Liuius.vi.de be.pu.iii. ab regio profe
cte claſſi.Cice.ad Atti.paulũ in Caieta uidi. plurima poſſem exẽpla ueterum plurima referre
hæc ſatis.Aliqui exemerunt inſularum nomina a propriis locorum ponẽtes. Cum prouintiis
quibus contrarium uidetur illud Suetonii in Aug. qui proprio ob latinitatem dar ꝓpoſitonẽ
inſulæ uero minime ab actio Cum ſamũ inſulá in hyberna ſe recipiſſet.& apud Vectrutium
Cedrus naſcitur cretæ legitur & aphricæ. locuutus ẽt de iunipero cupreſſoꝗ.

Obſeruationes haud uulgares. Caput iii.

OBſeruatumꝗ eſt a non Triuialibus. Nomina propria hominũ poni pro loci noie
ut ad Franciſcum uado.i.domum in qua Franciſcus habitat & ad ſanctam mariá
ideſt ad tẽplum in quo colitur ſancta maria. Terentius in And. Egomet continuo
ad Cremetem . Cum illuc aduenio ſolitudo ante hoſtium ad Cremetem dixit.i.
domum Cremetis. Virgilius quoꝗ.iii.ænæ. Tollit ſe diua lacinia contra ideſt templum di
uæ laciniæ quæ minerua eſt.& alibi formidatus nautis aperitur apollo ideſt templum apolli
nis.plurima ſunt exempla quid ꝙ pronomina eundem quandoꝗ præſtat effectum. Terenti
us in eunuch.ubi antipho loquitur eamus ad me ideſt domum meam.& illud no.ꝙ dicitur
a Liuio dictator erat a Capua pro in capua uel agro campano. Item aput Terentium Ex an
dro cõmigrauit huic uiciniæ pro in hanc uiciniam.Et Virgi.Ibat & Hyppoliti proles pulcher
rima bello.pro in bellum.

Adnotatumꝗ illud in arte a Donato Seruio & antiquis nomina tertiæ declinationis in dati
uo plurimũ poſita ut Tert.ruri ſeſe ꝯtinet.Sue.Lẽtulus getulicus tyburi genitũ ſcribit Pli. Cũ
ſpectare antiq moris ſuppliciũ tyburi ꝯcupiſceret.Apu. i floridis Igr̃ nẽo Carthagini ꝓconſulũ
diutius fuit Quod narro Cic.narboniæ dixit in Philip.aiũt antiquitatis amatores ꝑ antitheſim
litterá ꝓ littera poſuiſſe qđ illud ſignat quod ad Atticũ ſtuberas ait conuento Antonio in buri

Et Virgilius ēt ablatiuo tyria carthagine qui nūc expectat. Et Cic. ad Seruiū quē ſi arbitrare ēe Scityōe. Vtroq; hoc genus locutōis mō poſſe dici oñdit Col. qui ait quicqd uero dabitur occaſionis ruri moretur & alibi. Iam eo rure quod paſcuo caret pōt contineri. Sueto. in Galba Carthagine noua conuictū agens tumultuari gallias cōperit Apuleiius Carthagini datiuo pluribꝫ locis poſuit. dices ergo ſto ruri & rure. Illud tamen nores ꝙ antiqui grāmatici non ſexto ſed ſeptimo caſu dicunt localia ea nomina poni. ut rure uenio.

Contra imperitos grāmaticos. Caput. iiii.

QVeritur ab antiquis an nomini quod inſtar aduerbii eſt addi poſſit adiectiuum nidetur ꝙ nō Quia Priſcianus & Seruius dicunt mane ſponte forte ſane aduerbia eſſe ſi addas adiectiuum nomina eſſe ut mane nouum forte ſua. Sed hæc ſimilitudo non eſt uera quia dicitur domi tuæ ſum & in domo tua. Quintilianus periculoſum manſurum in illa domo. Seneca in conrrouerſiis. in hanc ego domum ibo & frequēter alibi præpoſitione utitur ut in domo diuitis. Cicero ad Marcellum cogitandum tamen tibi eſſet Romæ ne domi tuæ cuius modi res eſſe & inferius non ne mauis ſine periculo domi tuæ eſſe quā cum periculo alienæ Ouidiana Philis. Atq; aliquis doctas iam nunc eat inquit athenas Collumella eo rure dixit ut recirauimus Cæſar in comment. Conſtituerunt eſſe optimum eſſe quēq; reuerti domum ſuam ex quibus apparet exemplum domi tuæ ſum id totū effungi officio aduerbii non eſſe aduerbiū. Cice. ad Atti. Malo cum timore domi eſſe q̄ ſine timore athenis tuis.

Aduerbiis ēt aliquando addūtur noia Terent. ubi uis gentiū agere ætatē & in adephis fratrem nuſquā innenio gētinm. Cic. ad Atti. ubi terrarū eſſes ne ſuſpicabar quidē & Tacitus. xiiii. iturain quoquo terrarū & alibi. Brutus in epiſtoia ad Brutū & Caſſium fortunæ credēdum ex Italia migrandum Rhodum aut aliquo terrarum arbitror. Tul. i primo de na. deorū ubi tāq; erit gentium a nobis indagetur. Cic. ac Lētulū ꝙ illā ſniam bibuli pridie eius diei fregeramus. Cato Poſtridie eius diei uillicū uocet Cæſar poſtridie eius diei qđ oē biduū ſuperat eoq; diſcordiæ uentum eſt Apuleiius quæ ubiq; itineris nos comitatur. Cic. ad Atti. tu aūt abes longe gētium. Apuleiius in floridis neq; formoſiorem Vſpiā gentiū inuenire poſſe & alio in loco ſcribit, Quin ēt cōmemorauit & alibi gētiū & ciuitatū pro aliis gētibus & ciuitatibus & in Socrate. Socrates quoq; ſcribit locorum alienæ ſapientiæ conſultatio ingruerat & partim hominū ideſt pars hominum, ut Gel. x. probat. Virgilii quo. vii. terrorum & fraudis abunde eſt. ex his exemplis patet error Priſciani qui aduerbia niſi accuſatiuo & ablatiuo iungi putanit li. xviii. niſi male excuſas aduerbia intelligi a Priſciano quæ a præpoſitionibus ueniunt & præter rationem græcam de qua in præpoſitionibus diximus. Cicero uero ad Atticum. Ego poſtridie idus ut ſcripſi ad te ante Lanuuii manere conſtitui.

Declaratio appellatiuorū. & obſeruata non uulgaria. Caput v.

ADuerte domi ruri belli militiæ humi. dñr. Sed quomodo Cic. in officiis ꝑterea quibuſcūq; rebus uel belli uel domi potuerunt rem ꝙ augeant piurali uero hoc non procedit. Pli. xxviii. de muſteliis ex autem quæ in nſis domibus oberrant. belli tm̄ in loco dicitur. Horatius in epiſtolis me primis nec bis belli placuiſſe domiq;. Non enim dicitur uenio bello: tranſeo bello: uado bellum: humi in loco ſto humi ſtratus & ad locum. Virgilius. Nec prius abſiſtit. quam ſeptem ingentia uictor corpora fundat humi & alibi procumbit humi bos dicitur ſurgo ab humo. Virgi. v, Aequeuūq; ab humo miſerans attollit amicum ſerpo humi non trāſeo humi. Horatius in arte. Serpit humi tutus ideſt ſuper humū. aliquando humi intra humum. Colum. Cumuliſq; exaggerentur ut latius ſe ſe frutex humi diffendat. Si uero addatur adiectiuum non dicetur ſto humi denſæ ſicut domi tuæ Colu. nec denſa naſcitur humo & alibi non ut pinguiſſima uel macerrima iacitur humo. Quid ꝙ Cor. Tacitus protectos in humum dixit Ouidiaua Hypſiphile uipereos dentes in humum pro ſemine iactos. Q. Curtius plura in humum in noxia cadebant hoc eſt infixa Dicimus uenio inter ſyluas inter domos. Virgi. tantum inter denſas umbroſa cacumina fagos aſſidue ueniebat Item ſum ex Italia pro italus. Terent. in Eu, Dixi cupere te ex æthiopia ancillulam. Iam diximus & illud exemplum ex andro hæc eſt ancilla.

Dictiones barbatæ triuialiū regularū Caput. vi

CAueāt pueri a diſcēdis talibus q̄lia ſunt utrobi Pla, licet i ambularia neutrobiq; dixerit utrinde: alterubi. alterūde: alteride. Neutrobiq;: neutride: nullo: nulla: utro: utra nullinde: alterutrobi: alterutrinde: utrindeuis: utrinde. Is uit q talia in ſuis regulis poſuit (nomini parco) me ridebat talia nō ꝓbātem. Sicut plura alia in ſuis nugis.

De Verbalibus. Caput. vii.

Arro ait in uerborū declinatu quattuor ſunt genera unum qđ tēpora ad ſignificat neqꝫ hēt caſus ut lego.gis. Alteꝝ qđ caſus hēt neqꝫ tēpora ad ſignificat ut a lego lector (Priſcianus dixit ſtoicos appellaſſe modū uerbi cauſalem) tertiū qđ hēt utrūqꝫ tēpora.ſ.& caſus ut legens lecturus. Quartū qđ neutrū ut ab lego. lecte. lectiſſime:

Quo modo diſtinguunť uerbalia ab ætymologis ubi cognoſcere Priſciani errorem & ſequentium datur. Caput. viii.

Voniā dicitur nomen uerbale deriuatū a uerbo & ex Varrōe patet poſſet ſtella quæ a ſtando titulus a tutando dici uerbale. Varro acutiſſime diſcernit actionē ponens. primus agitatus mentis.i.cogitare. Secundus dicere uel pronuntiare. Tertiū in quo quod facimus cū rem agitamus iu mente agimus. & cū pronūtiamus agimus ioqꝫ orator dicitur agere cauſam augures agere auguriū cū in ea plura dicūt ꝙ faciunt. prima duo ſunt ætymologiæ ac rationis quia rationem mentis edicunt ut amens qui a mente diſcedit. Aetymologiæ eſt metuo quia mentē motā ſignificat. Deriuationis eſt a natura. Tertiū uero eſt quod agere ſignificat Varro in latina lingua Orator qui orat: lector qui legit: exēplū clarū eſt cura a cor & uro: quaſi urens Cor ætymi eſt & cura curare deriuationis eſt a primi genio. a Curando curator diciť hæc Varro Priſciani cognoſcitur hinc aperte error: qui uult rex & regina dici uerbalia cū ætymologiæ ſubiecta ſint non .n. oīa quæ a uerbis deriuātur dicta ſunt uerbalia ut latium a latendo uellus a uellendo ſtella a ſtando & ſimilia. Quid quod in re ruſt. Varro inquit. Glumā a glubēdo appellauitqꝫ ætymon non uerbale. eius uerba ſunt ut grani apex ſit gluma & ariſta granū omnibus fere notū gluma paucis itaqꝫ apud Enniū ſolum ſcriptum ſcio eſſe in euchemeri uerſibns .uidetur uocabulū ætymon habere a glubendo quod ex folliculo deglubatur granū. hæc ille ita rex a regendo quia regere debeat uel cuius ſit regere oſtenditur ſignificationē eſſe quod ætymon dictū a Varrone qa uerbale rector eſt ſuū ipſius uerbi rego. unde eſt quod omnis rex rector eſt. Sed non oīs rector eſt rex. probat Quin. quoqꝫ qui in ætymologis ponit eā uocē. Sed fortaſſe Priſcianus ſumpſit. Si modo delibauit Quint. errorē quia is autor ait Senatui nomen dederit ætas. nā iidē pares ſunt & rex rector & alia plurima indubitata. Hæc ille. Deriuata plurima ab uno nō idē ſolent ſignificare quāuis deriuatione ſunt utqꝫ oſtendat is autor unū eſſe ætymi in altero regulā ſubdit mox nec abnuerim regulæ & ſimiliū iis & rationē. Conſul a conſulendo rex a regendo non regula ſed ratione deſcendunt quæ per ethymologiā eſt quæ facile manifeſta eſt ubi notamus uocē polixemā ideſt pluria ſignificantē ut rex quod apud luculentos ſcriptores diuitem atqꝫ potentē ſignificat & qui maximā habeat familiā ut rex cappadocū.i.ſeruoꝝ qui plurimū cappadoces ſunt. Item p regnatore quæ ſignificationes non conueniunt uocabulo rectori. nā rector & amator & ſimilia non poſſunt eſſe polixema autore Varrone Plinio & antiquorū doctiſſimis. Si rector & rex idem ēet grāmatice ſequeretur qđ omnis rector eſſet rex itaqꝫ alterum ſuperfluum uerbo alterum falſum ratione. Sed hoc ſophiſtarum ſcholis ingrederemur fallente materia.

De Significatione uerbaliū. Caput. ix.

Erbalia dicta ut Diomedes ρηματικα. quæ a uerbis deriuantur nomina ut ait Chariſius certa lege. Adnotemus quædā eſſe ſimilia uerbalibus quæ tamen non dicunť uerbalia ut prætor coniector.i.interpres ſomnioꝝ. Nā ea quæ non habent ſignificationem continuā ſeu directā. Sed tm̄ rationalē ethimi ſunt. At contrarie uerbalia diximus exēplo eſt amator.i.qui amat hæc ſignificario imutabilis ab hac uoce. At ſi dicā p̄tor quia præit non eſt ueꝝ quod oīs qui præit dicať p̄tor. Sicut oīs qui amat dicetur uere amator Coniector a coniectu ideſt a quadam directione rōnis ut Fabius. Sic uidetur denominatiuum non tamen omnis qui coniectu utitur dicitur coniector. rector qui regit: ſi non regit non dr̄ rex rector uero ēt cū aliquando non regat dr̄. ætymi eſſe affirmat Priſcianus in quarta examinatiene dicens a rego uerbo hoc quoqꝫ.i. ætymo. unde genitiuū in gis terminat. inp̄ſſores ſcripſere.i.ει ο υνco. & luna quia luce (ait Cicero) lucet aliena nō.n. omne quod luce aliena lucet dr̄ luna ergo a lucendo ætymon eſt non uerbale. Ita recuperator quando recuperat uerbale eſt cum uero ſignificat unum ex iis tribus qui ad recuperandū conſtitui erant ætymon erit: quia per tales non ſemper recuperatur. Sed ideo quia ut alias diximus ſignificatio eſt a potiore ſignificato & ſic de ſimilibus. Cicero pro. L. Flacco a recuperatoribus cauſa cognoſcitur. Et eſt oratio pro. A. quoqꝫ cecinna ad recuperatores: quorum officium erat ut deiectū a iure ſuo uel a re ſua reducerent in priſtinum ſtatum in aliqnibus locis coſiliū iuſtiuæ uocatur. ita doctor qui docet. qui inſignitus ætymon. Cantor in hoc genere eſt antiquum uerbum.i. uituperator ſubducti ſupercilii a canendo non ut uulgus ſomniat ponit Gellius cātores. In alio codice eſt carptores utruncūqꝫ ſit Neuii dicitur a Gellio.

VErbalium duplex eſt modus certi tituli & dubii tituli. Certi tituli ſunt quæ certa regula & uocis forma uel norma deriuari uidétur a uerbo & apérta ſignificatione uerbi ut amator. Dubii aũt tituli quæ non oĩmodam uocem. ſed quaſi habere uidenť ut amabilis. Ante q̃ exempla ponamus in hac re elimandam priſciani regulam putaui. Qui ait in ſua examinatione pleriq; participia in tus deſinunt & mutant tus in tor & faciunt nomen uerbale amatus amator. doctor doctus. lectus lector. auditus auditor. quod (pace Priſciani) puerile eſt ſi a participio quo modo uerbalia p̃rerea ſtator curſor uiator quomodo ſunt. ſi in lingua latina nõ ſunt ſtatus curſus uiatus. Deinde ſuo ſe telo cõfodit Priſci. repugnat & .n. ſibi. Nã dixerat pauloañ a uerbo .n. naſciť qđ non põt eſſe niſi prius actus uerbi in eo intelligať cum dicas lector intelligo eum prius legiſſe & ſic ei nomen do. ergo ſicut amo uerbũ denoiatiuũ eſt quia a noĩe naſciť lector tamẽ eſt uerbale quod .ſ. a uerbo. In .vii. n. examinatione ait nutritor uerbale a nutrio deriuari & naſci non aũt a nutritus & in ſecũdo (ut aiunt) minoris ait uerbalia quoq; in or deſinentia uel in trix tranſitiua quæ a uerbis actum aliquem ſignificãtibus fiunt iunguntur genitiuo ut amator illius, amatrix ſuoꝝ & in nono ait ductor a ducendo imperator ab imperando deriuari. & inferius doceo doctor profeſſor. poſt ꝓfiteor ſuo poſt ſutor ſcribo poſt ſcriptor oro poſt orator paulo poſt omnia quoq; ex ip̃o actu agentibus imponunť ex uerbis noĩa ex nominibus uerba perficiunt ut amo amator moneo monitor curro curſor lego lector impo imperator conſulo cõſultor duco ductor. Et lib. xi. inquit & a uerbis uerba noĩa & pticipia & aduerbia a lego lector lecturio & legens. a curro curſum. Hæc ille male imp̃ſſum eſt & uiciata lectio. ubi deſideratur illa dictio uerba. ſed legitur recte ut ꝓpoſui. Quid hæc. ſecundũ ſuã ipſius Priſciani priorem ſententiã conſultor a conſultus fieret quod eſt tam falſum quã puerile ſicut & ſenator a ſenatus quõ uerbaleť ſi a nomineť Si cur & illud qđ ait Scriba Collega ꝓfuga aſſecla aduena ꝯnẽa conuiua. Sunt .n. hæc ætymi nõ uerbalia. nõ .n. omnis q ſcribit dr̃ ſcriba collegit (ut ita loquar) perfugat aſſequitur aduenit cõuenit dr̃ collega perfuga aſſecla aduena conuena. Tere. in And. Dauus Chremeti qui tum erat præſens per tempus aduenis non tñ Chremes diceret ibĩ aduenaꝰ & alibi ꝯuenimus in pyreũ iuuenes qui conuenerant in pyreum cauſa ludi & delectationis & concœnandi dicentur ne cõuenæꝰ profecto non. Quod uero dicit de conuiua. Falſum eſt non .n. a ꝯuiuo dicitur conuiua nec ſignificat qui ſimul uiuit. Nam a cõuiuor. ris. dicitur cõuiua .i. cõpotor uel concœnator uel qui ſimul crapulatur. Conuictores uero qui uno uictu uiuunt dicuntur a Seneca. Et conuiuatores qui agerent conuiuia hoc eſt cõuiuarenť inqt Seneca iraſci cœpi ꝯuiuatori ipſi tibi q p̃ferebať eſt igr̃ cõuiuator uerbale cõuiua ætymi ſniam iſtã ꝓbat Cic. qui ait bene .n. maiores nr̃i accubatõe epiſtolaꝝ: quia uitæ ꝯiunctionẽ hẽrent ꝯuiuiũ nominauerũt melius quã græci qui hoc ip̃ſum mõ cõpotationẽ mõ ꝯcœnationẽ uocãt. aſſecla quoq; ſi antiquoꝝ monumẽta excutimus nõ ab eo qđ eſt aſſequor. Sed adſum uel ut alii aſſideo ſignificat .n. ſeruum qui oĩbus dominoꝝ imperiis adſit uel præſto ſit nec miror quæ ſint ætymologiæ dici ab eo uerbalia cũ frugi quod manifeſte Quint. ſua ratione ætymologiæ oſtendit dici denominatiuum.

Notanduſq; eſt error illorum qui uerbalia ponunt nomina q̃ uoce ſimilia fœmininis participiis in rus ut iunctura Perſius ut p leuæ ſeueros effundat iunctura ungues cõmiſſura quoq; apud Quint. Plinium Vectruuium a cõmiſſu. Nã cõmittere coniungere. Virg. Vtero cõmiſſa luporum. Sunt .n. hæc denominatiua dicta non ſolum Priſciano: ſed Plinio & Herodiano. unde Quint, Conjecturã a coniectu ratiõis .i. directione quedam dici putat. Cinctura a cinctu. unde cinctutus apud Horatium. Quint. altius quam cinctura decentiſſimus ſinus. Corporatura ponitur a Colu. non a corporo. as. ſed a corpore deriuari neceſſe eſt ita ab uſu uſura. a cenſu cenſura. a cultu cultura. a natu natura.. & ſimilia. Quod ſi aliter fiat ætymi eſt captura quoq; dicitur a Varrone in .iii. rei ruſt.

Gradus uerbalium certi tituli. Sũt tor trix. io. us. Sed illđ primũ obſerueť qđ proponiť a Martiano Capella. Cũ uenor piſcor aucupor ſimilia ſint. Cur uenator piſcator: & aucupator non dicitur. ſed auceps. quia hoc inter anomalia numerať eo docẽte. ceu cũ difficulter dicamus nõ faculter cũ audax audacter cur non uerax ueracter. dicimus atq; alia plura quæ legere eſt apud eundem. apellat anomalia non æqua uocis lege formata. ſed uſu uſurpata.

Exempla primi gradus uerbalium & imitatorum. Cap. xi.

AMator ab amo aſſertor ab aſſero ideſt uendico unde aſſertores uẽdicatores Quintilianus uerba a uetuſtate repetita non ſolum magnos aſſertores habẽt. ſed etiam afferunt orationi maieſtatem. Martial. qui loquitur Curios aſſertoreſq; Camillos Suetonius in Iulio aſſertores flagitantẽ peregrinis in ſenatum allectis Donatus in

adelphis aſſertores dicuntur uindices alienæ libertatis.

Auctor ab augeo uerbale inflexum eſt generis uirilis. Cum uero ut docet Priſcianus ab αυ
θεντην græcũ author cõmunis generis eſt Ouidiana Sappho an niſi legiſſes authoris nomina
Sapphus de hac re diximus primo uolumine ubi omnino non admiſſam quod in non nul
liſq; fit nominibus ut chere cere aſpirationem docuimus.licet ſit manifeſtum illud a priſciano
ideo tractũ a græco quia nullũ uerbale in or ſit ap̄ latinos utriuſq; ſexus ſignificatũ.ut Seruius
Interpellator ab interpello qui ſe alterius miſcet rõni uel interpellat.i.interũpit eſt.n. Interpel
lare interũpere.Sue.quando interpellatores aliis atq; cauſis in iure dicendo detinerent exclama
uit.Seneca.iii.decl.Ideo diligentiſſime cauebat homines ne dicentem interpellarent.

Factor a facio dicitur a Catone qui facit oleũ & de aliis quoq; rebus. Seneca omni arte requlẽ
factori dabit.Quos uero dicit uulgus factores dicendi ſunt procuratores.qui procuratores uul
go dicendi ſunt Cauſidici Cic.ad Lentulum.Commendo tibi eis omnia negocia liberos pro
curatores familiam dicuntur etiam negociorum geſtores Col. Procuratorem uillicum obſer
uare dicit uim iſtius uocabuli ita oſtendit Cicero in oratione pro Cecinna.Is qui legitime pro
curator dicitur omnium rerum eius qui in Italia non ſit ut rei.p.cauſa quaſi pene quidam do
minus hoc eſt alieni iuris uicarius ciuis colonus uicinus cliens.

Sector dicitur qui ſpem lucri ſui ſecutus ut docet Aſconius boñ damnatorum emebat in au
ctionibus.ac poſtea per partes uenditabant.unde a ſeco dicemus ſector.hoc illud ſignificat.M.
Antonius ſector Pompeii dr̄ a Cicerone.uidetur magis ætymologum.

Redemptor a redimo.uerbum eſt Catonis ſignificatq; quod uulgo factorem eius uerba ſunt
ſi quid redemptoris opera domino datum erit reſoluito id boni uiri arbitratu . pouit etiam
Columella.uidetur magis ætymon,

Genitor a gigno feculenti grãmatici negant proſa ꝯuenire Colu.quod omnibus ignotum uo
luit eſſe genitor uniuerſi uentre protexit . Et in primo naturam primus ille mundi genitor
fœcũditate donauit hoc in generi florido affirmarim elegãter.familiari minime ſeu parciſſime
Exactor ab exigo.ſed qui præeſt agris rigandis ætymon ſapit . Columella opus eſt autem ui
gilanti & perito exactore qui ripam erigi iubeat ſoliumq; uacuari ac totum ſpacium crudi ſo
li emota iam terra committi.

Formator a formo poſitum eſt quia Triuiales irrident.Colu.deniq; cum ſibi quiſq; formato
rem præceptoremq; uirtutis e cœtu ſapientium excuſat.

Vocator a uoco qui hẽt officium uocandi amicos cœnam.Martialis. Iam dices mihi uapulet
uocator hoc ætymi eſt.qui uocat ẽt alio iure uerbale eſt,ætymon ſapit.

Lator qui fert uel tulit uel ferebat a fero latine dr̄ cõtra plurium opinionẽ Suet. romã litteras
miſit monitis ſæpe latoribus uehiculo uſq; ad forũ uſq; in curiã pertenderent latoribus ideſt
qui ferebant ꝙ illi lator litteraꝝ ſi ponatur in epiſtola iam legẽte eo ad quem epiſtola.non eſt
amplius lator dicẽdus.quia iã tulit nõ ne lator legis dicitur qui iam legem tulit & legũ latores
qui iam tulerũt Cic.pro Milone.Et ipſe eſt lator legis cum eſſet Controuerſia nulla facti. Nõ
ne uictor dicitur qui uincit qui uicit & uicerit. Virg.y. Victorẽ magna præconis uoce clohãtũ.
& uictor qui uincet Idem uictori chalamydem auratam.quam plurima circum eſt igitur uis
uerbalis huius tituli in or.ita ut applicari queat omnibus temporibus quo fit ut lator nõ mõ
dicatur qui fert.ſed qui tulit & feret qd' non ignorãs Franciſcus Petrarcha ad Barbatum ſul
monenſem in fine epiſtolæ ait.Cuncta igitur ex latore præſentium cognoſces.

Aduocator ponitur a Sene.& Ter. ille ait ratio utriq; parti dat locum & tempus deinde aduo
catorem etiam ſibi petit ut excutiendæ ueritati tempus habeat.

Sutor qui ſuit quod uulgo cerdones Vriuiales dicunt non autem ſartor unde apud aliquos.
Sutor uerum eſſe rarius qui calceos reficit uel repagulat.Plin.feruntq; a ſutore reprehenſum.
ꝙ una intus anguſtiores feciſſet anſas loquitur de pictis crepidis in ſtatua & zeuſi

Diuiſores ætymi eſt eos fuiſſe putãt qui pecunias tributi inter ſuffragatores diuiderent in cre
andis magiſtratibus quos Plautus magiſtros uocat curiarum diuiſorq; prædico dictus a diui
dendis natibus ætymi eſt uox Cicero ad Petum ſignificat.quid.n.non honeſtum uerbum di
uiſor atq; ineſt obſcœnum.ſi diuiſor pro eo qui diuidit uerbale eſt.

Aſſeſſor ab aſſidendo Paulus iuriſcõ.de officio aſſeſſoris ait omne officium aſſeſſoris in iis fe
re cauſis conſtare in cognitionibus poſtulationibus libelli dictis decretis epiſtolis nunc uulgo
dicunt uicarium poteſtatis.apparitores quoq; non eſt uerbale ſed ætymi ab apparendo inqt
Seruius nam apparere aliquando ſignificat præſto eſſe ad obſequium unde apparitores . Sed
non omnis qui præſto eſt ad obſequium apparitor eſt.

Aduertendum a nobis poſita eſſe noia non tam uerbalia quã uerbalium uocis imitatiua. Sũt

autem quædam a nominibus deriuata hanc formam imitantia ut a ſpiculis ſpiculator.i.ſatelles.Suet.in Auguſto ſpiculator dum ſuis fuiſſet.Senator a ſenibus caduceator a caduceo legatus pacis meminit Feſtus.Noméculator poſuerunt aliqui inter uerbalia qui nomen calat.ideſt uocat.cuiuſq; licet non ignorem uerbum ſuum.i. primitiuum habere minime.is autem fuit apud priſcos apud quos in honorem candidatorum nomine ſuo quéq; ex fautoribus uocabant a quo dicti noméculatores a calando.i.uocando nomine unde laudatus Cato ꝙ legem ſeruauerit quæ candidato noméculatores eſſe uetat. eſt quoq; ablector qui placat uel mitigat Colu.de turdis ueterani debent intermiſceri qui ab aucupibus in húc uſum nutriti quaſi ablectores ſint captiuorum mœſtitiáq; eorũ mitigent interuolando pleraq; exemplaria habent allectores interuolandum.ab allicio uerbale eſt Secus capulator uocabulum Catonis & Colum: qui oleum factum reponit.Similiter polinctor autore Fulgentio qui cadauera curat.Idẽ Marcellus ſimiliter natrix ſerpentis genus apud Suetonium Lucanus.Et natrix uiolator aquæ Columella tamen etiam natricum ſerpentũq; peſtis hyberna deſtitutaq; uligine cœno & fermentata colluuie uenena emittit ex quibus cæci contrahuntur morbi.Seneca. Ne uiperis quidẽ & natricem & ſi qua morſu aut ictu noceant effugeremus.Iam natrix herba cuius meminit.Pli.xxyiii.cap.xii.Matrix plctum eſt ſupra obſtetrix Colum. partus uero inſipientis peccoris non ſecus quam obſtectricum more cuſtodiri debet.Similiter mellatio tempus colligendi mel. ap Colum.Item tertiatio & iteratio liceat uideatur Sanius dici ab iterando & tertiando quæ alii qui inter gloſſemmata adnumerant lege apud Columellam. Inoculator & arborator apud Plinium libro.xyii.frondator notum eſt. porculator a porco qui ducit porcos & porculatio apud Varronem nutricatus porcorum.Nauiculator a nauicula.Cicero in pompeiiana maiores noſtri ſæpe mercatoribus ac nauiculatoribus iniurioſius tractatis bella geſſerunt pullatio quoq; tempus quo gallinæ incubant Columella dicit.Exitiabilis & exitialis ab exitio. Sueto. in Auguſto uariantem pene exitiabilem.Et Virgi.Donum exitiale Mineruæ.ſic uiatores publici miniſtri ex eo nominati ꝙ a uillis in curiam Senatores uocarent. Autores Plinius Cice.Col. ætymi eſt.pellicator qui ad fraudem pellicit quadruplator a quarta parte accuſator quam ex bonis accuſati conſequebatur bouinator Lucilii uerſu.hic ſtrigoſus bouinator atq; ore improbus duro.Similiter ſuperſtitio a ſuperſtite ut Cicero.

Verbalia in ſor carent fœminino ut Priſc.& Char.propter abſurditatem uocis rõq; eſt a nobis aſſignata litteræ poteſtate in libro.iii.Excipitur tonſor tonſtrix expulſor expultrix.Cicero.n.in tuſcu.philoſophiam dicit expultricem uitiorum.aſſeſſor aſſeſtrix Affrannius docente Marcello dimitte iam.aſſeſtricem ad me uocat.

Exempla ſecundi gradus uerbalium & imitatorꝫ Caput xii.

SEcunda forma eſt in trix ut amatrix nutrix dicitur cum deberet dici nutritrix hæc enim formatur a maſculinis mutata tor in trix ut genitor genitrix. quod & Valerius in proſam contulit quo non penetrat aut quid non excogitat pietas quæ in carcere ſecundæ genitricis nouam rationem inuenit in familiaribus hoc ſermonibus parcius.

Tertii gradus exempla & imitatorum. Caput. xiii.

SVperiora ab aliquibus dicta potius denominatiua quã uerbalia ꝙ ex nomine nõ uerbo inflectantur diſputant.Acutiores non a uerbali in tor.ſed ab ipſo ſupino formant ut amatu tu in trix fit amatrix ut fugiant calumnias diſceptantium. Sic etiã in io uerbalia a ſecundo ſupino mutant u in io,ut uiſu uiſio lectu lectio Priſcianus uult fieri a participiis præteriti a genitiuo addita o ut orati oratio. accuſatus.accuſati. accuſatio hoc refellitur a doctis quia ſtatio dicitur non tamen ſtatus.ta.tum.participium legitur.Et cantio pro incantatione & tamen non eſt cantus canta cantum. Cato ſi quid eſt a cantione hac ſanum fiet.Ratiõabilius igitur a ſupino mutata u in io ut uiſiodatio.nexu nexio oratu oratio accuſatu accuſatio.lectu lectio.munitu munitio.hauſtu hauſtio. interiectu Interiectio. Si uerũ eſſet quod ille ait iuſtius a participio participialia quam uerbalia dicerentur.bonorũ poſſeſſio. compoſitum eſt & iuriſc.in.ff.utuntur de iure prætorio.eſt uel ex teſtamento uel contra tabulas.uel unde filii.uel unde Agnati.uel unde cognati.poſſeſſio bonorum uero duæ ſunt dictiones.diciturq; in actu uel rei.Cic.ad Trebatium in prioris exemplum.Si bonorum in turpiliæ poſſeſſionem capio prætor ex edicto ſuo mihi dedit.

Vocatio a uoco.i. inuitatio ſic uocatores inuitatores Catullus querunt in triuio uocationes.Factio a facio.Cice. ad Trebatium.Negare aiebat Seruium tabulas teſtamenti eas eſſe quas inſtruiſſet is qui factionem teſtamenti non habuerit.i.modum faciendi.Eſt etiam factio de qua libauimus &.iiii.y.lib.(Sic dixerim)pars ſeu fauore qdã:ut uulgo dicũt.guelfum & gebellinũ

unde factio praſſina & uenetiana.ab aurigis romanis quorum aliqui praſſino colore aliqui ue neto uterentur unde Mar.Ita dicit.ſi ueneti praſſino ue faues qui coccina ſummis differt autē praſſinus color qui uero praſſinus eſt uiridis patens praſſinus uiridis ſuboſcurus praſſini co lor(ut curioſis iuuenibus ſatiſfaciam)dr̄ a praſſii colore.i.marrubii ut Pli.xx.Nō ignoro praſſi um aurigam dici a marrale nomine eo & iterū a Suetonio. Aliqui locurulei a praſſo.i. porro putarunt deriuari colorem aurigarum quorum inſigne e uiridi & albo fuerit. nam praſſum quoq dici docuit Pli.vii.&.xx.que unde ille bonus uit qui herbariam medicinā docuit ait fo lia marrabii ſunt praſſia praſſaq porri ſecutus quidam eſt auſus damnare uel in hoc Plin.Cū docti a nobis recitata non audiſſet uel obſeruaſſet.

Animaduerſio dicitur punitio.unde animaduerſiones cenſorum.omnis animaduerſio (ut Ci cero) & caſtigatio Contumelia uacare debet.eſt autem cum quis mulctatur legibus.ita uolen tibus uel pecunia uel perſona. Seneca cum latrocinium tenebris abſcondi ſoleat animaduer ſiones. quo notiores ſunt: plus ad exemplum emendationemq proficiunt. Eſt autem ani maduertere punire & regit accuſatiuum adhibita præpoſitione Suetonii diximus in acti uis exemplo eſt Seneca nemo certe inuenitur alius qui imperauerit omnibus iis in quos animaduerti iubebat.

Caſtigatio in uerbis-Iuuenalis Caſtigas turpia:cum ſis inter ſocraticos notiſſima foſſa cyne dos. Obiurgatio eſt inter amicos:& ꝓpinquos plus aūt eſt caſtigare.q̄ obiurgare.

Intentio-uis dicitur a Plinio: iis uerbis ad Clementem hanc ille uim ſeu quo alio nomine uo canda eſt intentio. aliquando ponitur pro mente uel quod dirigitur in mente ad quid Quin tilianus conſiderari debet quæ primam queſtionem facit intentio ſimplex.&.vi. animum ab intentione rerum frequenter auertit.

Occatio-ab occando,i.frangendo. Nam autore Colu.& aliis id genus autoribus ruſtici dicunt occationem cum omnis glebba in uineis frangitur reſoluiturq in puluerem.

Dominatio in tyrānis di.Suet.in Iulio.Sed clara palmaq detractantem dominationem.& in Aug.Quaſi ſi debita fato dominatione hoc & in bonum accipitur.

Vacatio animi remiſſio aut a curis & oneribus liberatio.ut Max.de.P.Valerio.Inſuper & agro & uacatione donatus eſt.dicuntur & uacationes ſcholaſticorum.Suet.in Auguſto. Vacatione triennii data eſt.& in Clau.Conſtituit uacationem legis appiæ.Liuius,iii.de be.pu.Quinque nii militiæ uacationem decreuit.

Vſurpatio.meſſon ab aliquibus dicitur quia Val.ait bonæ mentis uſurpatio.nullum triſtioris fortunæ recipit incurſum.

Potio & potatio dicitur Pli.xxyiiii.Et curſus per potationes ut pilorum euirationes inſtituta.

Lauatio.dicitur non locio.Cic.ad Varronem. Te certiorem faciam:ut lauatio parata ſit. dicit lotio tertio caſu.a lotium pro urina.

Curatio.non medicorum eſt tantum.Plinius.xxxvii.Exulcerationem ſequi debet curatio. Se quenti idem autor uolumine pinxerunt & epheſio nimio quod derelictum eſt quia curatio magni operis erat.

Domuitio,i.ire domū opificium eſt Apulei.x.aſini Campus omnibus domuitiōem parabat. Sed exemplo non caret.Cic.n.ad Atti.lib.xiii.Queris quid cogitem de obuiam itione.

Ratio non eſt inter uerbalia ſed ætymologa eſt autem ut Seneca epiſtola.Lxvii.Nihil aliud q̄ in corpus humanum pars diuini ſpiritus merſa alio modo ratio pro eo quod quiſq retur ali quo motu.unde Seneca diſtinctionem hanc ſignificans dixit Nibi ſola ratio eſt immutabilis iudicii.tenax eſt non.n.ſeruit ſed imperat ſenſibus.ratio ratiōi par eſt.ſicut rectum recto. Ergo & uirtus non aliud quā recta ratio.eſt inferius ait ratio naturæ imitatio eſt

Statio.pro portu ætymologum. Virg.Statio male fida carinis: alias ſua ſignificatione legitur a ſtando uerbale.Seneca in nat.de inſula cutillarum. Neq unquam ulli per diem ac noctem in uno loco ſtatio eſt

Præuaricatio.Q.uint.yii. Vt præuaricationū criminibus abſoluat.i. prætergreſſionē & præua ricatorem clamant religioſi.& Socratici qui rectum ꝑtergrediuntur.

Præſtatio a ꝑſtatum eſt non præſtitum. Brutus in epiſtola occiſo.C. Cæſare poſtquam mare tranſierat præſtaturum.Trebonius Ciceroni. Et charitate & amore tuum officium præſtatu tutos non debes dubitare. Fricatio & frictio inueniuntur. quod Cicero dixit ad Atticum. Quæ res forſitan ſi reſricatura uulnus meum.Plinius de aſclipiade. Profeſſus abſtinentiam cibi alias uini fricationis corporis. Celſus de febribus lentis in iis quoq frictio.ex oleo & ſale ſalubris uidetur: & alibi contentiq medici quadam una frictione. Plinius. xxiii. Et laſſitu dinum perfrictionum refectio eſt. Hoc autem ideo eſt quoniam frictum. & frictus legitur.

Iuuenalis ſi prurit frictus ocelli angulus.alibi quoq;.Plin.ea uoce utitur. & Celſus uetatio dici
tur non uetitio.cubatio.non cubitio.domatio non domitio.ſonatio non ſonitio. crepatio nõ
crepitio.tonatio non tonitio.licet dicatur ſonitus.crepitus.tonitus.non ſonatus.crepatus tona
tus.hæc autem uariationis cauſa procedere uidentur de qua alias uel quia uerba eorum gemi
no ſupino lecta ſunt alterum uero renuntiatum eſt Hora.primo ſerm.Magna ſonaturum cre
patum & ſimilia unde rõ artis indulſit ut aliquibus in atio aliquibus initio uerbale ſeruaretur
ſicut in pluribus aliis.ut lauatum.lotum.unde lotus & lauaturus.ſecatum & ſectum unde ſec
catio & ſectio.

Satiſfactio.non eſt triuiale.Quint.Ne aut inimicitiæ graues ſequantur aut turpis ſatiſfactio.
Poſſeſſio.a poſſideo cum ꝓfundo accipit æthymi.Quint.Poſſeſſiones oẽs illas Brutus uendi
derat.Cic.contra Rullum.uendit Italiæ poſſeſſiones ex ordine oẽs uel dic bona immobilia.
Simulatio & diſſimulatio aliquando ſunt rhetoricæ exornationes.aliqñ ſimulatio docente Fa
bio eſt certam opinionem animi ſui imitantis. diſſimulatio aliena parum intelligere fingen
tis cæſio a cædendo ſicut Col.y.Decretio ponitur a Martiano in philologia.
Aquatio. dicitur apud hyſtoricos.Cum milites per uada perambulant equis pp æſtum uel ut
lauentur & bibant.Cæſar.iiii.de bel.gallico.Tamen ſe ſe longius millibus paſſuum quattuor
aquationis cauſa proceſſurum:eo die dixit.
Concio non eſt uerbale ut pleriq; ſomniant.ſed æthymologum ꝓ turba.Liuius.iii.de bel.pu.
Marinus contione aduocata edicit locum ipſum & orationem ſignificat lege Gellium.
Lucubratio non ſolũ de litteris dicitur.ſed de aliis rebus.Colu. Præcipit uillico ad lucubratio
nem ueſpertinam palos decem uel ridicas quinq; ꝯficere totidemq; per ante lucanam lucubra
tionem eſſe hæc uerbalia natura ꝓbat in topicis.Cice. cũ ait. Tanq̃ riuorum a fonte deducta.

Exempla quarti gradus & imitatorum. Caput. xiiii.

QVartæ formæ in us.ut uiſus auditus.ſicut aliqua dubia:ut trium uiratus:quia a uer
bo non inflectitur ductus & ducatus ſed diuerſa ſignificatione dicuntur.nam duca
tus præfectura eſt.Suet.in tyb.Oſtento ſibi a maioribus ſuis in omni ducatu exper
tiſſimo.Iulius capitolinus.Exprobrans itaq; ſegnitiem temporum ſuperiorum.qđ
quidem & in omnibus ducatibus dederat.Iuſtinus Cum uariis fruſtrationibus nõ ſine riſu de
ferretur & honoratum inſuper ducatu cerneret aduerſarium itam in ipſum Philippũ uertit di
citur aũt a ducere q̃ ſignificat regere:unde apud Ter. bene & pudice eius ductũ atq; educatũ
ſinam coactum egeſtate ingenium mutarier ductus dicitur ipſa ductio aliquando locus unde
ductus aquarum dicitur pro ductione exemplum.Lucanus.Continuo nunquam direxi car
mina ductu:ſiue fuerit alius ꝑ eo. Nota illud Viſus potẽtia uiſio actus uidendi & hoc genus.

De dubii tituli uerbalibus. Caput. xv.

DVbii tituli uerbalia dicuntur incerta uocis lege formata a Papyriano quod ſecutus
Priſcianus plurima uerbalia dixit modo uideret a uerbo uenire ut iam diſputatũ
eſt:nos quæ ab ætymo ſe iuncta uidentur exponemus inter illa ſunt, Monumentũ
uel monimentum:quæ apud aliquos diuerſa:Porphirio idem ſignificare putat effa
bilis loquax bibax:unde arguit Gel. quod Nigidius dixerit biboſum quia talis uox a nomine
uenit uaniloquus.magnificus.maledicus.munimentum.documentum.teſtamentum.non ut
triuiales aiunt & leguleii quaſi mentis teſtatio ſed a teſtor uenit:ut Gellius docet.ſic ſæpimentũ
a ſæplo ponit Varro: tormentum a torqueo.autoramentum ab autoro a quo & autoratus
ideſt cum quis militiæ aſcribitur ut in actiuis dixi . Fatidicus non eſt inter uerbalia quia non
ſimplex.Nocuus.garrulus. conſentaneus.a conſentio.Valerius.Cõſentaneo uocis ictu ſimilia
ſunt & imitati rationem habentia præſentaneus.ſpontaneus.non enim habent uerbum. Na
tiuus qui natus eſt.Plinius.xxxiii.Vt plane intelligatur nihil aliud chriſocola quam uena pu
tris natiua duritia maxime diſtat quam unam dicunt. Varro.Quartum pedamentum eſt na
tiuum.ſimiliter actiuus.fugitiuus.ſignificatiuus.In bundus quoq;. ut hæſitabundus non hæ
ſitanti ſimilis.ſed ualde hæſitans. Plinius ad Voconium . Et palluit notabiliter quãuis palleat
ſemper hæſitabundus.in quo errat turba grammaticorum.dixit enim Valerius Maximus.y.
Iacebat Anthiocus in lectulo moribundo ſimilis,&.Q..Curtius octauo de Alexandro Remi
ſit arma moribundo ſimilis & inferius ueluti moribundus.Sic populabundus dicitur a Liuio
ideſt populans ualde & errabundus errans ualde.& moribunda Lucretia ideſt moriens cecidit
primo ab urbe condita.hæc a uerbo dixit deriuari Priſcianus.Hæc nomina ſi penſiculate note
mus uerba autorum:aliquid præter ſimplicem naturam ſignificant:ut lachrymabundus ideſt
lachrymis affluens.Liuius in quo lachrymabundus gratum eſt idem in narratione de Appio.
Cõcionabũdus circuibat hoĩes.i.faciẽs aliquo motu cõciones uel ut quiſpiã paratus ad ꝯciões

peragendas. Nauſeabundus apud Senecam.i. affluens nauſea. Gratulabundus ponit Gellius
.i.ualde gratulans populus dyagoræ lætabūduſq; ſic. Venerabundus. Liui. primo ab urbe. Cū
perfuſus horrore uenerabūduſq; aſtitiſſem. Speculabundus Suetonius in Tyberio Speculabū-
dus ex altiſſima rupe. Item obſculabundus cum actu oſculandi uel oſculans uel oſculatus af-
fluenter. ut ſentire uidetur Gellius. Sicut in laberio amorabundus.i.affluenti amore. Suetoni-
uſq; ait. non nunquā oſculabundus Narciſi aut pallantis imagines.i.ſæpe oſculans de Nerone
circum uicos uagabatur ludibundus quo uocabulo utitur quoq; Plautus En abūdæ bouis ue
ſtigia dixit Virgilius. Sitibundus quoq; plus uidetur ſignificare quam ſitiens. uehementiorem
igitur uim hæc noīa quam participia ipſa preſeferunt. Vnde moribundus uiolentiorem quē
dam modum in more ſignificat quam moriens: ut Virg. Moribundum extendit arena. nam
ſi dixiſſet morientem frigidum neſcio quid dicere uidetur ſi dicas morienti ſimilis eſt delirū de
moriente dicere morienti ſimilis Vitabundus quoq; eſt apud Saluſtium operoſe uitans uita-
bundus inquit per loca ſaltuoſa recedebat nō utiq; uitans ſed operoſe. Furibundus non ſimilis
furenti ſed affluens furore ſic indignabundus. quod aliquando in preſeſeferente eſt letabunda
dicitur uirtus a Martiano cape. in nuptiis philologiæ non læte ſimilis ſed lætitia exuberans &
undabundum mare dixit Gellius ſecundo.i.affluens undis & Liuius.xxxviii. Non peregrina-
bundum.i.multum peregrinantem dixit.

Verbalia in bilis ſunt preſeferentia aliquando actiuam ut Virgi. Penetrabile frigus adurat qd
facile penetrat neſcio at illud uerbū Seruuis ſuper illo turni.x. noſtrū magne ſit penetrabile tel-
lum ubi penetrabile dicit quod penetratur penetrale unde. &c. argumento refellit quod uide
tur cōtra Priſc. opinionē aliquādo tamē paſſiuā ſignificationē ut ſæpes penetrabilis apud Li-
uium que facile penetraretur & nubilis apta ut nubat amabilis dignus amari. laudabilis effabi-
lis miſerabilis ponitur docilis & docibilis a Priſc. docilis inquit qui apte uel facile docetur un-
de apud rhetores docilis auditor: docibilis qui facile docetur ſi uero Laurentium ſequimur ue-
riore ratione eſt ut idē ſit docilis & docibilis ex Cyp. ſententia ſicut exitiabilis & exitialis rōnalis
& rōabilis. Ouid. Dūq; manu tētat trahere exitiabile fere uerū hæc poſteriora non uerbalia ſed
denominatiua feram. Liuius. vii. de pu. bel. re. pu. Incolimi exitiabilis prodigiorum euentus ue
nit. Cicero ad Atticum. Suis tamen ciuibus exitiabile niſi ulcerit.

Sunt & uerbalia in titius ut receptitius cōceptitius & pignoratitius & mulctititio ære. Li. Q.
Fabius. Gurges ex mulcta qua punierat matronas adulteras ſtrupi damnatas mulctatitio ære.
Veneris ædem que prope circum eſt faciendum curauit.

Sunt & in ax nomina ut loquax. dicax. mordax. pellax. Vir. Inuidia poſtquā pellacis Vlixi pel-
licendo quod ſignificat blandiendo decipere.

Sunt & qualia blaterones uituperones: ut eſt apud Gellium. xviiii.

Quædam in en dicuntur ut fidicen. lydicen. tubicen. municen. mihi uidentur potius etymolo
ga. non enim dicitur lyticino tubicino. ſimilia.

Sunt & in tilis. ut uerſatilis ductilis quod uerſari & duci poteſt. uel quod uerſatur & ducitur un-
de ſcæna apud Vectruuiū ductilis & uerſatilis tortilis. ut ſiler tortile & tāus tortilis ſicut. Ouid.
in meth. contra Vallæ opinionem. Vltimaq; excipiat quod tortilis ultima piſcis quod ſane ad
utrāq; ſignificationem accommodatur unde aduerte ſi in re eſt ut tortilis anſa tunc dicitur quæ
torta eſt fectile porrum quod ſecetur & ſecari poſſint apud Plinium apertile quod apertum
eſt & aperiri poſſint. Ridiculus actiue & paſſiue apud Apuleium enim octauo. Rediculos io-
cos dixit.

Sunt & in illis. ut raſilis quod raditur. Virg. Et torno raſile buxum. & pactiles coronæ quæ pa-
ctæ ſunt floribus: & in iuus. ut ſignificatiuus de quo in uerbo ipſo diximus.

Verbalia in bilis datiuum poſcunt ut nec dictu effabilis ulli certi uero tituli genitiuum ut. Ci-
cero Ex pultrix uitiorum. Quod uero dicit Priſcianus uerbalia in dus ut amādus dignus ama
ri uiderit ipſe aliqui. n. dixerunt participialia noīa ex participiis habita. Participialia uero quæ
participiis ſimilia & hæc ſunt gerundia. Quod uero dixit Apuleius. viii. Gaudiales dapes ſuū
opificium eſt nomine non uerbo.

De participiis: eorūq; accidentibus notata. Cap. xvi.

Participium ab aliquibus tertia pars orationis ponitur Inter quos Priscianſus ab aliq
bus quarto loco ut Diomedes eſt ea ratione quā poſuit Pli & recitat Priſcianus qd
pronomen pro nomine participium pro uerbo ponitur. Alii quinto ut Donatus
& Auguſtinus. Participia ab antiquis dicta uerba caſualia. Plinio probo Priſcianoq;
teſtibus. Stoici uero uoluerunt eſſe nomen uerbale uel modum uerbi caſualem unde antiquiſſi-
mi gerundia inter uerba hanc ſententiā dixit Herodianus: ſeruauit Priſcianus. ſed omiſit plibus

tam Varronis ſententiam. Accidentia participiorum ſi Priſciani inconſt.i:dam ſequemur igno
rabimus quot nam.xi.lib. inquit:accidunt autem participio ſex.genus.caſus.tempus. ſignifi
catio.numerus.& figura.in examinatione uero ſexta.inquit eſt pars orationis partem capiens
nominis partēq; uerbi.Deinde interogante diſcipulo reſpondit ſeptē accidunt participio. ge
nus.numerus.figura.caſus.tempus.ſignificatio.forma.& hoc uerus uidetur per formas uero
intelligamus terminationes quæ ſeptē ſunt.Nā Auguſtinus in ſua grāmatica negat ut alibi di
xi mortuus eſſe participiū.ꝙ uero Diomedes dixit qualitatem ſi accipias pro eo ꝙ horiſtici
dicunt ſpeciem falſum eſt nā ideo ſpeciē non dari participio paret quia conſtat ſemper partici
pia eſſe deriuata.ſi uero dices propter qualitates uerborū ut ēt aliqui antiqui inchoatiuā medi
tatiuā & ſimilia.& hoc quoq; ſuperfluū uidetur:quia omnino hæc ſignificationibus continē
tur.ſ.uel actiua.uel paſſiua.uel neutrali.uel cōmuni.uel deponenti.& ſimiliter figura eo argu
mento ꝙ ſi uerbum nō accipit figuram neq; participium.ſi uerbum compoſitum erit ſ1a par
ticipium.ergo participium per ſe non habet figuram præcipue tamen a nomine in quo erro
re fuerunt oēs grāmatici præter Herodianum.de Plinio Palemoneq; dicere non poſſumus &
Chariſio quia dimidiati codices deſideranda hæc relinquerunt.Speciem ille ſurrupuit a partici
pio ratione prædicta.& hæc ratio militat quia accidentia ut docuit Thomas aquinas quoq;
ad rei cognitionem inuenta ſunt per differentiam.Item ſurripuit figuram:quia conſtat nul
lam figuram haberi a participio niſi uerbi ſui.Diceq; Dialeticus & Sophiſta cōfirmando.hoc
illud dicitur compoſitum ꝙ ex pluribus conſtat.Sed participium non conſtat ex pluribus er
go non eſt compoſitum.minor probatur quia ſi dico perlegens unius eſt ſchēmatis a perlego
incurrens ab incurro.accurrens ab accurro.Alias ſequeretur ꝙ ſi perlegens eſſet compoſitum
a per & legens ꝙ perlegens a perlego eſſet aliud participium quod eſt falſum. hæc Ioānes de
Aingre philoſophus cōmentator Priſciani ignorauit cum ſua philoſophia.Maius erratum eſt
quoq; in Priſciano qui ait doctificus participium cōpoſitum eſſe.Ergo benefaciens & benefi
cus.malefaciens maleficus erunt eadē participia.dicet aliquis illud participium eſt: hoc tranſit
in nomen & illud.Munificus magnificus ſignificatio arguit ludos magnificos & magnifice
factos.Præterea calybs uulnificus non faciens uulnera ſed per quem fiunt uulnera:ut Vrbāus
grāmaticus docet:unde nō dicitur uulnificentior ſicut nec luctificus luctificentior:& alia. Eſt
igitur huiuſmodi uocum analogia de ratione ætymi nō cōpoſiti probare illud uidetur. ꝙ oē
participium quādo componitur cū quo non cōuenit uerbū ſuum nunꝗ corrūpit uocē.ut ma
ratus.Indoctus.indictus.illaudatus.Sed Priſcianū tuebimur ſi dicemus cōponi quidē participi
um.ſed in alienam cōpoſitum tranſire poteſtatē.ſed in hoc non eſt ſimile nomini quod cōpo
ſitum non tranſit in aliam orationis partem:ita nec uerbum.ratio igitur figuræ in compoſito
non eſt participii ſed nominis:ſicut cum dicimus de ludo ratio ꝯpoſitionis eſt in uerbo. ſicut
hmōi cōpoſitionis rationē damus digniori ita ut docet Cicero.mecū.tecū.ſecum.& hoc genus
ita pediſequus.odoriſecus.ſed hæc ſuſpecta exēpla. ꝓpemodū.i.quaſi aduerbiū eſt. Et quāuis
ex prope & modū ſit cōpoſitū tñ ratio cōpoſitionis aduerbiū in quo eſt ſignificatio habetur.ita
& ꝓpemodū.i.cito & ueluti.ita Valerius Max.de Gillia argentino:quē cōſtat ꝓpemodum ha
buiſſe ipſius liberalitatis ꝑcordia.hactenus ex hac ꝓ nomine ut Seruius docet & tenus:& tñ fi
guræ ratio aduerbii eſt.non ꝓnominis nec ꝑpoſitōis.ita eatenus.ita pubetenus.ita dextrorſum
& ſiniſtrorſum leuorſum.ita ecaſtor perpol.& multa hoc genus.Ergo ſimiliter dicemus i noie
in quo uis ſignificationis cōpoſiti accipitur rōnem eſſe illius figuræ non in participio.unde in
terroganti indoctus quæ pars orationis eſt.nomē eſt.cuius figuræ ꝯpoſitæ ex in & doctus.nō
enim reſpondebis participium eſt compoſitum.

Quare inuentum ſit participium. Caput. xvii.

PArticipium inuentum eſt cauſa neceſſitatis breuitatis & ornatus. Neceſſitas partici
pii accipitur quando aliter quam per participium dicere non poſſumus: ut mulie
res ornant ſe ne uidentes homines eas derideant:ridiculus eſſet ſermo ſi diceretur ne
homines eas uideant eas derideant eas.n.omnino uident homines.Breuitas qa mul
tæ partes oratōis omittuntur uoce participii quo oratio fit breuior:ut legēte ꝑceptore.i. dū le
git ꝑceptor audiens accipe ideſt audi & accipe uitaturq; relatiuum ut homo amans deum eſt
bonus.i.qui amat deum:uitatur pronomen cum relatiuo: ut audiens intelligit ideſt ille qui
audit intelligit & illud breuitatis teſtimonium eſt lecta lectione ad te ueniam ideſt quando
erit lecta lectio uiſa doctrina a me ideſt poſtquam uidi doctrinam.ornatus cauſa eſt quia or
natior fit elocutio per participia ſæpius quam relatiuo & uerbo compoſitis ut cognita ueritas
a nobis multū affert ſplēdoris longe ornatius eſt dicere quam ueritas q: intellecta eſt a nobis.

De Temporibus participiorum. Caput. xviii.

TEmporis ſignificatio eſt triplex apud grãmaticos per uoces aliæ ſignificant tempus ſimpliciter:ut dies.nox hæc ſunt appellationis aliqua ſignificant tempus indeterminatum:ut legere uidere eſt.fuit uidere.fuerat uidere.erit uidere.Et hæc pragmatica uocata ab Herodiano.alia ſignificant tempora cum ſuis diuiſionibus & hæc ſunt uerba & participia.Et quoniam ſemper participium ab aliqua orationis parte uel eſt uel effingitur ab antiquis ſemper deriuatiuum dictum ideo inter accidentia non recipit ſpeciem . quæ datur orationis partibus.cum uariatio incidit autem quæ ſine uerbi origine participia dicũtur uoces ab efficta uoce eſſe.Sed dicet quiſpiam cur ſicut nomen a quo nomen dicitur primitiuum alterum deriuatiuum ut a monte montanus.a tenero tenellus.cur igitur ſi ab amãs amãtis amãdus formatur docente Priſciano amandus cur non ſpecie eſt deriuatiua.dices amans ab alio eſt quid hoc nonne poeticus a poeta deriuatiua ſpecie eſt & tamen poeta a poeo facio dictus . ſic a taceo tacitus a [illegible] tac[illegible]s hoc deriuatiuum dicitur.Iis argumentis putatur Priſcianum mutaſſe ſententiam in ſequentibus referam eius uerba ut emaculetur locus deprauatus ab impreſſore libro.xi.Et a uerbis ſimiliter uerba nomina participia & aduerbia.ut a lego lector lecturio legens.a curro curſim.ab aduerbiis nomina & aduerbia.ut ultra ulterior ulterius.a participiis participia non poſſunt naſci nec uerba ut indulgens indulgentia:uel aduerbia ut indulgenter hæc ille.Neſcio quis commentator reſpondet contradictioni ſuæ ipſius Priſciani informatio dicitur nó natiuitas.cũ eni preſens & futurum ab eodem uerbo deriuetur repugnans eſt ut alterũ ab altero dicatur naſci preſertim cum preſens actionem futurum paſſionem ſignificat.ſed ridiculum eſt ab homine philoſopho dictum qui nó i ſuo ſolo ſeminat.Nam filius a patre.a filio nepos natus & ſic alter ab altero magis proprie dixiſſet Priſcianus a participiis non poſſe originem habere participia.nam aliud eſt naſci aliud habere originem uel principium ut a Ioue nata Venus.ex Venere Aeneas non tamen ab Ioue natus ſed oriundus Aeneas uel originem habens.uerius ꝗ cõmentator dixiſſet analogiam .ideſt uocis proportionem fieri cum amandus quomodo.ab alia uoce inflectatur quæritur ſed id non eſſe ad originem uel originationem: & ſic non eſt de ratione ſpeciei.Et nota quod egregie dicitur a Seruio in comment.Donati.Latinitas non habet preteritum participium ab actiuo.neq; preſens a paſſiuo Ex quo fit ut ſio cum ſit paſſiuum nó habeat fiẽs Inuenitur tamẽ apd' poetas talis elocutio ubi alterius temporis pro hac ſignificatione ponitur. Virgilius.Et qua uectus abas & qua grãdæuus elethes uectus enim dicit pro eo quod eſt uehebatur.Et in ſecundo uimq; addere uictis ideſt qui uincebantur: Alterum exemplum.Cicero in Bruto.Cum e ſicilia diſcedens rhodum ueniſſem nó enim diſcedẽs ueneram.ſed diu poſtquam diſceſſerat ſed eo uſus eſt participio in quo latinitas deficiebat mó Item ad Tyronem .Si te ueniens in medio foro uidero:diſſuauiabor.i. poſtquam uenero. & Virgilius octauo.Ille mihi inſignem pharetram lyciaſq; ſagittas diſcedens chlamidemq; auro dedit intertextã.i.cum diſcederet.

De ſignificatione participiorum & quare impſonalia deſiderãt participia & inibi quomõ pticipiũ trãſit in uim nois ex quo cognoſcitur error plurĩũ regulaꝝ Cap. xviiii

SIgnificationes participiorum a generibus uerboꝝ ſummũtur ut ait Donatus.Et nota quod dixit generibus non ſignificationibus quia aliud eſt uerborum ſignificatio aliud genus uerborum.ut intelligatur imperſonalia niſi uſurpatiue generibus applicari uerborum cum genera uerborum intelligantur perſonalium quorum actus dignoſcuntur ſumpto principio a recto & ideo neceſſarium participia reſolui in rectum relatiui:ut amans qui amat unde lectio docta non dicitur.Cum ergo imperſonalia nõ poſſint habere circũſcriptionẽ per rectum neceſſario deſiderant participia . Quod uero legitur apud Terentium.Cælatum amorem cuius reſolutio non eſt per rectum dicimus nomen non participium.Similiter quod eſt apud Suetonium in Neron.Hoc cõſilio per ſocios parum cælato: & illud apud Plinium & recitatum in gerundiis docendæ oratoriæ artis quæſtus neceſſario nomen eſt non participium.præter ante dicta oportet participium ſignificare tẽpora caſuſq; ſui uerbi recte regere unde euidens negocium non poteſt eſſe participium licet id Valla approbet & multa alia quæ ſuo loco dicentur.Sed aduertendum eſt diligenter ꝙ licet aliquãdo participia non reſoluantur per relatiui rectũ uim tamen accipiunt recti.ut Val.Max.de Craſſo ducturus erat a caſtris aduerſus parthos exercitum.i.paratus erat ducere uel diſpoſitus.Et in præſenti Virg.Dona ferens pelago & flãmis reſtantia troiæ.non.n.diſceſſerat adhuc puer ut poſſis dicere qui fert uel ferebat ſed paratus erat ferre.unde ferens animo ferẽdi. Quod autem in hac re dicitur temporis amiſſione. Nota ꝙ temporis amiſſio fit dupliciter.aut enim penitus ideſt nulla ratione temporis intellecta:ut uenerandus dignus uenerari:& metuẽdus dignus q timeatur interim per affectum dicitur.ut Virgilius decimo.Iſtic nunc metuende iacet ideſt qui ante

uidebaris metuendus.& doctus qui ſcit multa.Sic participium approbante Priſciano & aliis
tranſit in uim nominis hoc modo non poteſt regere caſus tranſitiue. Altero modo quando
non uidetur participium in totum amittere uim temporis.Sed recondite ſeruare ſine diſcre-
tione.Quod artis eſt tunc regit caſus neq; efficitur nomen:ut ductutus Craſſus exercitum ſi-
gnificat cum apparatu diſpoſitionem rei futuræ ſic tempus dicitur reconditæ artis ab Vrbão
grãmatico ſuper eo uerſu de chorebo.Se mediũ iniecit moriturus in agmen.Suet.in Iulio.Li
bellũq; iſidiatum indicem ab obuio quodam porectũ libellis e ceteris quo ſiniſtra manu gere-
bat quaſi mox lecturus cõmiſcuit.i.cum intẽtione ut inde ſtatim legeret.Idem cymber Tulli
us qui primas partes ſuſceperat quaſi aliquid rogaturus proprius acceſſit.i.quaſi oſtendens ſe
uelle aliquid rogare & quia rei futuræ.i.quæ adhuc non eſt acta ſignificatio uider̃ uſus eſt par
ticipio futuri nõ alio.ſimiliter ſi dico uenio lecturus lectionẽ.i.ad legendum lectionẽ uel ut le-
gam uel animo legẽ:itq; quæ rõ qm̃ futura eſt utor futuro partici[illegible] uarie detra
cturus græcis teſtibus fidẽ & doctrinã iis concedit.i.aio detrahendi uel cauſa.& illud.xi. Vt lu-
ctaturi ſolẽt humeris ad occipitiũ ductis.i.parati ad luctandũ uel cauſa luctandi.Seneca de pru
dentia ſecundo.Puer confugit ad Cæſaris pedes nihil aliud petiturus quã ut aliter periret ne
eſca fieret.i aio petendi uel cauſa petẽdi:in hac elocutione eſt gerũdii affinitas.Sed additur ue-
nuſtas ſermoni ſicut pulcherrimus & quã pulcherrimus.Eſt igit̃ elegãtia nequaquã ptenenda
q̃ elocutio p pticipium loco gerũdii uim pſtat orationi & colorẽ. unde Suetonius Apparatũ
quendã p exteriora ſignificãs de Nerone.Ego inquit nec amicũ habeo nec inimicũ pcurritq;
quaſi pcipitaturus ſe in Tyberim.& inferius p gerũdio aquã ex ſubiecta lacuna potaturus ma-
nu hauſit.i.cã potãdi.Vir.quoq; de tarcõte Ad rẽ futurã paratũ animũ ſignificans ait. Medios
fert̃ moriturus in hoſtes cũ tñ uicerit.Aliqñ hæc pticipia ſignificãt diſpoſitionẽ quãdã nõ rõe
rei futuræ ſed habitus exiſtẽtis ad rẽ agẽdã.Ci.prio tuſ.Nõ pudet.plurimũ i eo gloriari q̃ hæc
nõ timeat & qd̃ falſa eẽ cognouerit ex quo itelligi põt q̃ acuti nã ſint q hæc doctrina crediturí
fuerint.& in orõne p Cecina.Quero ſi te domũ tuã tedeũtẽ hoies & armati nõ mõ limine te-
ctoq; ædium tuarum ſed primo addito ueſtibuloq; phibuerint qd acturus ſis.i.paratus facere
Quintilianus.Qui apud diſceptatorem de re uiliſſima ſedens dicturus utatur illa Ciceronis
compoſitione:& alibi Nec omnino huius rei meminit poeta non taciturus de tanta ſua glo-
ria idest diſpoſitus in tali conditione ut non taceret uel q̃ non tacuiſſet quia ex narratione
rei futura fuiſſet gloria ideſt uſus eſt artificioſe eo uerbo taciturus.Seneca ſimiliter in que-
ſtio. nat.Nullã aũt fecit mentionẽ cometa,e non prætermiſſurus ſi quid explorati apud illos
cõperiſſet.i.ea animi preparatione ut nõ pretermitteret uel qd̃ non pretermiſiſſet ſi quid cõpe
riſſet &c.Simili exemplo uſus eſt epiſtola xviiii.de Mecenate.ingenioſus ille uir fuit magnum
eloquentiæ romanæ daturus exẽplũ niſi eneruaſſet felicitas daturus dixit.i.aptus uel ea cõdi
tione ita erat quod dediſſet magnũ exẽplũ &c.Ne omnia exẽpla recenſeã hic dicendi modus ſi
gnificat qualitatem uel cõditionẽ ſed ad rẽ que nõ ẽ.ſed quaſi parata uel modum futuri ſigni
ficans.ut illud in ſacris quoq; Hic eſt uere propheta qui uenturus eſt in mũdum.i. qui expecta
batur ut ueniret ſi tẽpus rectũ ſignificaret non cõuenit præterea nõ amittunt uim tẽporis nec
caſus naturaliter participio datos.& quia hoc uitium eſt eis quæ ponit Valla. ideo nomina ſũt
non participia de quibus infra.

PArticipium quot rationibus tranſit in uim nois. Caput. xx.

PArticipium tranſit in uim nominis quãdo ſibi iũgitur præpoſitio quæ nõ cõgruit
ſuo uerbo:ut indictus infectus non factus antiq quoq; infactus dixerunt.Cato fac
toribus detur infactus olei ſextarius.Euidens non enim euideo q̃q̃ & ipſum muta
tione ſignificati ſit nomen ut ſuo loco agetur inſolens.Terentius.Quid tu athenas
inſolens.i.non ſuetus.Gellius libro primo Habe ſemper in memoria.atq; in pectore ut tãquam
ſcopulum ſic fugias inauditũ atq; inſolens uerbum.i.nõ cõſuetũ.Licet mutatiõe quoq; ſignifi
cati ſit ẽt nomẽ.i.ſuperbus.Participiũ quoq; ubi ẽ diſpoſitũ ad cõparatiui ſignificatione uocẽq;
accipiendã quia in eo modo amittit quoq; tẽpora & caſus regimen.efficitur nomẽ,ut doctus
doctior.Alii uero ſapdæ.ſ·dicũt effici nomẽ iã formata uoce cõparatiui:ut ſeruãs ſeruãtior ſeruã
tiſſimus:exſuctus exſuctior ab ex ſugo.i.pauco uel nullo ſucco.Varro de equabus Itaq; ut reſti
biles ſegetes eſſent exſuctiores ſi quot annis pregnãtes fiãt.Efficitur quoq; ui nois participium
ſi tẽpus naturale non ſeruat uel amittat.ut medicatus qui infert medellam.Sic plinius medica
tas aquas appellat.Argentum medicatis aquis naſcitur ueſtis ornata quæ habet ornamenta
Amiſſione quoque ſignificati participia tranſeunt in nomina: ut aceptus ideſt gratus.Cæ
ſar in commentariis. Ac maxime plebi acceptus erat. Suetonius. Sed aliquanto Neroni
acceptior.Iuuenalis.Gens acceptiſſima noſtris.Valerius de Publicola. Tres conſulatus accep-

tiſſime rei pu. geſſit itē apd' Ter. Scitus puer e pāphilo. i. pulcher & in phorm. tantūmodo ſa
tis inquit ſcita. i. cauta uel docta. Aliqua ſunt quæ & tēporis amiſſione & ſignificationis: & ca
ſuum uerbi ſui effitiuntur nomina: ut circunſpectus quo uerbo & Seneca. i. ſapiens. cautus. pro
fuſus. tutus. diſertus. cōſideratus. & inconſideratus. prouidens. Cicero ad Cecinam. Homo ē ual
de acutus & multū prouidens. Homo quoq; perfectus dicitur. apertus. perditus. i. dignus perdi
tione: unde cute perditus apud Perſium & perditis moribus. Cicero ad Curionem. Virg. Per
ditus & liquidis immiſi fontibus apros' Val. Perditam luxuriam dixit: hæc autem ſunt nomi
na apertis rationibus contra uallenſis opinionem (Bonus quandoq; dormitat Homerus) non
partic pia Similiter euidens negocium ut eius uerbum ponam. Nam licet ſignificatio ſit paſſi
ua. hoc accidit quoq; & aliis nominibus: ut ludi magnafici. i. magnifice facti & magnificenti
ſſimi. Depoſito quoq; caſu proprio noia fiunt participia ut patiens laboris. negligens amico
rum. appetens pecuniæ. fugitans litium. cupientiſſimus legis. amans filii. uictus animi. ex
pertus belli idiomata ſunt diomedis.

De diuiſione participiorum Caput. xxi.

ALiqua participia ſunt naturalia. i. quæ certa lēge deriuata a uerbo uim & accidentia
ſeruant ut homo colens deum. Sunt participia abuſiua. i. ab alia orōnis parte uſurpa
ta. quam a uerbo uim participii habere uidentur. ut galeatus. tunicatus. Aliquando
nulla origine ut peroſus. exoſus. aut contra regulam: ut pœnitens pœnitendus Itē
quæ non ſeruant ſignificationem a uerbo ſuo ut Tacitus. Item quæ ſimilia participiis uoce ſi
gnificatione nomina ſubſtantiua de quibus ſigillatim proferendū eſt.

De Formatione participiorum non uulgari. Caput. xxii

PRiſcianus. licet alibi triuialibus regulis dederit fontem egregie meo iuditio contra
uſum triuialium dixit uerba primæ coniugationis & ſecundæ formant participia
a ſecunda perſona preſentis indicatiui modi poſita. n. ante. ſ. ut amo amas amās. do
ceo doces. docens uerba uero tertiæ & quartæ formant participia a prima perſona
preſentis indicatiui modi muta o in ens ut lego legens. audio audiens præter eo iens & queo
hæc ſententia fuit Herod. quoq; & Chariſii affirmantium ſic Varronem dixiſſe primū & nec
Palemonem detrectaſſe. Caprum affirmaſſe legimus. Quod ſane eſt conuenientius a prima po
ſitione deriuari participium quam a uoce inclinata. Participia in rus. Priſcianus. vi. examine pu
tat fieri a præteritis participiis interpoſita inter u & ſ ru ut amatus amaturus. doctus docturus
dictus. dicturus quod falſum eſſe ratione ipſa patet. nam quomō ſeruiturus dicetur a ſeruitus
quod nullibi eſt quomō futurus. curſurus. iturus. uapulaturus & mille hoc genus. preterea ipſe
libro. xi. inquit Futuri temporis participia ſi ſunt a uerbis actiuis & neutris & deponētibus fiūt
ab extremo ſupino addita rus ut amatu amaturus. doctu docturus. lectu lecturus. auditu audi
turus. ſtatu ſtaturus. locutu locuturus. Sed ne quis tamen miretur memoriam priſciani. qui plu
rimis ſibi locis contradicit ipſi errorem quoq; aduertant curioſi. Nota eſt catholica apud Her
odianum prius fuiſſe rationem ſignificationis. actiuæ quam paſſiuæ: quod ſi aduertiſſet priſci
anus non deliraſſet: non in participiis modo ſed neq; uerbalibus cū dixit ab amatus amator
fieri. A ſecundo ſupino dicunt non triuiales igitur deriuari participium in tus. ut amatu ama
tutus. & in tus ut lectu lectus. In quo ambigitur quommodo dicitur lecturus ſignificatione ac
tiua. quia ab actiuo uerbo uenit. ſi ab eodem eſt participium paſſiui ut lectus: quando nec ipſi
ſupina adnumerant inter uerba. Aliqui reſpondent ſupinum eſſe modū uerbi quod Diome
des & Probus ſecuti ſunt & nos probauimus manifeſtis & ueris rationibus & autoritate. Sic
enim a uerbo dicetur deriuari participium ſupini uero modi priorem uocem docti putarūt eē
actiui alteram paſſiui inter quos eſt Valla. & ſic dignus lectu dicitur ut legatur a priore igitur
participium in rus uenire cōgruum eſt ab altero participium in tus uel in ſus uel in xus. Sic. n.
dicta ſupina quia ſubeant ad participiorum uerbaliumq; anologiam uocis unde ut plurimū
quæ carent ſupino deſiderant participia: que ſi legantur uſurpata ſunt. Quod uero a nō nullis
dicitur ab amor amandus quomō ab amans. ut Priſc. uoluit ad ea que libata ſunt ſuperius dic
ſicut ab actiuo paſſiuum originem trahit ita non dedecet participium ſignificationis paſſiue
ab actiuo per analogiam. i. uocum ꝓportionem inflecti.

De Participiis naturalibus ab actiuis & doctrina quedam. Cap. xxiii

VVlgata omittimus pro renuo reſpuoq; dicimus refuto ita. n. agendum eſt ut ubi par
ticipia deſiderantur ab altero eiuſdem ſignificationis uerbo petatur auxilium. Quin.
x. refutari temporis munera longe ſtultiſſimum eſt. refutaturus dicetur ubi renutu
rus uel reſpuiturus non erit dicere. a ſimilibus habenda eſt ratio. A lauo loturus & la
uaturus, illud raro. Sacra lauaturas mane petebat aquas. licet ſit teſte Donato āntiquitatis. Horat,

tamen in ſermonibus. Sol acrior ire lauatum admonuit fugio fugiturus. Ouidius. Remigiūq; dedi quo me fugiturus abires: non tamen fugiturus legitur. Linquo in ſimplicitate deſiderat cõpoſitum dicitur. Ouidiana Penelope. Nec quererer tardos ire relicta dies. Item luo luturus ſed proluturus diluturuſq; licet non luturus. tremo neutrum eſt temere numeratur inter actiua licet ſi gurate dicatur tremit artus: quod aliqui excuſant dicendo tremo. i. metuo. ſimiliter gliſco neutrum. i. creſco & ſatagit de quo ſupra in ſacris tamen litteris eſt ſatagentis. dixerim uſurpatum caluo item non enim legitur caluor a te. Marcellus tamen dixit caluitur ideſt fruſtratur a caluis inimicis tractum quod omnibus ſint fruſtrarui. legitur & calueo neutrum quod ſignificat caluum fieri. Plinius Quædam animalium caluent: ſicut ſtrucio camelii & corui aquatici: & recalueo ideſt rurſus calueo. Item caluaſter hinc recaluaſter. audiens dicto. non auditurus dicto dicitur neq; paſſiue ideſt obediens uis eſt neutralis potius. Cicero pro deiotaro. Vt eos qui miſſi eſſent non paruiſſe aut qui dicto audientes in ea re non fuiſſent utūtur hoc hiſtorici. A ſino ſiturum poſuit Cicero. ii. ad. Q. fratrem. Cato concionatus eſt comitia haberi non ſiturum ſibi cum populo dies agendi eſſent. Ab arceo. es. arciturum deriuat. Priſcianus in ſua examinatione. ſed doctiores ſuper eo exemplum querunt.

De participiis quæ nulla ſupina habent uel contraria regula. Cap. xxiiii.

Otatūq; illud eſt ꝙ aliqua ſunt uerba quæ licet ſine ſupino tamen habent participia: ut parſum a parco quod Pli. xxxii. cap. iiii. Italiæ parcitum eſt uetere interdicto patrum: ſupinum eſt. Suetonius in Nerone. Ne reliquis quidem ſe parſurum ſenatoribus. Liuius ſecundo de bello punico. Ne dum eos capue parſuros credam. Gellius præterito dixit cur ille atrociſſimus leonum uni parſiſſet. quod uero dicitur partoq; ibit regina triumpho. dicitur a parco alia ſignificatiōe. Apud Ouidium eſt Caliturasq; ignibus aras plura ſunt quæ & ſupinum habeant participio tamen carent In actiuis Cano cantum non caturus legimus: neq; cantus canta cantum. Iuuo non iuturus licet adiutus compoſito legatur uerbo Neco nectum nec tamen nectutus. enectus eſt apud Suetonium in Caligula piſces enectos. Noſco quoq; noturus non habet licet ſit notus. Ab aio altum uel alitum aliturus nō legitur. ſic etiam arguturus ab arguo. Argutus nomen eſt. Imbuo nō imbuturus licet ſit imbutus Horatius Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem teſta diu. In neutris decerno decreturus non habet & tamen decretum. Cicero ad Lentulum. Nam & Cæſari ſtipendium decretū eſt. Similiter creſco non habet creturus & tamen legitur cretus. Virgi. Hortamur fari quo ſanguine cretus. ſæpe Lucretius ponit a pando paſſurus. i. dilataturus non eſt. ſed paſſus unde paſſis uelis. & Virg. paſſiſq; in littore palmis: ut Gellius quoq; Et paſſus rugoſus nomen eſt unde uua paſſa & expanſus non ut triuiales merſus ſed dilatatus. Plinius. in illiriis ſupra fontem frigidum expanſæ ueſtes accenduntur. A fuo futurus: quod uerbum eſt defectiuū: ut Seruius ait. Vigilius. Tros rutuluſue fuerat. i. fuerit ab hac uoce uenit fui fuiſti fuit fueram fuero. Lucre. v. Quod cōmune malum fueret fœdumq; futurum. Sic a tolo tuli tuleram tulero. frictus & fricatus a frico non tamen fricturus nec fricaturus. Plin. de iana fuccida. Halitus quoq; oris gratiores facere creditur confricatis dentibus atq; gninginis cōmiſto melle idem fiictio & fricario Et in octauo. Pāntheras per carnes fricatas aconito uenātur. Iuue. Sic prurit fructus ocelli angulus. Pli. Fricta quoq; ex oleo totis ouis pridie maceratis in aceto. Emicaturus quoq; nullo ſupino. Seneca ad Albinā. Quādoq; emiſſus fuerit ad ſumma emicaturus odi: ſed hoc uerius. actiuum caret participiis. Oſores tamē legimus oſurus pōit Gel. primi. lib. iii, ca. Paulus apoſtolus odiens dixit. Soliturus a ſoleo nō eſt: qa oīs cõſuetudo pſens aut pterita eſt unde ſolebo quoq; non eſt indicatiuo uerbo in quo errarūt oēs ferme regulæ. itē ſueturus a ſueſco & cõſueturus a ɔſueſco non eſt neq; aſſueturus ab aſſueſco piuit caret ut memini ni figurarum ſit ſimilia ut ningit. In deponentibus a faris faturus non eſt: ab obliuiſcor non oblituruss: a refello non refuliturus. nec inpaſſiuo refelſus. & ſæuiturum apud Liuium infinitum.

A paſſiuis. Caput. xxv.

Ectitus & pexus dicitur non autem pectinatus ut ait Caper. Colu. præparatæ ſint & pectitæ lanæ formatus a formor. Statius. Siculis informata carminis formatus quoq; dicitur compoſitus & ornatus. Suetonius. de Meſſalina Claudii altera in admiratione formata. promiſſus in longum tractus. Sueton. Barba capilloq; promiſſa nomen potius eſt ꝙ participiū. appulſus ab apellor qđ tamē rāꝫ eſt. Val. ꝯ hyppo. fœmina cu ius corpus erithteo littori appulſum. Virg. iii. æn. Hic me digreſſum ūtis deus appulit oris. Pertimeſcendus legit' gerūdiū potius ꝙ part cipiū. nā pumeſcor nō eſt. Val. de Aphricāo ueterano bellatori pertimeſcendus exitus. Cicerone in orōne pro Pōpeio. Non eſſe ita magnū ut ſit pertimeſcendū. A cōedo comeſus Iuue. de libertate cōcia & comedēdus dicit' nō comeſtus & co

meſturus:ut uulgus exiſtimat docet Diomedes. A lauor lautus dixit Apuleius in primo aſini. Lautus ad hoſpitium Milonis.

A Neutris. Caput. xxvi.

AIuro iuratus qui iurauit legitur. Cicero. ii. cōtra uerrem ait. Diſcoloribus ſignis iuratorum hominum. laboratus. decurſus. excurſus. habitatus. regnatus. leguntur. Terent. in adel. Excurſo ſpatio & ſimilia contra triu alium opinionem non ſunt ſine uerbi origine. Virg. atq; humiles habitare caſas. laboro opus dicitur. Cic. ad Appiū. Hæc mihi multo amphora ſunt q̄ illa ipſa propter quæ hæc elaboramur. Quintil. Cogitatio ad illa elaborata. ita initum bellum apud Liuiū. & apud Cice. ad Atticum. Cōſilia tua q̄ eugielata tuis cogitationibus. defletus ſimiliter eſt. Cic. in orat. L. Craſſi mortē illam quæ eſt a multis ſæpe defleta dixerit beatam. Scalptus dicitur a ſcalpo a quo proprietate dicitur ſcalpra gemma non ſculpra ut Diomedes ait. & adiecta præpoſitione dicitur inſculpta. Poto potus potatus poturus potaturus habet. Pli. xv. Nouū ſibi guſtum eſſe eū atq; nō ex nobilibus ſed Cæſarē non aliud potaturū. xxii. de laſere. Pleureticis in ſorbitione uinū potus datur. & ſuperius potum neruorū uitia extenuat. Sen. in natur. Sic ubi terreno lucus eſt potatus hiatu. potaturus dixit. Suet. in Nerone. Aquam ex ſubiecta lacuna potaturus manu hauſit. Terent. Nā potaturus eſt apud me hodie. Pinſitus a pinſo Colu. dixit Hordeū pinſitū q̄q̄ Diomedes pinſat apd' Perſium legendum dubitet Circuitus. ta. tum. participium legitur. Suet. in Auguſto cauſam ualitudinis contraxit ꝓ fluuio alui tū cāpaniæ ora proximiſq; inſulis circuitis. recaſura. Iterū caſura quāuis ſit apud poetam uno de ſtirpe receſſum. Suet. Cūcta in ipſos recaſura. A deſino deſitum uſ deſituiq; uenit. Cicero peto qui primū Papyrius eſt uocari deſitus. Sueto. in Auguſt. Cenſores creari deſitos, alibi artem deſituros promittentibus. A pareo pariturus. i. obediturus dicitur. Cōtra aliorum opinionē iuſtinus in principio Vni uiro ne dū fœminæ paritutus. Quieſco quieturus Idem pro Iulio pro conditione tēporū quieturus. Inſanio inſaniturus non habet neq;. Sapio ſapiturus: item furio. ignoſco ignoturus habet Priſciani exēplo ex Catone maiore ignoturus eſt a'teri quod tenorem. Cato in originibus mihi ignotutus eſt.

A deponentibus. Caput. xxvii.

FAteor faſſus non faſſurus. Ouidius. Parce precor faſſæ. Natus a naſcor. non naturus confeſſus a confiteor aliquando nomen Plini. & fere ſecuti principes per confeſſa experimenta, alibi inconfeſſo eſt. i. manifeſtum. xv. Confeſſis urbis uocabulis. i. manifeſtis. xxiiii. ordiar a confeſſis. Quintil. quoq; non nihil etiam de cōfeſſo locutus es. ut reuocet nos cogitatio ad illa elaborata. Similiter mercatus participium & nomen. Suet. in Nerone Circa conuentus mercatuſq; gratiæ. Aliqua ſunt deponētia quæ in preſens utraq; ſignificatione leguntur. & habentia participia in duus licet deponentibus abunde uidemus notaſſe regulas in idiomatum ratione. Aliqua. tamen ſubtexemus. Populatus Cæſar in cō ment. primo agros populabuntur. & paulo poſt Cæſarem certiorem faciūt ſe depopulatis agris. nō facile ab oppidis uim hoſtiū prohibere. Meditatus actiue & paſſiue. Terentius. Venit meditatus ex aliquo loco. Cicero Leuiora ſunt ea quæ aliquo repentino motu accidunt: quā ea quæ meditata quæ preparata inferuntur. Terentius. Meditata ſunt mihi omnia mea incommoda Plinius de aſclepiade. Torrēti ac meditata oratione blandiens omnia abdicauit. Reueritus paſſiue Curtius. Nāq; unus e conſciis eius credo regis uicem. etiam in illa forte reueritus Mentitus actiue & paſſiue eſt. quia a cōmuni uerbo, ſi Seruio credimus. uenit. Virg. primi clipeos mentitaq; tela agnoſcunt. Opinata quoq; paſſiue. Cicero Perſpiciūt quædam bona nec opinata nec Oblitus quoq; paſſiue. Virg. Non oblita mihi tot carmina. Liuius. id omnium maxime tegēdum occulendum obliuiſcendum pro non dicto habendum eſſe. de ſecūdo bello punico. Horatius in epiſtolis. Oblituſq; meorum obliuiſcēdus ab illis. Modulatus quoq;. Suetōius i calig. Ac puellis carmine modulato. Fruſtratus. Virg. Spes mea fruſtrata eſt. Vtor utēdus ea ratōe qd' ueteres utor hāc rem dixere. Cicero in offici. Si ea quæ acceperis utēda maiore mēſura. ſi modo poſſit: iubet raddere. Fruēdus quoq; Cicero Qui aliquid tribuit uoluptati diligēter ſciat ei tenēdum eſſe modum eius fruēdæ. Sequēdus quoq; a ſequor. Ouidiana philis. Non tibi ſic dicer phili ſequēdus eram. & Fabius littora interim ſequēda ſunt. & alio in loco ait. Meminerimus tamē poetas nō per omnia eſſe oratori ſequēdos nec libertatæ uerborum: nec licētia figurarū genus oſtentatiōi. comparatum alibi interpretatiōem rectam ſequendam imitādus quoq;. Cicero. Qua propter in adeundis periculis conſuetudo eſt imitanda. Idem dixit moderanda. Ad facultates commodāda & mediocriter moderanda eſt. Agreſſus & aggrediēdus. a doctis & claris autoribus ſicut ēt ꝑ pepetiēdus. Senec. Præſume aio multa eē tibi patiēda & i beata una ait Longiſſime una mercede perpetiuntur. & epiſtola. xxiiii. Satis cito patienda cū uenerūt. quod

gerundium uidere Liuins.xiii.in oſidione patienda.Reor ratus tantum habet neq; reus a neq;
ratatus.Quod uero dicunt ab aliquibus qnq; fieri participia inane eſt uis.n.excutiēda eſt alias
refer.ad terminationes.

De participiis abuſiuis. Caput. xxviii.

COmmunia quoniá omnibus iam nota preterimus.Abuſiua participia quæ ex ipſa
ratione antiquorum diximus appellari.recéſemus.Sed que duo uel nemo iá liba
uit.Cum potiſſimum duplici ratione.tū ordinibus innoteſcunt:primum .n. caſus
expedire non regunt:ut armatus a te dicimus:non togatus a te Secundo aliqua tē
porum.careut diſtinctione.Si dicam lacernatus non lacernádus erit·Et quod propius uero eſt
nec lacerno legitur.unde potins a lacerna deduxerint ſimiliter exoſus non exodiendus.nec exo
ſurus.Primo igitur dicemus de iis quæ non a uerbo habent ſimilitudinem participiorū .quā'
uis legerim Plotium dixiſſe denominatiua ea ratione quod nomina a nomine dicta.dicta ſūt
denominatiua·Viderint alii obæratus.i.peduniosus apud Liuiū.xxvi.ab ære inflexū ē.A ceruſ
ſa ceruſſatus.Martialis Ceruſata candidiora cute.A margine marginatus.Pli.xxxv.Cruſtas pa
rietum exciſas tabulis marginatis in cluſas eſſe.Sic ab oliua oliuantibus ponit: Quippe oliuan
tibns lex antiqniſſima fuit oleam ne ſtrigito ideſt oleas colligentibus .Et apud eundē legimus
faſtigiatus.mucronatus.ſerratus.a faſtigio mucrone.ſerta.Linteatus quoq; a lenteo.Liuius.Le
gio linteata ab integumento conſepti quo ſacrata nobilitas errat appellata.Ita coriuatum a ri
uo.Pli.xxxv.Corriuata hyeme æſtiuis ſolibus macerantur.Scutulata ueſtis a ſcutulis dicta nā
ſcutulis diuiſa eſt ut ſcribit Plini.viii.Galliæ inuentum apud palladium legere eſt ſcutulatum
colorem.Vngulata quoq; ueſtis apud Pli.ab ungulis.i.annulis.licet aliqui a colore unguiū. &
ſurculata ueſtis a ſurculo ſicut alibi.palmata a palmis aliqui tamen legunt ſurriculata.Et undu
lata ueſtis dic tur ab undula ad undularum ſimilitudinem uulgo zābilotum uocant. Eadem
cymatilis aut apud Plautum & Ouidium.aliqui ab undonibus.qui cilicii.Varro de uita patrū
a qnibuſdam dicitur eſſe forrunæ uirginis ab eo quod duabus undulatis togis eſt optū.Non
ignoro quid Nonius placet hæc ſententia.ſed uerius hæc denoiatiua dixerimus.petaſus quoq;
dicitur a petaſo.i.galero.ſic petaſatus auguſtus dr̄ a Sueto. licet.Lactantius grāmaticus p ala
ribus pedum Mercurii.i.calciamento alato ſed tegmētum eſſe docet mimiſis Pliniana . Nam
libro.xxxvi.cap.xiii.inquit.Supra id quadratum Pyramides quinq; quattuor in angulis & in
medio una.In imo lare pedum ſeptuagennm.aliæ centum quinquagenum.ita faſtigiatæ ut
In ſummo orbis æneus & petaſus unus male inpreſum eſt pegaſus pro petaſus lymphatus p
aquatus non dicitur in quo erat cornu copiæ.nam motus mente lymphatus dicitur.autor Fe
ſtus Varro & Plinius.male igitur uinum lymphatum dicitur a uulgo pro eo quod docti dilu
tum.Ab acino deacinatus dicitur Cato ſi bene deacinata erunt dolia:oblinito.Ab ære æneatus
inde æneatores.i.tubicen apud Suetonium & ætatus.i.armatus.& æratas acies apud . Virgil.
æraq; arma ut æra micantia cerno obætatus.i.pœcuniosus ap̄ Liuium.Cæſar in ꝓmēt.Ad ho
minum millia decem undiq; coegit:& oēs oberatos.Peculiatus a ꝑeculio.Pollio ad Ciceronē
calen.iulii traiecit ſe inrognum bogudis.plane bene peculiatus.Loricatus a lorica apud Suet.
Pli·tamen mathaph.dixit coriis de arbore ſe loricauit.Varro quoq; parietes & ſolum opere te
ctorio marmorario loricandi aliqui addunt cruſtatus a cruſta ſed hoc in ſuperioribus. Aſardo
nice ſardonicatus·Martialis.Ruffe uídes illam ſubſelia prima tenentem:cuius & huic lucet ſar
donicata manus.Sardonix lapis pieciosus quo primū ut ait plinius Vſus aphricanus dictus a
nobis in libro de lapidibus & incōmentariis Perſii.Fimbriatus a fimbria.quod uulgo perfilū
Suetonius in iulio etiam cul. notabilé fuerūt uſum.n.lato clauo ad manus fimbriato ſimiliter
teſſelatus a teſſera unde de pauimētis teſſelatis apud Vetruuiū & teſſelata pauimēta apud Sue
toniū.A pede pedatus dicitur.unde Trāquillus de Otone male pedatus.caluuſq;. A barba bar
batus.Martialis.Barbatus rigido nupſit caliſtratus aphro.& barbatum magiſtrum apud Perſi
um·Ab annulo anulatus.Plautus in pennulo.Qui incedūt cū ānulatis auribus.A manu ma
nuleatus.Platus in pſeudulo.Manuleatá tunicá habere hominé dedecet·A manica manicatus
.i.manicis ligatus a cornu cornutus.a ueru uerutū:unde uerutati milites.q ueruto telo utebā
tur.a braccha bracchatus pſius Bracchatis illita mœdis.an autem ſit ueſtis ut ex Diodoro Do
mitius an ut Merulla uoluit:declarabitur a nobis i libro de iudicio neotericoꝝ diximuſq; im
cōmētariis pſii iá editis ab aio aiatus.uel ab aia & aiatus.Iuuenal s.Hæc aiante tuba.Suet.i Vi
tellio.Mētē male aiatus erga ꝑncipē exercitus aiare exaiare tū uerba dicūt.& inaiare ab aliqbus
animantes.g. fœminino ſubſtātiuū Lactātius.mutas autem aiantes quaſi alterno latere iacen
tes fixiſſe & ſimili ſignificato animantia.g.neutro ut inferius.A perſona dicitur perſonatus
quam triuiales dicunt laruam Suetonius in Nerone.Cantauit tragædias pſonatus heroum

deorumq; .Seneca epiſtola Lxxx.Omnium iſtorum perſonata fœlicitas eſt.Plini. in epiſtolis
Perſonam tibi imponimus.quæ ſapienti uiro ira aptanda eſt ut præferatur . Horatius tamen
abuſus uidetur ſed poetas ait Fab.metri neceſſitas excuſat. Sudatuſq; labor dicitur a Syllio in
.iii.a tunica tunicatus.Iuuena.Tunicati fuſcina gracchi.a lacerna lacernatus . ipſe lacernatæ cũ
ſe iactaret amitæ.a toga togatus a penula penulatus.Cicero pro Milone. Cũ uxore ueheretur
in rheda peculatus.a niue niuatus.Surto.in Nerone.Refotus ſæpius callidis piſcinis ac tẽpore
æſtuio niuatis.a palliolo palliolatus eſt aũt palliolum ueſtis muliebris & uirilis. Traquillus in
Claudio.Palliolatus nouo more præſedit.& habetur.ff.de auro & argento legato. q ſit mu
liebris Martialis.Hanc uolo quæ facilis q̃ palliolata uidetur.Iuuena.Dorida nullo cultã pallio
lo.Plautus de uirili palliolũ amictus ſi inceſſi ludibundus buxanti pallore.Apu.viii.& herban
tibus pratis.vii.Pexatus ueſte pexa indutus. Martialis. Pexatus pulchre rides mea zoile trita.
Veſtis aũt pexa interim pro longa ad talos accipitur.ut Acron ꝯmentator exponens illud Ho
ratii.Si forte ſubucula pexæ tuta ſubeſt tunicæ in prima epiſto . & ita beatus Hieronymus in
Iouinianũ lib.ii.cap.xliii.Tunc pexa tunica ueſtiebaris:ſordidatus:& pallidus.& calloſam ope
re geſtans manũ nunc Lineis & ſericeis ueſtibus attrebatũ ac laodicæ indumentis ornatus in
cedis.Nam ad talos habere togas romanoꝝ uiroꝝ grauiũq; fuit breuiores.quod quoq; in uſu -
eſt militum & barbarorũ & leuiũ fuerũt ſicut uidemus gallos & germanios ſuis licet breuibus
ſuperbiores inter quos attrebate.Non ignoro Domitium.pro craſſa exponere. Quod Pli.lib.
viii.ſignificat cap.xlviii.Delineis & ueſtibꝰ.hiſtriæ liburniæq; pilo propior quã lanæ pexis alie
na ueſtibus.quem ſeqitur Landinus.quæ omnia tuentur Hieronymũ.Plura dicemus.In lib.
de Iuditio neotencorũ ſcriptorũ potens appellano docet Diomedes ẽ.n.qđ a græci dicũt dina
tos dicunt.ſimiliter ſuccenturiatus.i.poſitus ad complementũ. Terentius in phormio.Hic uero
ſuccenturiatus ſi quid deficies.a ſuccenturiis.Erant eim ſuccenturiarii.qui explendæ centuriæ
gratia ſubiciibant ſe ad ſuplementum ordinum.docet Donatus.A capite capitatus unde poe
rum capitatum.a Pli.& Columella.A capitulo capitulatus.Pli.xvii.Solebat capitulatus utriq;
eſt duro ſurculis ſeri.A brachio brachiatus apud Col.brachiatæ uites.A coſta coſtatus . Varro
.i.de agric.Corpore amplo demiſſo bene coſtato latis humeris.a criſta criſtatus.Martialis.Nõ
dum criſtati rupere ſilentia galli. a galea galeatus. Iouenalis.Galeatum ſero duelli pœnitet.fu
neratus a funere.i.exequiis in morte ornatus.Vallerius de agrippa.Eſſe debuit arbiter publice
ſalutis hic diuiſa populo colatis in capita ſextantibus funeratus eſſe funeſtatus uero ſuam ha
bet originẽ . ſicut aliqui uolunt animatus.Cicero pro milone.Excindi funeſtari neq; id fieri a
multitudine imperita.a potione potionatus.qui accipit potionem.Suetonius. Credit potio
natus a Cæſonia uxore ſua amatorio quidem medicamento a plano cõplanata.ponit idẽ cõ
planata foſſuris mõtium iuga.a palea paleatus.ab unco uncatus.a glatie glatiatus.a ſago ſaga
tus.de quo Liuius decimo.Data ex preda militibus æris octogeni bini ſagaq; & tunicæ piæ
mia illa tẽpeſtate militiæ haud quaquam ſpernenda. fuit autem tempore quo ſe decius uouit
in bello ſamnitum.a Sole ſolatus Columella aquam quadraginta diebus inſolatam .aliquan
do dies inſolati ſine ſolis ſplendore. hæc aliqui participialia nomina.quia ſimilia participiis.ali
qui participia abuſiua aliqui acutius diſtinxere.Nam ſi habitum ſignificamus : manifeſte no
mina ſunt ut cyrrhatus a cyrris capillis.Perſius ten cyrrathorum centum dictata fuiſſe : ꝓ ni
hilo pendas:Itẽcapillatus cõatus at ſi figurate uerbũ hẽant adiecto uerbi caſu dicentur quidẽ
participia.Sed nulla origine uel abuſiua.uel uſurpata.ut illud potionatus.a ceſonia.in tranqui
lo Suet.& lacernatus lacernam indutus a palam palatus.diffuſus ſparſus.Liuius in multis lo
cis.Tum in primo ad.hos romana legio palatos oppreſſit Virg.& poetæ pallantes troas age
bat.alibi palati tamen dixit agmen.lib.i.Liuius.xxvii.& tacitus palantur comites.

De participiis nulla origine. Caput. xxxix.

EXoſus & peroſus a nullo.ſunt uidentur ab eo quod eſt odi iflect.quod ſuadet illud
quod apud Gellium legitur.Hac inquit fini ames tanquam forte fortuna oſurus
& Cicero in Lælio.Vt ſi uellet aliquando eſſet oſurus.& priſcianus ũdecimo.Odio
ſus ex quo poſus & exoſus.quod uero dicit noui notus ſibi contradicit alibi.ubi no
ui non uult eſſe deffectiuum.(& nos etiam probauimus exemplis.Similiter titubatus . Si(ut
Seruio placet)credimus Virgilius Veſtigia preſſo haud tẽuit titubata ſolo.Seneca ait Magno
rum uirorum titubare fortunam . Fab.quinto Si quid titubauerint.obſtinatus aliqui pedago
gi participiũ tu dic nomẽ .Liuius de Appio Aduerſus quæ oĩa obſtinato aio.obſoletus ſimili
ter ab uſu remotus.ſublatus uel depoſitus.Liu.i.iii.Veſte obſoleta cõitatibꝰ aliquot.Pug. apđ

Horatium in epiſtolis: SI quis bella tibi terra pugnata mariq;.Decurtatus.item Seneca in ira
Alexandri theleſphorum Rhodium amicũ ſuũ undiq; decurtatum.Cũ aueres illi naſumq; ab
ſcidiſſet:in cauea ueluti nouũ animal aliquod & inuſitatum din pauit. Eodẽ iure Delibutus.
perunctus. Valerius de Palemone. Vino grauis unguentis delibutus ſertis capite redimito.
perlucida ueſte amictus.Apuleius infloridis unguine delibutus.& Seneca dediuina prouidẽ
tia.Sãguine delibuta.Picturatus a pictura nomen quoq; dici debet.Virg.Atq; picturatas auri
ſub tegmine ueſtes.Circũuentus.qđ Liuius.viii.Prænentuſq; aliqbus uidentur ſine uerbo.qa
licet dicatur ꝑuenio circũuenio nõ ſit præuenior.circũueniorq; in uſu.Sueto.in Claud. & tito.
Morte ꝑuentus ab aggrippina.Gel.tñ dixit milites Romani circũueniuntur. circũuenti repu
gnãt Metel.quoq; ad Cic.fratrẽ.Circũuentũ dicit.Et reuera ſunt quædã uerba,quæ ita paſſio
nem ſignificãt.ut tamẽ deficiant uſu.prima.ſecundaq; perſona.ut Priſc.uerſu Lucani. multũq;
coitur in armis humani generis. Sed in iis attendimus uſum autoꝝ. Examatæ quoq; apud
Lampridiũ dicuntur feræ.i.manſuefactæ:uel ab eo qđ Syllius primo. Nec nõ ſerpentes diro
examatæ ueneno.Faba & legumina freſſa.i.perfracta apud Pliniũ & alios.Colume.Freſſæq;
eius expurgatæ modiũ plenũ eſſe.penetanq̃ integræ.Prægans quoq; a nullo ſit fœta quæ pe
perit licet & plena quoq; dicatur.Virgi. Fœta armis. Peſtilens ſimiliter.alii nomen.Colume.
tanquam peſtilens refugiendus.Ignotus actiue & paſſiue a nullo.non enim dicitur ignoſcor.
ideſt non cognoſcor.Virg Ipſe ignotus egens Lybiæ deſerta peragro. & alibi. Qui ſe ignotũ
uenientibus ultro obtulerat.Q.uintil.Si quis tamen erret ignotus.Cicero ad Atticũ.xi.Quiti.
Et ſimili non eſt ignota conditio.& alibi butrotia tibi cauſa ignota non eſt. Ignotum tamen
ideſt parcitum legitur.Cicero pro Deiotaro.Tum de ampliſſimis uiris quibus ſemel ignotũ a
te eſſe oportet.Præditus quoq; ideſt perfecte imbutus non ſolum dicitur uirtute.quod impe
riti dicunt uirtuoſum.Sed præditus ſcientia præditus natura.Cicero ad Sulpitium. Nihil fa
ciam inſolenter.neq; te tali ſcientia uel natura præditũ hortabor. præditũ quoq; gloria dixit i
oratione pro Deiotaro.& præditus imperio.In oratione pro.A.Cecinna. Seneca in breuitate
uitæ ait Triumphali poteſtate præditus.Aliqui uolunt eſſe nomen & dicunt præditus ideſt
clarus alii ideſt ornatus.alii promiſcue & imbutus.Valer.Max.de Xenocrate. Sapientia imbu
ti animi abſtines.Cicero pro lege Mãnilia de.Q.Catulo.Ornamentis honoris fortunæ.uirtu
tis.ingenii præditus.alibi quoq; dixit præditus honore. Qui ornatam dicunt Suetonii uerbo
agunt. qui ait duobus gentilibus præditus. & in Auguſto Ampliſſimo præditus magiſtra
tu. Quintilianus uero ait.Faciet non quia ꝓdeſſe unquã ſatis ſit.& illa mente & illa facultate
prædicto.& alibi ſit aliquis adeo contra temeritatem obſtinatus ut audeat dicere eodẽ ingẽio:
ſtudio:doctrina:præditũ.nihilo deteriorem futurum oratorem.& Cicero pro rabirio.Senectu
te affectus morbo præditus,& intuſc.Non ut paruo metu præditus.ſic in rethor.Magna præ
ditus dignitate.Pli.viii.Ceu meditamento aliquo præditum uidetur.hæc dicitur dictio in ele
gãtia ſimilis uerbo afficio.ut.ſ.ſignificet per adiecta.Aliqui præditum.i.habentem expoſuerũt
quod & ipſum quidem ſignificat.Sed habet uim latentiorem atq; modum ſignificantiæ ex
preſſiorem.ut præditus uirtute.præditus uitio.nam ſi dicas habens uirtutem neſcio quid in
concinnum lædit iudicium.Feſſus & laſſus nomina non ſunt participia.licet bene comparen
tur participiis.nam dicit Diomedes.Fatigatus & feſſus differunt.nam fatigatus cum quis per
alium laborare compellitur.ut laſſatus feſſus cum quis labore deficit.ut laſſus. Priſcianus tamẽ
inquit.viii. Vetuſtiſſimi fatiſcor & feſſus dicebant ex quo defeciſcor & defeſſus quod quidam
a fateor eſſe deriuatum uolunt. Terent.in phor.Neq; deficiſcar uſq; adeo experiar. Inſculptus
dicitur non tamen eſt inſculpto.Repetũdarum a nõnullis ſine origine uerbi ponitur. Sed dici
a repetẽdo patet.Dicebatur enim accuſatus pecuniarum repetundaꝝ.Quint.in figura climax
Non ergo magis pecuniaꝝ repetundarum.q̃ maieſtatis:q̃ plauciæ legis q̃ ambitus.neq; ambi
tus magis quã omnium iudicia petierunt.Et item damnatus repetundis.& in pecuniis repe
tundis.Sueto.in Otone.Damnatum repetundis conſularem uirum. Cicero actione ſecunda
contra Verrem.Quid ſit quod.p.Septimio ſenatore damnato.Q.Hortenſio de pecuniis repe
tundis dixit.Sic ꝙ pilius neceſſarius attici noſtri.de repetundis eum poſtulauit. & alio in loco
eiuſdẽ epiſtole dẽ pecuniis repetũdis a Seruilio is poſtulatus.& cõtra Verrẽ dixit.Si lex eſt de pe
cuniis repetũdis.& in.ii.de orat.Nã & de pecuniis repetũdis quæ maxie ſunt negãda fere ſunt
omnia.Fabius tertio.Plures autem eiuſdem generis ut in pecuniis repetundis. ait diuerſi aut
ſacrilegii aut homicidii ſimul accuſetur.dicitur uero repetundarum a iureconſultis. ut differat
ab eo quod dicitur ad res repetendas miſſi ſunt legati. Cum plenũ eſſe uideatur repetundaꝝ.
dẽq; a repeto ſicut a facio e in u quoq; mutatur.Cæſar in cõmẽ.Dacta facultate per prouintiã
itineris faciundi: plurima ſunt exempla præcipue egregium dictum in hoc eſt Priſciani.

Apud antiquiſſimos qnotienſcuńq;.n.d ſequebatur ỉ iis quæ a tertia cõiugatione naſcũtur lo
co e ſcriptum u inuenimus ut faciendũ.legũdũ.dicũdũ.uertũdum.pro faciendũ.legendũ . dicẽ
dum.uertendum.& Plautus in principio amphitr.Qui uos in uoſtris.uoltis.emundis uemun
dis mercimoniis.Actio repetũdarum proprie eſt eorum.qui magiſtratibꝫ functi ſunt ĩ prouin
tia.accuſatiq; dolo pecunias precioſas ueſtes uaſa frumẽtũ & omnia quæ pecuniæ nomine ſeu
genere continentur.ſurrupuiſſe ablataq; repetuntur corã iudice.Herciſcũdæ quoq;.i.diuidũdæ
quidã ponunt quod iuris eſt uox.Cicero Herciſcũdæ poſtulauit id autem erat in.xii.tabulis in
hereditate diuidenda actio hodie dicitur addito familia Herciſcũdæ.Id Cicero pro.A. Cecinna
ſimpliciter dixit .ut contra hodie repetundarum dicitur quoq; deflectus quoq;.Virg.vi. Tum
membra toro defleta reponunt.

De participiis præter regulam. Caput. xxx.

A Pœnitet imperſonale penitẽdus.Col.Itaq; hic ager ſi ceſſat ſiue exercetur a colono
eſt pœnitẽdus & tanquam peſtilens refugiendus.Lactantius Remiſſurum ſe pœ
nitentibus peccata promitit.Liuius primo ab urbe.Domi militiæq; ſub haud pœ
nitendo magiſtro ipſo Anco martio rege.Inpœnitendus.Apuleiius ultimo aſini Ce
rimonias aditurus impœnitendæ te pauperiei.cõtaris comitem.Pigendus quoq; a piger . Oui
dianna Dido.Adde fidem nulla parte pigendus erit.Gel.primo.Neq; pudenda dico aut pœni
tenda.Suet.i Tito.Atq; extare ullũ ſuum factum pœnitendum.& in Claudio.Pœnitentis de
matrimonio Agripiæ.poſuit quoq; Hieronymus & ſimiliter hodiẽs & in ueſpas. Gẽs flauia ob
ſcura illa quidẽ.Sed tamen rei.p.nequaquã pœnitẽda.Senec.epiſtola .xxiii. Sugerit uolũtates
breues pœnitẽdas:& pœnitẽs poſuit.cxvii.epiſtole titulo dixit quoq; Diomedes . pœniturũ &
dixt Saluſtius referente Fabio pro non acturo pœnitẽtiã & uiſuros ad uidẽdũ miſſos . & Liui
us de.ii.bel.p.Obſides liberi eorum accepti traditiq;.C.Terẽtio.romã deducẽdi.i. ut deducerẽ
tur.alii nomen alii gerũdiũ uerius.ut iui ad legẽdũ.i.ut legerẽ.A.pudet pudẽdus . Ouidiana Sa
pho.Vtq; pudenda mei uideatur cauſa doloris.Suet. in ueſpaſiano.Negociatiões uel priuato
pudẽdas execuit propalata.in Tyberio & Vitellio pudẽdis parẽtibus & in Ner.Circa uultum
luxumq; adeo pudẽdus Quintilanus.Pudẽda dictu ſpectantur.& in.x.Quo pudendum ẽ ma
gis.ſi difficultatẽ.facit doctrina.Pli.ait.Pudẽda dictu.Ouidiana Deianira.Et uictor uicto nẽpe
pudẽdus eras.Virg.At non Euandre pudẽdis uulneribus pulſũ aſpicies hoc & ponunt alii oc
caſo ſole ponit Gellius.libro.iii.Eoſq; a ſole occaſo ad ſolem iterum occidentẽ.A memini dixit
Sidonius meminens quod antiquos dixiſſe Priſcianus docet & Sergius ex Plãco Ab odi odiẽ
tes paulus.Sidonius ad heſperium.Siſq; opido meminens quod olim Mattia Hortenſio:Terẽ
tia Tul:Calphurnia Plinio:Pudentilla Apuleiio.Ruſticiniana Symacho legentibus meditan
tibuſq; cãdelas & cãdelabra tenuere.A tedet pertedet unde perteſus.ſa.ſum Sue.in Iulio. Perte
ſus ignauiam ſuam.& in Auguſt.Pertuſus morum peruerſitatem.Cor . Tacitus.Poſtremo lẽ
titudinis eorum perteſa.& pigendus dixit Ouidiana Dido Adde fidem nulla parte pigendus
erit.Carendus quoq;.Ouid.Virq; mihi dexto ſine carendus abeſt.& caſſus.Virg.Nunc caſſum
lumine lugent.& caſſa fraude alius dixit.i.uacua.Dolẽdus Cicero ad cornificium . A te ſinõ ul
ciſcenda ſunt ẽt ſi nõ ſunt dolẽda.Sed uidetur potius gerundium.ſicut uigilandus . Quintili.
Vigilandæ noctes.licet figurate uigilo noctem dicamus.Erubeſcendus ab erubeſco.Item Val.
max.ix.Quæ ẽt uolſinẽſium urbem grauibus & erubeſcendis cladibus implicauerunt. uidetur
tamen in uim nominis ueniſſe tẽporis amiſſu.Creſco cretus.Virg.Hortamur fari quo ſangui
ne cretus.& excretos hædos a Catone legimus.Calxq; ſuccreta quod gypſũ uidetur.ut ex eius
uerbis legitur Diſciturum quoq; ſine diſcitu apuleiius poſuit quod priſcianus participium cre
dat penſiculate legenti erratum inueniet ex Gel.a nobis recitato in ſuperioribus ubi de rõne ſu
pini Inultus paſſiue.Curtius.iii.unde inultus ſubeũtẽ aut ꝑhibere aut oprimere hoſtẽ potius
ſet.& poeta nũq̃ hodie moriemur inulti.Ignoſciturus ab antiqs dictũ ẽ cõtra regulã ab ignoſ
ſco.Piſo.y.annaliũ ignoſciturũ affirmabat.ponit hoc priſcianus.Illud quoq; notandũ eſt noĩa
aliquando pro participiis poni:ut illud.Sibila lãbebãt linguis uibrantibus ora pro ſibilãtia. &
aliquando ſeptimi caſus uoces:ut me doctore diſcis.i.me docẽte.me ſuaſore facis.i. me ſuedẽte

De participiis contraria ſeruantibus. Caput. xxxi.

D Efectus non qui deficit uel defecerat uel deficiebat.Valerius maximus liber.v.de fi
lio Croeſi regis.Illa nimirum quæ etiam Croeſi filium loquendi uſum deffectum
ad protegendum patris in columitatem miniſterio uocis inſtruxit.Martialis. Dul
cia defecta modulatur carmina lingua.Cantator cygnus funeris ipſe ſui . Tibulius
ipſum etiam.Solem defectum limine uidit.aliquando pro preſenti.Quintilianus. Defecta la
bore ſenectus .Falſus qui fallit.Terentius .Cenſen me aliquam cauſam fictam:falſam:ineptã

ſaltem potuiſſe proloqui? Quod uero paſſiue eſt. Carine falſus es.ſeruat quod eſt ſuum regũ/
læ.priore ſignificato.Cicero pro Milone. Timemus rumorem.fabulam.fictã.falſam.perhorre
ſcimus.captus oculis & auribus.Ci.v.tuſc. Vt idem oculis & auribus captus ſit.& pro Rabirio
perduellione ꝑpeditus morbo & mẽbris omnibus captus. & captus amore : captus auaritia:
captus mente.i.inſanus.Pli. Si quidem & impenſæ mouet captos auaritia animos. Virg. Atq;
oculis capti fodere cubilia talpæ.aliqui nomen potius putarunt.Si uero ſubſtantiue ſit ſignifi
cat conditionem uel ſortem. Terent.in adelph.Captus ſeruulorũ. Vehens accipi uidetur paſſi/
ue.Suetonius.Gallici triumphi die uelabrũ præuehens pene curru excuſſus axe defracto.i.dũ
ueheretur Cæſar Iulius.Gellius quoq; ſecũdo ſic dicens ſignificat. Cõſuli pater pro conſuli ob
uiam in equo uehens uenit.i.dum ueheretur Idem,xvii.Ex.xii.tabularum legibus ſol occaſus
ſuprema tempeſtas eſto.i.cum ſol ierit ad occaſum. Liuius quoq; Inclinante die ad occaſum
ideſt dum inclinaretur dies. Tacitus de quo tacetur. Virg. Quis te magne Cato tacitum aut te
Coſſe relinquat? Item tacitus ſub quo tacetur. Virgil. Tacitæ per amica ſilentia lunæ , ſub qua
omnes tacerent:non ignoro quid alii & Seruius ipſe dixerit. Item tacitus per quod tacetur ut
Seruius ait Tacito cœlo per quod tacetur. Tacitus actiue qui tacet.Cicero pro Planco in laterẽ
ſem.Quid apud hos dices qui abſte taciti requirunt cur hoc ſibi honeris impoſueris.& pro.A.
Cecinna.Si taciris nobis intelligi poſſet nõ omnino uerbis uteremur, Auertens dum auertitur
legimus. Virg.dixit Et auertens roſea ceruice refulſit . & alibi Tum prora auertit & undis dat
latus.i.auertitur.ſunt qui huic titulo addant.Et qua uectus abas.i.uehebar̃ . Et aditus homo
ideſt quẽ adeo. Val.v.Publicani ultro aditos cenſores hortati ſunt.i.ad quos ierant.

De iis quæ uocẽ ſimilẽ participiis habent & ſunt nõia uel abuſiua dicas ꝑticipia.ſed prius
inibi notatum Auguſtini. Caput. xxxii.

MOrtuus ab omnibꝫ regulis ponit̃ inter participia. Nos uero Auguſtini uerba ſubte
xuimus. Auguſtinus ſic ait in grãmatica ubi geminata uu littera noiatiuus eſt no/
men eſt nõ participiũ ut fatuus.ignauus.arduus.carduus.exiguus.belluus. ut Cice.
dixit in us: ut talium contra regulã participiorũ: mortuus putatur eſſe participium
ſed in ulm regulãq; nois conuerſum eſt hæc ille. Suntq; oĩs generis nomina ſimilia ꝑticipiis:ut
ſapiens.demens. negligens.decens.conueniens.eſt & continens.i.ꝯtinuum:unde Cicero conti
nentem orationẽ dixit ſine interpellatione. Q..quoq; Curtius.continẽs incendium dixit.i.con
tinuum.Et Liuius continens bellum:continens agmen a Cæſare dicit̃. continenter.i. ꝯtinue
& pro contiguo in.A.Cecinna apud Cic.fundũ illũ fulcinianũ qui fundo eius antiquo ꝯtinẽs
eſſet.Ex ꝑdictis poſſumus hoc nomen neutro genere ui quadã adiectiui dicere. Inueniuntur
maſc.generis nomina ſimilia ꝑticipiis:ut rectus pro nominatiuo.uerſus ꝑ carmine.oriens.occi
dens.occaſus.antiquitus nos fuiſſe ꝑticipiũ legimus.ut apud Gelliũ ſole occaſo . non in ſuaui
uetuſtate quando in legibus.xii.tabul.legitur.Sol occaſus ſuprema tempeſtas eſto,Profluens.
confluens.riſus. geſtus.habitus ut.habitus corporis.habitus animi dicitur autem autore Cice/
rone. Conſtans & abſoluta in aliqua re perfectio aut uirtutis aut artis alicuius perfectio . & itẽ
corporis aliqua cõmoditas non natura data ſed ſtudio & induſtria parta. Factus nomen men/
ſuræ apud Varronem.ſimiliter actus.ctus.fœminini generis continens.i. terra firma uerbum
de coſmographia ſcribentium. Animans.i.res animata.genere neutro. Pli.& aliqui animantia
dixerunt. Lactantius fœminino ut iam dixi . conſonans pro littera . neutri generis ſunt . Ens
agens.patiens.accidens. contingens.factum.ſubiectum.prædicatum.confeſſum.geſtum. con/
cretum.abſtractum.antecedens.conſequens.continens. apud rhetores firmamentum oratiõis
fatum .i. dictum dei:ut Priſcianus a fans ſed longe altius Gellius Apuleius Cicero & nos reci
tauimus in dialogo de ueritate Circũpectus. cautus , diſertus tutus & multa alia iſtulte poſuit
Perotus inter participia ſi quidem conſtat quæ uim temporis amitunt effici nomen:prætere a
quis diceret ego tutus ſum ſolum ideſt defendi ex quo oſtenditur non temporis amiſſione
ſed caſus amiſſione participia fieri interim nomina ut eſt procinctæ claſſes a Gellio primo dicũ
tur ideſt cum paratæ erant utræq; ad bellum acies, quidam nomen putant eſſe uerius quam
participia: procingo & in procinctu dicitur aduerbialiter ſecundũ antiquos docet Herodianus.
Status dies iudicii cauſa conſtitutus.ut docet Feſtus. unde uir ſapiens ille dixit iudicio adeſto.
Ad prætorium ſtato. Statum fœminam dixit Ennius.i. quæ nec formoſa nec turpis & ſtata
forma & ſtatæ cerimoniæ: & ſtata ſacra quæ certis diebus ut docet Feſtus fierent nomina ſunt
ratus.ta.tum ideſt firmus notum alias participium a reor. Vir .x. Atq; hæc Turno uita rata ma
neret Inultus dixit Herodianus ſignificatio paſſiua eſt.i.de quo non facta ſit uindicta. ut illud
Nunquã hodie omnes moriemur inulti.& in.x.æneæ. Non me quacũq; eſt inulto uictor nec
longum lætabere.nomẽ tñ eſt.qa cõpoſitiõe & tpis amiſſione a ꝑticipiorum repellitur ordine

Affecta docet Gellius.ut.M.Cicero & ueterum diligentiſſimi locuti ſunt ea proprie dicebant quæ nō ad finē ipſum ſed proxime fini progreſſa deducta uenerāt ſicut uoluente anno nō cū fecto ſed affecto. Circūciſitum.i.muſtum a circumſeco Varro ſignificat iis uerbis Cum calcatæ uuæ erunt earum ſcopi cum foliculis ſubiiciendi ſub pedū ut ſi quid reliqui habeant muſti ex primatur in eum lacuna cum deſinit ſub prelo fluere.quidam circūcidunt extrema & rurſus præmūt & rurſus cum expreſſum circūciſitum appellāt Penſum quod aliqui debitum alii cenſum: Varro ii.rei ruſti. Sed quoniam eos noſtrum penſum abſoluimus ac limitata eſt pecuaria queſtionem rurſus uos redite. Reſponſum pro oraculo & pluratiue reſponſa deorū. Itē nupta uerba quæ uirginem dicere non licebat.ut Feſtus materiandū ædificiū ponit uetruius in Architeſtura.i.materie lignorum extruenda.

De Sinthaxi participiorum. Caput. xxxiii.

PArticipium a tergo caſum uerbi ſui regit:etiam pueri ſciunt:aliquando adminiculariter.i.cum ſuo ſubſtantiuo iunctum regitur a uerbo:ut Thomas de ueritate diſputans monſtrat ingenium. aliquādo uim habet abſolutam. Tūc uim ſeptimi caſus utimur ut illud exemplum Diomedis incuſante Cicerone Catilina conuictus eſt quod uero triuiales dicunt inconſequētia & inconcomitantia puerilia ſūt deliramenta a doctis exploſa. Eſt error aduertendus eorum qui uim vii.caſus futuro applicāt dicūt magiſto lecturo lectionē iui i foſ:.efferuntq; illud Luc.exēplū uenturo Cæſare romā ignauæ liquere manus.i. dum Cæſar ueniet. Quomō cōuenit hoc loco præteritum & futurum.ut dicatur dum tu amabis ego legi.dū Cæſar ueniet uel cū ueniet fugerunt uel liquerunt Romā ſic dicas propter Cæſarem uenturum.i.qui ueniet ignauæ manus liquere &c.nō abſurda eſt locutio optimaq; eſt ob Cæſarē parantē uenire tamā ignaue manus liquere &c.ſic dictum ex Quint. Luctaturi ſolent humeris ad occipitium ductis.i.parari luctari.& ſum lecturus lectionem.i.habeo legere lectionem. Illud quoq; obſeruetur multaq; per participium dici poſſent etiam per uerbū ipſum circūſcriptum explicari.ut Val.de miraculis die q preterierat Perſen a Paulo captū.i.die preterito:plurima ſunt in hac re exempla quæ non opus eſt adducere ultro ſe offerentia.

De Pronominibus. Cap. xxxiiii.

PRonomen eſt pars orationis quæ pro ipſo nomine proprio poſita ideoq; pene ſignificat perſonamq; interdū reiicit.hoc nos ex Priſciano Diomedeq; compoſuimus. Nā Priſcianus in examinarione acutius docuit quam duodecimo.quod uero dicitur pene non ſine rōe eſt. Nam ut ipſe inquit inibi quia ſubſtantiam tamen ſignificat non tamen etiam qualitatē quomodo nomē bene igitur uidetur feciſſe qui carentia perſonis finitis ſeparat a pronominibus. Proprium pronominis eſt pro proprio nomine poni certaſq; ſignificare perſonas:per hoc relatiua interogatiua infinita redditiua patet nō ēe pnomina neq; enim ut recte ſentit Priſcianus Herodiani imitatione pro proprio noie ponūt nec certas ſignificant perſonas ſed ſubſtātiam q̄uis infinitam & qualitatē q̄uis generalē quod ſuū eſt nois habent nec modus declinationis facit hæc ēe pnoīa ſicut nec pticipiū nomē & ſi nois ſeqt̄ flexus Pronomini accidunt vii.qualitas.genus.numerus.figura.ordo.perſona.caſus. Qualitates pronominū ſunt duæ finita & infinita uel minus quā finita eſt quæ notat certum numerū & geſtum dirigit ad certā perſonā ut ego. Quomodo uero poſſit eſſe generis neutri oſtendit carmē Martium:quod refert Liuius.v.de bel.pu. Agmen troiugena cannā romanæ fugæ ne te alienigena cogāt in campo. Diomedes cōſerere manus dixit te o agmen & ita ſimilis in prima perſona ratio.uel quod dicitur ego mancipiū uendor. Priſcianus dicit propter ea noia ppria quæ ſunt uel fuerunt generis neutri.ut in maribus hic baſion hoc heliconion ſed hæc ſine exēplo Nos uero exemplum damus Cicero in orat. Iam duorū abauorū quorū q̄ illuſtre eſt nomen P.Scipionis qui bis cūſul fuit qui eſt corculum dictus hæc ille.& in libro eodē alibi inquit eloquētē cōſtat fuiſſe etiam Scipionem naſſicā qui corculū eſt appellatus hæc ille corculum dixit genere neutro Nam maſculino appellatiuum legimus.unde autore.Plinio Catos corculos lib. vii.dictos qui ſapientia preſtiterunt & Cicero primo tuſc.in priore ſignificato ei naſſicam ille prudens bis conſul corculū appellatus. Feſtus Corculum acutum quaſi cor ſapiens aliquando maſc.in um putant ſicut fœminina etiam ut dortium glicerium. Terentius in andria. Mea glicerium inquit quid agis Plautus in captiuis dicit. Planenſium uirgo libera ego ſum nata.& in aſinaria de philemo. Nimis bella es. Donatus quoq; in phor. Inquit dortiū fœmininum nomē eſt ut plaſium.glicerium.unde patet error Priſciani lib.xiii.qui ſenſit eſſe generis neutri quod uero eſſe falſum uel etiam per ꝓſopopiiā melius accipimus:ut exemplum a nobis recitatum ex Liuio probat aliqui dicunt ita dici Scipio corculū ſicut Scipio animal per figuram uiderint illi ſuum technicum ſophiſma.cui quia locus non eſt tacendo reſpondemus. Infinita eſt que cer

tam perſonã nõ recipit ſed certis & in certis põt aptari ut ipſe.is.ea.id.
Ordinem pronominũ omiſit Priſcianus.Diomedes uero expoſuit.pronominũalia prepoſitiua
ſunt ut ego ſubiunctiua alia ut idem.alia cõia ut ille ſed hoc non admittitur a pluribus Prono
mina de quibus nulla dubitatio eſt apud latinos dicit Priſcianus ſunt.xv.ſed dicat. Priſcanus
uel alius pro eo idem eadẽ idẽ nõne pronomẽ ergo plura ſunt.Reſpondere memini quẽdam
mihi obiicienti idem compoſitum ex is & demũ ꝙ etiã notes improbat Valla dicat queſo nõ
ne doctus ſimplex & indoctus cõpoſitum ſũt duo nomina:qui & quiſqꝫ ſimiliter. quo proba
tur illud quod ipſe coniunctiones prepoſitiones & aduerbia uim nominum & pronominũ
ante ſe poſitorum in cõpoſitione mutare.Adde quod ipſe Priſcianus lib.xii.affirmat quoque
eccum eccam ellum eccas ſine dubio eſſe pronomina male licet ſecundum Vallam.Nã eccum
ideſt ecce hic uirum de quo agebamus.i.eccã ecce hic fœminã & ſimilia ellum ecce hic uirũ ec
cas.i.ecce hic ideo accuſandi caſum ſortitas eſſe opinor uoces quod uerbum accipimus per fi
guram ut ellum.i.ecce hic uideo illum.uel uide.nã recto caſu dicerẽ.ecce hõ Virg.uel qui uenit
ecce palæmon.ut in aduerbio dicemus.Cũ uero dico ecce hic hominẽ Valla ſe ipſum cõfudit
qui non probare uidetur accuſandi caſum huic dictioni cõuenire licet Plautus in bacchidibus
Ecce me.Si uero dicas ecce hic uide illum de quo agebamus.Maior eſt ſignificantia & uis ſer
pta ſoror.Non .n. dicitur hodie eſt.i.hic dies eſt.Et dicit̃ mane eſt ſicut lux eſt.& luce ſcribo &
mane ſcribo.legit̃ apud Perſium Cras heſternũ.& aliud cras.Neq uero neq aũt latine dicitur
Contra triuialiũ quorũdam Criſim.Cic.Curionẽ neq uero cuiquã ſalutẽ ſuam: aut fortunas
tantæ curæ fuiſſe unquam puto.quantæ ſit mihi honos eius.
Apuleius primo floridorum.Procuſulis autem tabella ſententia eſt qua ſemel lecta neq augẽ
ri littera una.neq autem minui poteſt.Et dicitur non autem. Quintilianus non aũt quicqd
præcipuum neceſſario eſt. Non uero Cicero de ſenectute.At ſi quidem iam mortui ſunt non

uero tam iſti quã tu ipſe nugator. Certe feci certe ſcio ut Cicero ad Brutum.
Iam nunc quoq dicit. Curtius lib. ix. Iam aũt ſciens & quantũ ualeat ſine rege exercitus. Raꝛ renter ponit Gellius pro raro. pro pariter ab Apuleio poſitum. i. celeriter. x. aſini.
Quatinus & quatenus. nota ſunt docente Capro per e aduerbium. Plinius tamen ponit inter finitiuas coniunctiones: q̃ ſunt hæ q̃q. poſtq. anteq quatenus. Quatinus uero per i.
Cõiunctio cauſalis ut ſi dicas quatinus. Hæc ſine plagis non facis. ea tibi plagas quatenus autẽ temporis aut loci. temporis ſi dicas quatenus hos mores exercebis. i. in quantum loci. ut ſi dica mus quatenus ibimus in unum manducare.
Protenus & protinus. eodem referente differunt. prius per e loci eſt. i. porro tenus. Virg. Cum protenus utraq tellus una foret. per i uero tempus. i. ſtatim. Virg. Protinus æneas celeri certa re ſagitta. & alibi. Protinus ad ſedes Priami clamore uocati Aliquando deinceps. Virgi. Protiꝛ nus aerei mellis cœleſtia dona. Alias iugiter uel continue idem traiecto miſſa lacerto. Protinus haſta fugit. Seruatq cruenta tenorem. Aliquando pro longe. Virg. yii. Cornuq recuruo. Tarta ream intendit uocem. qua protinus omne tremuit nemus. Aliquando pro ualde ut in bucco. Protinus æger ago. Continenter. i. continue ponit Cæſar in comẽt. lib. primo.
Celatim. i. occulte. ponit Gellius. xi. Vndatim Plini. xxyiii. cap. ix. Domeſticatim Suetonius in Iulio. i. per domos ſingulas.
Magis potius dicunt a Plinio coniũctiones relatiuæ. licet uulgo aduerbia dicantur. Eius autoꝛ ris ratio quia nomini & uerbo & aliis partibus iungãtur. Sed aduerbia proprie uerbo. hoc ſi aduertiſſet Priſcianus & poſteriores non deliraſſent.
Videlicet. ſcilicet. uerius a Plinio inter ↄiunctiones poſitæ non pfecte aliquibus ut dicamus ho mo. uidelicet doctus niſi itriſue: nec dici tres legunt. ſ. Frãciſcus Lancilotus Antonius. Sed refel luntur eorũ dicta. Cicero ad Seruiũ peto igit a te tanto. ſ. ſtudio quãto intelligas debere me. ꝓ homine mihi tã neceſſario. & familiari. & Pli. xxiiii. de Catone ſubiicit. ſ. qua medicina uſus & ſe coniugem uſq ad longã ſenectã: pduxerit iis ipſis. ſ. quæ nũc trademus. Suet. in Auguſto. & ne plus quã bis in menſe legitimus ſenatus ageretur ſcilicet calendis & idibus. Gel. vii. ptæ modum quaſi præter modum in quo ſcilicet prima longa acui debet. Quod autẽ Val'a illius opinionis autor dixerit. Poſt ſemet ipſi repugnans admittit. Nam ubi de ui comparatiui loꝛ quitur ait. Item iunior te ſum. i. minoris ætatis quã tu. Videlicet ſupero te prauitate ætatis. Sed etiam arguit Varronis autoritas in. iii. de re ruſtica de gallinis ait hiſce appendex adicit. ſ. quẽ admodum ſaginẽtur. Itẽ Gel. de hoſtiis. Succidaneæ. nominatæ littera. i. ſcilicet tractim pronũꝛ tiata. Quintilianus primo. dictos tenores comperi. Videlicet declinato uerbo a græcis. Seneca epiſtola. lxxxii. nõ magis quã beneficium dare quiſquam ſcit niſi ſapiens hic ſcilicet qui magis gaudet dato. quã alius accepto. & in prologo. ii. decl. cum uerba uelut immiſſa fluerẽt. Iam uiꝛ delicet compoſitus & pacatus animus & epiſtola. xxix. Quid ergo illa laudata. Et oibus præfe renda a artibus rebuſq philoſophia pſtabit ſcilicet ut malis tibi placere quã populo. & in nat. de eclipſi lunæ hoc dicitur pfecta defectio quæ ſtellas quoq abſcondit. & intercipit lucẽ tunc ſcilicet cũ uterq orbis ſub eodẽ libramẽto ſtetit. Liuius. xxiii. pridie uidelicet plẽa & cõmeatuũ. Cicero pro. A. Cecinna exẽplis non uti uidelicet mihi neceſſe eſt hay. rerum omniũ. In princiꝛ pio quoq. xxxi. digeſtorum legat qui eſt eius opinionis. ueluti certam quãtitatẽ exprimit pro uiribus uidelicet patrimonii. Et libro xxyii. Seruus nõ manumiſſus libertatẽ conſequitur. ſ. is qui ea lege diſtractus eſt ut manumittatur intra tẽpus. Sed hæc ab Herodiano & Plinio inter coniunctiones poſitæ. Sicut & ideſt. quæ uox eſt expoſitiua. Cic. ad Caninium. Præter quæſto res urbanos. i. populũ romanũ. Ad Atticũ. quoq. ii. n. nobiſcum ſunt. i. In Formiano. Sic haud mora ab aliquibus. Iudicent alii qui inter aduerbia.
Nudius tertius nudius quartus quintus ſextuſq dicitur ideſt nũc eſt dies tertius quartus quinꝛ tus ſextus. & ſic Plautus in captiuis nam paraſitum miſi nudius quartus cariam. & in muſtel. Nam heri & nudius tertius & quartus & quintus ſextus uſq poſtquã hinc peregre eius pater abiit. Audacter ridet. Quint. qui audaciter dicunt & faciliter. Ergo & Apuleius qui illo uſus eſt Si exemplaria uera ſunt uidetur facile. Martianus in anomalis affirmat. Cum difficulter diꝛ catur nõ faciliter.
Canere receptui. tranſla: ui diuiſui oſtentui aduerbia ſunt ut dicamus tranſlatui eſt. i. tranſlatiui eſt tranſlatim. n. non dicimus (ſi Grãmatico fides) ut docet Diomedes. apud quem corrupta ẽ lectio. ubi tranſlatiui diuiſi impreſſum eſt. Hæc aũt ſimilia ſunt illis quæ dicta ſunt in idiomaꝛ tis. eſt mihi decoti. uſui. honori hæc aũt aduerbia prototipon non habent. i. primigenium unꝛ de ueniant. ſi Diomedi credimus.
Procul ablatiuo addita præpoſitione. Ouidius. Sint procul a nobis iuuenes ut fœmina comꝛ

pti.Seneca de ira. Procul enim eſt a ſapiente humana feritas. & Plinius: Non procul a lixo flumine aliquãdo ſine præpoſitione. Pli.de Nylo procul oceano.Catullus cũ ꝓpoſitione: procul a mea tuus ſit furor omnis hera domo.Curtius accuſatiuo niſi ſit mẽda librarii procul urbem dixit.Sulpitius quoq; ait Cic.Cum non longe a Pyreo abeſſem.

Obter.i.præcipue in hoc loco uel nunc.Pli.in ꝓfatione.ut obiter caueam iſtos Homero maſticas.xxix. ut obiter rebus præcipitis honos in primis habeatur.& alibi ſæpe.Item ſimiliter Liuius.viii.Itẽq; illud interrogo.Terẽt.Nõ aliis itẽ.Sed hoc magis ꝯiunctiuũ uidet̃ aliquibus.

Aliquando aduerbia ſunt a nomine.ut a uico uicatim.a columbo colũbatim.Gellius.xix.Columbatim labra conſerens labris.Viritim.particulatim.capitulatim.diximus in præfatiõe Pliniana.vi.quoq; dixit undatim ab unda.Artificialiter ab artifice uel ab artificio.Quĩtilianus.iii. qua in re alius ſe inartificialiter alius artificialiter gerat.alibi ſimpliciter poſuit. nec hoc quędã ſimpliciter accipiendum.Generaliter a genere licet generatim alia ſignificatõe per genera.Fab. Hæc omnia.ϖισ τισ generaliter appellant. & in primo uerba nunc generaliter accipi uolo. Virg.ii.Geor.Generatim diſcite cultus Cicero in Piſonem ſummã nunc explicem generatim ea quæ nota ſint maxime.Sepiſſime leges & alibi.Ea eſt differentia.quæ inter ſpecialiter & ſpecies ſingulas.Quint.v.id poſuit.Apuleius quoq; in coſm.cum regionaliter uideatur eſſe peſtifera a regione dixit & alibi penetrantem atq; adeuntem ſpecialiter ſingula Et in aſino ait id ipſum præceptum fuerat ſpecialiter.Pli.ad Voconium notabiliter dixit. Et ad Clementem mediocriter.Et item Cicero ad Seruium formaliter a forma.Quintilianus.utinam quibus inſtituendus ſit arabus quia ſic formaliter fieri poſſit orator,Seneca in breuitate uitæ. dixit non magis dolere q̃ gaudere quã principaliter poſſes.Sublimiter & rarenter a Catone dicta ſunt Indeſinenter Varro ponit.ubi de canibus agit in re ruſt.Abſtinenter ponit Cice. contra Saluſtium. Inſigniter apud Suetonium.Sigillatim Tranquillus ſingulatim Apuleius ponit indifferenter ponit Suet.in domitiano & in Galba.Brutus Ciceroni.dixit cõmuniter conſtituemus de reditu eius.Cicero ad Brutum alia epiſtola cõmuniter cõmendaui tibi:tibi legatos arpinatum: ut potui diligentiſſime ac ſeperatim alii legunt comiter. Sed pro.M. Fonteio. Vnum eſt & ſimplex aurium iudicium & promiſcue & cõmuniter ſtultis & ſapientibus ab natura datum. Liuius in primo ab urbe.Inclytum Dianæ epheſiæ fanum. Id cõmuniter a ciuitatibus Aſiæ factum fame ferebat econtra Seneca in libris de ira uide ne econtra placidior ſolutuſq; affectibus & in epiſtolis,e contrario dixit.

Circulatim per circulos.Sue.in Cæſ.& apud eundem eſt prouintiatim.oppidatim.ſubſultim. nominatim.membratim.Cæſim apud Quintilianum & Varronem. minutatim. ſeperatim. diſperſim.Cumulatim Pli.viii. de ceruis & elephantis gregatim. particulatim ab Apuleio in coſmog.Et in floridis diſcretim.publicitus effectim.Mordicus.i.cum dentibus quod Horatius quoq; & in floridis iuxtim.i.paulum prope.Et ſpatiatim.Cic,in orat,pro reditu ſuo.ſcrupulatim.Pli.xxxii.Et uicatim Cicero.ad Atticum.

De Interiectione. Caput. xlv.

AB aliquibus antiquorum ultimo loco poſita eſt interiectio inter quos aſper probus Martianus.Diomedes.Donatus baſſus.Aſper de interiectione poſui ut erant. Sed uerius(ut Priſcianus quoq;)interiecta aliis partibus ui dicitur interiectio. Ad exprimendos animi affectus latinitas interiecit ſermoni. Græci uero aduerbiis inſeruerũt ratio ea mouit latinos.q aduerbium uerbo applicatur ut adiectiua ſubſtãtiuis. Sed interiectiones non ſtatim ſubſequuntur uerbum.licet autem pro interiectione etiam alias pars orationis ponere.Singulas plures ue.ut nephas.proh nephas.O.dolentis legitur.ut o mihi præteritos referat,ſi iuppiter annos: & iraſcentis,ut o callidos homines.dixit.Sergius.reliqua ſuperius adnotata ſunt.Accidentia igitur interiectionis apud aliquos legi duo eſſe ſignificationem & caſum. quia dicitur ueh tibi. Plautus in aſinaria uhe te quidem tibi ſupplicium & uhe tibi di paſſim Et Ouidius de Laodomia.Hei mihi quam multis flebilis uxor eris.& alibi.Hei mihi diſcedens oſcula nulla dedi.& Ioſephus ueh Hieroſolymis.Et iferius paulo dicit ueh etiam mihi.ubi notent curioſiores ſignificationem interiectione eſſe quidem accidens propriũ. Sicut calor ignis Caſum uero ẽe cõmune accidẽs,i.qd̃ ẽe & non eſſe põt ut albus apud logicos in cõcreto unde cũ dico o ingentẽ ꝯfidentiã ut ꝑcipue apud Terẽt.non utor aduerbii natura quæ eſt iuxta uerbum poni.Et ita proh nefas accipit̃ duas ẽe orõnis ptes docet Herodianus.q docet interiectiones hẽre caſum p intelligẽtiã.ut proh deũ.ſ.iploro.o.hoiem audacẽ.ſ.uidere ẽ.Et ſi qñ pars indeclinabilis uidet̃ hẽre caſum. Iam non ſuo ſed nominis fungit̃ officio ut illud ſatis uirium

parum conſilii partim hominum. Illius ergo. Virg.vi. Illius ergo uenimus & magnos herebi tranatimus amnes quod uarietatis cauſa admiſſum quæ eſt ornatus mater. Interiectio plautina ē oh oh o ho Plautus in captiuis huic uos reſponderis ait euilationē haud opus eſt unde ait ergo interiectio æui lentis.

De Coniunctione Cap. xlvi.

PAlemon grāmaticus referēte Plinio & Diomede. Coniunctio inquit eſt pars orationis innectens ordinanſq́ ſententiā. Idē æmilius aſper poſuitq́ poſt pricipium cuius fragmenta impreſſa ſunt & multa pluria uidimus in quadā bibliotheca ſubiūgit iura Artigraphus Coniūctioni accidunt tria uis figura ordo uis eſt ait Coplectēdi. Cuius coniūctiones ſunt.&.q́.atq́.Aut diſiungendi ut.uel.nec.aut.ue.ne.Ceteræ. Aut dubitandi ſiue.ſeu.ſi quidem. Aut repetendi ut ſed. Aut ad aliquid ut magis Aut rationales ſunt ut quia.ideo.propterea.enim. Aut uincunt.ut immo. Aut conſentiunt.ut etiam. Aut cōparatur, ut tan. Aut ſubiiciunt ſententiā.ut equidem.enim.uero. Aut compellunt.ut ſaltem.tamen.uidelicet. Aut concludunt, quarum tres ſunt ſpecies. Relatiuæ.ut.q̄q̄.quis.& ſi. prælatiuæ. ut ſi. ſin. Sunt & mediæ.i. quæ incohant ſententiam.& includunt.ut atq́.&.quæ generaliter. Cōplecti diximus. Aut cōnexiuæ ſunt coniunctiones.ut igitur ergo proinde.itaq́ præſertim quatenus. Aut rationatiuæ.ut quoniam.quidem.quando.quidem. Aut ſupernexiuæ. ut ſimiliter nam omnes ſuis nominibus deſignari non poſſunt propter multitudinem generū. Aut ſubtilitatem diſcriminnm.quibus aliæ ab aliis differunt ſed ex iis omnibus quas enarrauimus maxime uſurpant. Figura coniunctionum eſt duplex nam ſimplices ſunt ut uti,ſi. Aut compoſitæ.ut utinam ſi quidem. Ordo coniunctionibus accidit cum quaſdam in principio ponere poſſumus q̄q̄ quaſdam non poſſumus & ſemper ſubiicimus ut.q́.ue. Coniunctionum quædam ſunt principales aliæ ſubſequentes aliæ mediæ:quibus poſitis ab utraq́ parte uitio coniūgitur oratio. Principalis Virg. Sed qui te uiuum caſus fare age uiciſſim nam ille ordo ubi poſt ponitur poeticus eſt per anaſtrophen.ut alibi ipſa ſed in ſomnis. Subſequens quæ media eſt. Et ſicut aliquibus aduerbiis datur genitiuus:ut poſtridie eius diei.ita aliquibus coniunctionibus ut(ut iam dixi)illius ergo. Non ignoro aliquos damnare. Syllius.v.uirtutiſq́ ergo dedit.i. cauſa. Gellius.iii. Sed cōmunis exempli & fidei ergo uiſum eſt.uti te ſaluum uelimus. eſt autē epiſtola Fabricii ad Pyrrum. Lucretius.iii. Intereunt ſtatius & nominis ergo Cato harunſce eorum ergo macte hoc porco piaculo immolando. Igitur particula noue eſt obſeruationis apd' triuiales Regienſes.quorum autorum non dignatur pagina nominare.prohibet.ex de libello Infami. Aiunt enim non poſt dictionem poni.ut homo es animal igitur es. Cum autem protuliſſem illud Terentii. Cur ſimulas igitur. Addiderunt nouam technam ut poſt duas dictiones polyſyllabas nūquam poneretur.placuit afferre illud Gellii.xii.cap.xiii. Intra calendas igit' non ante calendas. Et. Val. Max.vi.de pericle non ſine cauſa igitur. Ergo igitur legitur apud Apuleiium.ix.metam. Ergo igitur fotis erat adeunda deq́ eius nutu ueluti aſpitio conſilium petendum. Si contemplemur prædicta a nobis. Significat ea cauſa uel præcipue ob eā cauſam Eſt igitur tale complexum.quale illud præter.propter.ſuſq́ deq́. Quin particula a triuialib9 Inter aduerbia ponitur. Nos. A. Gellium ſequimur qui inquit a grāmaricis inter coniūctiones numerari.uariis.n.modis ſententiiſq́ orationem cōnectere uidetur.aliter.n. dici putatur cum quaſi increpantes uel interrogantes uel exhortantes dicimus quin uenis.quin legis.quin fugis aliter cum ita cōfirmamus non dubium.quin. M. Tullius ſit omniū eloquentiſſimus. de hac. particula multa Nigidius in ꝯment.

Et coniunctio id ualet quod quoq́:ſed hoc differt: q̄ & non modo ſubiungitur:ſed & præponitur.modo geminatur. Virgilius. Qui fœdere certo & præmere & laſſas ſciret dare iuſſus habenas.modo ſimpliciter elata ſed ſigurata. ut labitur unda uadis abies mirantur & undæ miratur nemus. Modo intertogariua.ut Virgilius. Et quæ tanta fuit Romam tibi cauſa uidēdi? Modo indiguatina,ut illud. Et quis quam numen Iunonis adoret.modo confirmatiua.ut Et dubitamus adhuc uirtutem extendere fatis.modo cauſalis.ut illud. Et gens illa quidem ſumptis non tarda pharetris.modo adiunctiua & promiſſiua:ut. Dic quibus in terris & eris mihi magnus Apollo.modo adiectiua pro etiam ait.quorum iphitus æuo Iam grauior Pelias & uulnere tardus Vlixi.modo ordinis ut Corpuſq́ lauant frigentis & aungūt. modo ſuperlatiua.ut illud. Quicquid id eſt timeo danaos & dona ferentes. modo diminutiua per gradus ut Fœlix qui potuit rerum cognoſcere cauſas Fortunatus & ille deos qui nouit agreſtes. Aliquādo expoſitiua ut Virg.vii. Deſerit heſperiam & cœli conuexa per auras,eſt enim epexegeſis per auras ideſt cœli conuexa.hoc Seruius.&.xi.æn. Infanda per orbē ſupplicia & ſcelerum pœnas expendimus oēs.&.xi.orantem & multa precantem cū orare:multa ſit precari & alia ſignificet

Atq; particula.multæ eſt ſignificantiæ. ut Ennius referente Marcello. Atq; aſcendit muros ro mana iuuentus hoc eſt feſtine & intrepide.ſic Virg.in geor.Atq; illum preceps prono trahait alueus amni.aliquādo ualet pro aduerbio q̄.ut aliter feci ego atq; tu dicit.Gellius ideſt aliter q̄ tu.Cic.de orat.Cōiectura explanātur lōge aliter atq; ſunt.i.quam ſunt.Quæ ſemper ſubiecta eſt aliqui uoluerunt interim eſſe cauſalem.ut illud Lucani.vii.Ferrumq; manus mouere togatæ: Ille locus fratres habuit locus ille parentis pro quia:ut eſt apud Ouid.in faſt. Nataq; de flā ma corpora nulla uides & apud Cic.Non ſolum nobis nati ſumus ortuſq; noſtri partem patria uendicat.aliqui tamen pexi pingueſq; rogare a rogo illic legunt.aliquandō perepexegeſim facit ut illud Virgil.viii. Vt prima.i.nouercæ monſtra manu geminoſq; premens eliſerit āgues eſt.n.ut eliſerit prima.i.gemi uos angues.

Ac aliquando copulat.aliquādo cōparatiua particula:ut longe alia ratione ſcribo ac tu Cæſar cōment.iii.De morinis qui longe alia ratione ac reliqui galli bellum gerere cœperāt aliquādo in ſimili.Virg.Haud ſecus ac iuſſi faciunt.

Aut ſi geminatur habet poteſtatem.ut librū uolo aut pretium utrūq; deſiderare ex æquo ſignificat.aliquādo ut Virg.Aut pelago danaū inſidias ſuſpectaq; dona precipitare iubet ſubiectiſq; urere flāmis.Aut terebrare cauas uteri & tentare latebras: & illud ſubmerſaſq; obrue puppes aut age diuerſas & diſiice corpora ponto.Aut ſi ſemel ponatur diminutiua eſt & gradū hēt ad inferiora tendentem.ut.cū dicimus uolo librū aut pretiū.nō eſt cōiūctiua ut da mihi aut cape.Virg.nymphæ noſter amor libethrides aut mihi carmen quale meo codro concedite. proxima Phœbi Verſibus ille facit aut ſi non poſſumus omnes.Mō hortatiua.ut Aut tu mage pater diuum miſerere.Mō coniūctiua.Virg.Mollitiue moram aut ueniendi diſcere cauſas & pro quod Virg.Vt liquidas cernit preſſo ter gutture uoces aut q̄ter ingeminant p quaterq;. Mō ſeparatiua.Virg.Aut onera accipiunt uenientū aut agmine facto.&c.Item media inter cornua fudit aut ante ora patrum pingues ſpatiatur ad aras.i.modo fundit modo ſpatiatur.

Scilicet.uidelicet.ideſt.uerbi gratia apud Pli.& Senec.inter coniunctiones habitæ.haud mora ſumma ſummarū.ſecus eſt,ideſt aliquando uerba:ut cano.i.canto exponit interim ſenſū Apuleius.xi.Sed manibus ambabus gerebat altaria.i.auxilia.eſt.n.interpretamētum altaria.n.auxilio ſunt apud ſe ſtantibus.ne uiolentur:quod maxime ſacerdotibus Iſidis fuit de qua i pſium diximus.

Videlicet particula eſt ex poſitura Quint.eſt autem quoq; in uſu uulgo & iter eruditos & apd' ruſticos uidelicet natura eſt omnibus augendi uel minuendi cupiditas inſita & Lucretius primo eſſe uidelicet in terris primordia rerum.

CVR LANCILOTI PASII FERRARIENSIS LAVREATI DE LITTERATVRA NON VVLGARI IN LIBRVM NONVM QVI EST DE FIGVRIS AD VENERA. RELLIGIOSVM BAPTISTAM MANTVANVM AC POETICES DECORVM FLOREM ORDINIS CARMELITARVM PAGINAE SACRAE MAGISTRVM

PREFATIO

FIgurarum libellus ad te Baptiſta.o.uenerande ſacerdos uateſq; uirtutum pariter & omnium Culmen.Doctrina Cuius & humanitas non modo radiat.Sed ea ad nos uenuſtate perfertur ut faciat te ab omnibus amari.tu poetica excellis ita:ut In humanis te uere Sacerdotem phœbi muſarumq; alumnum In declamationibus noſtri te nuncupent diſcipuli. Quid igitur ſi te plurimum diſcipuli noſtri diligunt.amant.colūt quæ preceptor qd' probe fieri predicat.affirmat atq; aſſerit Et mihi gregis magiſtro pro ſorte qd ſuper eſt agēdū.Clament adoleſcētuli in ludo & claſſibus.ego libellum de figuris ubi dicare conſtitui.Mihi opus totum fateor d' literatura nō uulgari.Illuſtr.Frāciſco Gonzagæ dicare in animo eſt.Quem generoſum & quorumcunq; operum non uulgarium titulo meritiſſimum elegimus in operis dñum.nec te pœniteat oro epiſtolam quæ pfationis ſeriem cōminiſcitur perlegere ubi perlegeris uti comitem.

nono in libello ideſt numero fœliciori contemplari nec te rubor conficiat uatem Antiſtes elo quentiſſime. noſtra licet ſcient grãmatica.hylari tamen fronte grato animo cordeq; beniuolo intuearis rogito. Tum quod ingenio Acharitus ualeat tuus Lancilotus poſſis libripendere. Tum qui nobis liuore aduerſantur iuſto examine cenſere:qui claudicent.ſuſurrent. detrahant. & ubi repellere opus erit: Valeas.O Baptiſta magna æui noſtri fœlicitas.Qui religioſus & poe tice.& charitate.quæ beneficiorum mater eſt:non minus ornaſti religionem tuam Carmelita rum.quã patriam & amicos. Quis Baptiſta facundiore cãtet melo? Quis Baptiſta æquior Iu dex? Deniq; ſi pro ueritate fari decet: Quid in Baptiſta reperias non laudandum? Huius ergo ad te Vir humaniſſime.noſtrum tibi dicatum a me libellum ea beniguitate qua par eſt: Acci pias precamur.Et Lanciloti tui cum licebit per curas in te fidum amorem.obſeruantiamq; re cordere.Ptholomeo fratri tuo plurimum tibi dilecto. Cui & aliud huius operis ut lumen ar dentet dicauimus:ne te pigeat me comendatum (ſit res loqui iubet) reddere. Non ego in hoc proloquio ſententiis exempliſq; priſcorum concinuare ſermonem cum tibi opus cõdicerem: quid magnum exiſtimaui.Archetypus quod es morum & doctrinarum. Satius itaq; eſſe duxi cor noſtrum rebus quã uerbis aliunde repetitis aperire. Vir igitur & humaniſſime & doctiſ ſime Lanciloti tui memor.Bene Vale.& noſtrum ſeruato ſemper amorem.

De Virtutibus orationis: Caput Primũ

VIrtutes orationis autore Fabio:ſunt tres.Emẽdata ut ſit dilucida & ornata. Diome des hoc cognoſcens contrario poſuit uitia generalia tria.barbarum.obſcurum.inor dinatum. Virtũtes licet generales duas poſuerit.Hæc ſunt proprietas & ornatus de hiis ſecundo uolumine meminimus.Proprietas eſt regula ſermonis quam.g.Ana logiam uocant latini ꝓportionẽ huic accedit breuitas.Quã ſymphoniã.& tenor quẽ.g.οεστυ aut ꝓſodiã uocãt.Ornatus ſpeties duæ ſunt.Prior ẽ cõpoſitio ꝙ ſyntaxis.altera κιρι ο λο Sεια .i.culta & ſana oratio.Si uitioſa ſit.dicit Fabius.indiget interprete.Quapp nouoꝝ optima erũt maxime uetera.ueterũ maxime noua.hæc aũt ornãt diminuũtq; ſchẽmata uitiaq; & quoniam inquit Ariſtoteles.contrariorum eadem eſt diſciplina.Iccirco id accepimus quod ait Quinti lianus Vitium maximum ornatus a cõſuetudine cõmunis ſenſus abhorrere quod ante quoq; Cicero dixerat in oratore.Ideo a uitiis agetur libellus quorum cum alia damnauerit eruditoꝝ conſenſus.alia admiſſerit neceſſitas.alia tolerauerit carminis & orationis color & pathos: pri mum quæ damnata improbantur uel tolerantur incipiemus. deiñ in poſteriora diuertemus ubi omnigenus ſchẽmata paſſis uelis uel circũſcribemus,uel:ut aptius loquar: propagabimus.

Obſcuræ & inordinatæ orationis ſpeties. Caput ii.

CAcozilon.i.mala affectatio per omne dicendi genus peccat. Nam & tumida & exi lia prædulcia abundantia & acerſita ſub idem nomẽ cadunt.Autor Fabius Diome des inquit Cacozelia eſt per affectionẽ decoris corrupta ſententia cũ eo ipſo dedeco ratur oratio quo illã noluit autor ornare.Deniq; Cacozilon uocatur qcqd eſt ultra uirtutẽ quotiens ingenium iudicio caret & ſpetie boni fallitur.Omniũ autore Quintiliano in eloquentia uitiorũ eſt peſſimũ.Nam cætera uitantur.hoc petitur. Eſt autẽ totum in elocutiõe Nam rerum uitia ſunt.Stultum Cõmune,Contrarium.Superuacuũ.Corrupta oratio.In uer bis maxime propriis redũdãtibꝫ.Cõpreſſione obſcura. Cõpoſitione fracta.uocũ ſimilium aut ambiguarũ puerili captatione conſiſtit.Eſt ãt oẽ cacozilon utiq; falſum ſi nõ oẽ falſum.Caco zilon dicit̃ ẽt aliter ꝗ ſe natura hẽt.& ꝗ oportet.& ꝗ ſatis ẽ.totidẽ ãt rebus corrũpit̃ orõ quot ornat̃.Autor Quintilianus.Nimiũ cultũ uitioſum eſſe docet Diomedes.Exẽplo qui & cacozi lon.Illud Ouidii Aureus axis erat temo uirtus aurea ſumme curuatura rotæ radioꝝ argẽteus ordo,per iuga chriſoliti poſitæq; ex ordine gẽmæ.Alteꝝ exẽplum eſt a nimio tumore ut illud Iuppiter oipotens cæli qui ſidera ſeruas ore tuo dicẽda loquar.uñ de ignorãtia maledicorũ & obtrectatorũ argumentũ.dicebãt Virg.quia uideret̃ tumidior & altior fuiſſe noue cacozeliæ repertorẽ.Elegãter Seneca cacozeliũ mõſtrat exẽplo Mecœnatis.Qui ob hoc cacozelius dictus eſt & cacozelus dicitur huius uitii ſectator.Ait is ſcriptor.xx.epiſtolarum libro. Magni quidem uir ille ingenii fuerat. Si nõ in oratione diffueret. Verba Mecœnaris hæc ſunt.Ex quibus facil lime poteris cognoſcere eum fuiſſe cacozelon.Quid pulchrius amne ſyluiſq; ripa comantibꝫ Quid ſi quis fortunæ cyrrhos criſpat & labris columbatur.exigant gentium feſto uix ſuo te ſtem tenuiſue Celei filia. & crepacem mola focum mater aut uxor inueſtiunt. hæc uerba Mecœnatis tam improbe ſtructa.tam affectata nec non eneruata.Manifeſtum faciunt illum fuiſſe cacozelium merito dictum.Affinis cacozeliæ eſt periergia ideſt (ut ita loquar) operoſitas ut a diligenti curioſius a religione ſuperſtitio diſtat:atq; ait ſemel finitam omne uerbum qđ neq; intellectũ adiuuat.neq; ornatũ poteſt dici uitioſum.Ex Fabio hæc Tullio. Aquila & alii.

Exemplum quoq; cacozeliæ ponit alio in loco Seneca. Quod fuit Gorgonii iſtud uitium publicum adulterium eſt ſub Miltiadis tropheis concumbere. periergia quoq; dicitur technice pediſequa philologiæ.

Accedunt cacozeliæ automiton.i.male diſpoſitum.licet non ignorem ibi apud Fabiũ aliquos legere automaton.i.per ſe defluens quod eſt male diſpoſitum. nam automaton dicitur per ſe uel ſpontaneum.ut ſignat Euſtachius.ii.homeri rhapſodia. Aſchinatum.i.male figuratũ.Aplitonomicon.i.male collocatum.Ex quibus naſcuntur antiquarii.Qui ſordes uerborum & uoces nimis priſcas antiquaſq; in orationem aucupantur. Quia:ut inquit Gellius: uerbis uti nimis obſoletis excultiſq; aut inſolentibus dure & illepide par eſſe delictum uidetur.

Quidam ſpetiem cacozeliæ putarunt eſſe echaſin.cum quod dicitur non pendet a ſuperioribus ut Seruius docet.x.æneidos.quod uitium damnat horatius in principio poeticæ dicens purpureus late cum ſplendeat unus & alter aſſuitur pannus.Id uitium ſi raro fiat toleratur. Si toti operi familiare uitioſum dictum chiniſmon.Meminit Quintilianus. addiderũt quidam cũ uetera nouis:poetica uulgaribus miſent & hoc eſt quod damnat horatius in primo artis præcepto humano capiti. uſq; ad eum locum inceptis grauibus.

Cacophaton. Caput iii.

CAcophaton eſt mala conſuetudine in obſcœnum intellectum ſermo detortus & Inuereconda ſuſpitio ut ductare exercitus.patrare bella.Saluſtius ait.& apud Terentiũ Arige aures pamphile.Simpliciter in uoce ſimplici maleſona ut numerũ cum nauibus æquat.Et illud.o.fortunatam natam me conſule Romam. quod non ſine cacozelo ab aliquibus putat̃ eſſe.huic contraria putatur Euphonia.i.uocalitas. Celſus quoq; eſſe putat apud Virg.eſſe hoc uitiũ.Cum ait incipiunt agitata tumeſcere quod ſi recipias nihil loqui tutum eſt.

Tapinoſis proxima contra dignitatem rei humilis elatio ut Gurgite uaſto uel alio exemplo. ex ea eſt ueruca in ſummo mõtis uertice.huic non contrarium ſed errore pari date eſt paruis excedentia modum nomina.niſi cum induſtria rurſus ita captetur.ut parricidam hominem. Si dixeris nequam nec deditum forte meretrici dixeris nefarium.Nam illud parum hoc nimium. iis rebus oratio fit ſordida.triſtis ieiuna ingrata.uilis.autor Quintilianus.hoc uitium ad grauem figuram ponitur a Cicerone Cum grauioribus uerbis quã res poſtulat aliquid dicitur ut pœnitet illum qui montes belli fabricatus eſt eum campos ſuſtulit pacis tapinoxis a latinis dicit̃ humiliatio ταπεινόσ.humilis.ταπεινοο humilio ταπεινοτισ humilitas.ταπεινωσ.humiliter.hanc figuram Metrica.ſi accedat decor licentia interim non reſpuit.

Eclipſis cum Sermoni aliquid deeſt quo minus perfectus ſit & plenus q̃q̃ id obſcuræ magiſq̃ inornatæ orationis uitium eſt.ut illud Italiam fato pro in Italiam.Et multum ille & terris iactatus & alto.ſ.eſt ſi hoc cum fit a prudentioribus ſchemma eſt eclipſis dicitur defectio unde ἐκλειπτικοσ.defectiuus.ſed nota quot altera eſt Eclipſis dicta ethica a grãmaticis.que plus ſignificat uultu quã uerbis.ponit Donatus in eunucho.Et Aquila ſcriptor.dedit illud exemplũ primo æneidorum quos ego ſed motos præſtat componere fluctus.

Tautologia eſt eiuſdem uerbi aut ſermonis iteratio unde dicta eſt τό ἀύτο.i. idem bis & logos ſermo uel ratio q̃q̃ non magnopere ſummis autoribus uſitare interim uitium uideri poteſt.In quod incidit Cicero:ut ait Quintilianus:Securus tam paruæ obſeruationis cum ait. Non ſolum illud igitur Iudicium ſimile iudices non fiat.Et alius modus eſt egomet ipſe ego Aliquando fit in ſenſu.Virg.primo æn.Quem ſi fata uirum ſeruant. Si ueſcitur aura ætherea expolitionem dictã putant a Cicerone longa ſerie ad herennium quarto. το αυτο cum uox repeti uidetur ut poeta retro ſublapſa referri conueniunt Ser.& Vrbanus.

Aenygma.ut fulgentius ait.eſt queſtio obſcure propoſita per incredibilia uel prolata uel propoſita quale illud Dic quibus in terris & eris mihi magnus apollo. Tris pateat cæli ſpatium non amplius ulnas.

Epanalepſis interim uitium licet & inter ſchẽmata numeretur autor Quintilianus. hoc inferius explicabitur.

Omiologia eſt quæ nulla uarietatis gratia leuat tedium atq; tota eſt coloris unius quæ maxime caret arte oratoria animis & auribus ingratiſſima. ut amo omne hominẽ qui me amat omnem.hæc Fab.Eſt uitium attenuatæ ſicut illud nam ille in balneis acceſſit. ad hunc poſtea dixit hic tuus ſeruus me pulſauit.poſtea dixit hæc illi.Conſiderabo.poſt ille conuicium fecit & magis magiſq; multis ad ſtantibus clamauit.oportet.n.inquit Cicero. figuram in dicendo cõmutare ut grauẽ mediocris & mediocrẽ excipiat tenuata idẽtidẽ ꝯmutent̃ ut facile ſatietas uarietate uitet̃.Sub hac figura uitiũ eſt mediocris generis quo oratio diſſoluta fit.Et ſine neruis.

Et ut Cic. Articulus hoc modo ſotii noſtri cum belligerare nobiſcũ uellent: profecto raciocinati
eſſent. etiá atq; etiam quid poſſent facere ſi quidem ſua ſponte facerent. & non haberent hinc
multos malos homines. & audaces ſolent. n. diu cogitare omnes qui magna negocia uolunt
agere. hic dicendi modus eſt uitioſus & penitus tefugiendus.

Macrologia. i. longus ſermo ultra quá oporteat. quale illud Liuii Non impetrata pace lega
ti tetro unde uenerant domum abierunt. aufert. n. dicit Fabius hoc magis decorem orationi
quá addat. Alterum exemplũ ponit Diomedes Virgilii probans etiá ex ſcauro eſſe orationem
nimis cultam. & longa deſcriptione productam ſententiam. ut. poſtera lux ſummo ſpargebat
lumine terras orta dies cum primũ alto ſe lumine colunt ſolis equi. lucéq; elatis naribus efflát
cum ſatis fuiſſet dicere. Orta dies. Hoc autẽ in poeta excuſationẽ habet paratũ. In ſoluta oratio
ne odioſum genus.

Amphibologia. Nota eſt uitio compoſitionis in ambiguo poſita ſententia. ut illud. Aio te eaci
da Romanos uincere poſſe. Et uidi canem: quis dicat. cũ id de piſce de animali de ſtella poſſit
accipi. Similiter de poeta. Item taurũ uidi cum de philoſopho. de ſidere. de animali. de monte
de obſcœua corporis parte. accipi poſſit. Item fit per diſtinitionẽ. ut uidi ſtatuá auream haſtam
tenentem. aliqui Amphiboliam dixere.

Cacoſyntheton. Eſt indecens ſtructura uerbo℞. ut uerſaq; iuuencũ terga fatigamus haſta. a no
bis malepoſitũ dicitur κακὸ σ. n. malus ſyn. ſimus. θετον. poſitum.

Periſſologia eſt ordo inanis uel ſuperfluis uerbis compoſitus & ſenſu inepto. ut qua poterát
ibant: qua non poterant ire non potuerunt. ponit Diomedes. atq; Donatus primus ibi ante
omnes. dicitur át Periſſologia ſermo ſuperfluuis. περισσὸς. n. græci ſuperfluus. logos ſermo.
hoc triuiales ſed hoc modo cũ dicitur ore effata dici poſſet periſſologia. unde noſtro iudcio ue
rius a periſſaome. diſtrahor uel circa multa occupor eſt. n. ſermo circa multa occupatus inani
terq; diſtractus. At pleonaſmos unico tantum ſuperabundat.

Pleonaſmos eſt uerbi ſuperabundantia. a πλεονάζω quod eſt plus quá oportet facio uel di
co. Superabundo. a σχέσις. Sic eſt illud. ore effata. oculis uidi. auribus audiui. hæc poetis datur
Si otyoſa uitium. ubi uero animi affectũ exprimit. inter ſchẽmata eſt. Autor Quintilianus. Ci
cero ſignificat. Queſitũ a non nullis haud ſine dubitatione. Cum ait Ouidiana Penelope: tres
ſumus in belles numero. Et Virg. x. Progenies ſeptem numero ſeptenaq; tela Coniiciunt: an
ſit pleonaſmos. cum tres abſq; dubio ſit nnmerus. & ſeptem. Tu dic non eſſe figurá ſed elegá
tiam ſermonis ná. tũ numero exponitur. i. multitudine hoc modo in numero. i. multitudine
ſumus tres uel ex multitudine. alias numero ſigñat dignitatẽ. unde eſſe in ñũero. i. eſſe alicuius
dignitatis dixere maiores' alias de numero diſputauimus tertio uolumine.

Aeſchirologia ponitur a Diomede in diſcrimine. a cacophato. Sic ait Aeſchirologia eſt uitio cõ
poſitionis inuerecunda oratio aut cõpoſitio uerbo℞ obſcuræ ſignificationis aut unius uerbi
obſcœna ſignificatio & pronnntiatio cõpoſitione ut numerũ cũ nauibus æquat. unius uerbi.
ut apud Saluſtiũ ductabat & erexit animos militum.

Cacophaton: non ut in triuiis catẽphanon: eſt inuerecunda ſuſpitio uerbi. ut illud Terentianũ
Arrige aures páphile, Virgilius apert ramũ qui ueſte latebat. Quod oſtendit Auſonius. In im
minutione nuptiali. Cum maritũ uirilia nudantẽ induit. Ait alta petens ramũ qui ueſte latebat
Sanguineis ebuli baccis minioq; tubentẽ nudato capite &c. memeneo quæ ſecundo diximus
uitio ut diſquiras hinc Donatũ hinc Diomedem.

Aoriſmus uel chiniſmos. eſt figura mixta ex uaria oratione linguarũ oratio ut ſi atticis dorica
ionicis æolica etiá dicta confuudas. ſimile uitiũ apud nos ſi quis ſublimia humilibus: uetera no
uis: poetica uulgaribus miſceat: hoc ab Horatio ſub monſtri forma propoſitũ ut humano ca
piti ceruicẽ pictor equiná & deinceps. huius noſtæ propoſitionis autor eſt Quintilianus.

Antipodoſis eſt contraria redditio. In omni. n. parabola aut præcedit ſimilitudo res ſequitur,
aut præcedit res: ſimilitudo ſubſequitur. In hac uero præcedit ſimilitudo. Illa Cicero pro Mu
rena. In græcis: ut aiunt. artificibus Aulœdos eſſe qui cytharoedi fieri non poterant. Sic nos ui
demus qui oratores euadere non potuerunt. eos ad iuris ſtudiũ deuenire. ponit Fabius. alia di
cetur ab hac aliena in oratoriis.

Malileomata appellat Theodorus gaza. expoſuitq; maxime uitanda uitia quæ ponit Cicero
in quarto ad herenium. recitata a nobis in emiologia. & Tapinoſi. Si eo loco parum congrua
uideatur ſeponito inter Malileomata. inter hæc eſt ſoloecophanes uitium orationis quod ob
ſcuritatem ordine indebito parit contra uirtutem orationis dilucidam. Virgilius. viii. corripit
in nodum complexus & angit inhærens. eliſos oculos & ſiccum ſanguine guttur ut ſit. angit
guttur & eliſeos oculos facit. Fit autem hæc figura ut ait Seruius uel maſculinum & neutrũ

uel accuſatiuum cũ nominatiuo conſūgit latius annotatũ inferius
Archaiſmos cum ſermo depoſitus acerſitur in locutionẽ ut ipſus pro ipſe ornati pro ornatus Affirmat hoc Donatus.hoc exẽplo proprie ueteres.quis,aliquis.quiſquã. non obſeruabãt quo genere aut quo numero declinarent.At ſi hoc nunc agatur:fit uitium.Et illud Liuii.xli. ab ue be periti religionum iuriſq; publici quando duo ordinarii conſules eius anni alter morbo alter ferro periſſet & ſuffectũ conſulẽ negabant comitia habere poſſe.dixit duo conſules. pro duorũ ordinariorũ conſulum.Qui autem dicunt antiptoſim eſſe.Ignorant legẽ eius figuræ.alii qui & id propius uero inter ſolœciſmos id poſuerunt.
Paromoeon notat Donatus quod Martianus capella homæo propheron cũ ab eiſdem litteris diuerſa nomina ſummuntur ut.O.tite tute tibi tanta tirãne tuliſti.demit hic modus dictionis tenorem & elegantiæ modũ.
Homæoproton.duplex eſt locutionis & elocutionis qñ eſt elocutionis figura in conſimiles caſus exeunt diuerſa uerba ut mærẽtes flentes lachrymantes dicitur a Martiano diſproferon.ut ſi quis dicat: perſuaſitricæs.præſtigatrices atq; induſtrices tygres. Quando uero eſt de genere elocutionis.eodem autore eſt quod cola omnia in eoſdem cadũt caſus ut hic ſocios ueſtros criminanti & ad beliũ uos cohortanti & omnibus modis ut in tumultu eſſetis uolenti.
Homoetoleuton eſt ſimili modo terminatũ.Cũ dictiones plurimæ finiuntur eos reduti q̃ reli qui deuehi q̃ diſtri mallui.hoc facit orationem uitioſam.differt a ſuperiori q̃ illud ſono & caſu ſimili poſtrema uerba determinat.Hoc uero ſoni tantum ſimilitudine ſub quacũq; uerbi enuntiatione cõponitur.Autor Martianus.
Polyſintheton eſt dictio multis copulis inutiliter poſitus ut athamaſq; thoaſq; pelideſq; neoptolem uſq; priuſq; machaon.
Addunt curioſiores adianõcta.de quibus ſit Quintilianus.viii.ubi de perſpicuitate. peſſima uero ſunt adiononta hoc eſt quæ uerbis aperta ocultos habent ſenſus.ut conductus eſt cæcus ſecus uiam ſtare.& quæ ſuo artus morſu laceraſſet fingitur in ſcholis ſupra ſe cubaſſe. hæc ille. ingenioſa hæc profecto & a ſtripentibus neotericis non animaduerſa.
Hæc uitia nos orõnis gñalia quæ nomẽ hẽnt recenſuimus.non ignorantes confuſe poſita ab aliquibus grãmaticis Diomede & Donato Qui diſſimili omnes ordine fuerant.

Ex iis quæ laudantur.l.quorũ uſus non ſpernit. atq; orationem exornat . cũ ſuperiora dedecorent. Caput. iiii.

IN laudatarũ nũero ſũt aphelia.pabo'a.emphaſis.dynoſis.exergaſia.epegraſia epexegraſia.Quæ iter exornatões hẽntur.Addimus e grãmaticæ ſcriptoribꝰ epitrocaſmos cataſiopomenon.Brachilogia quoq; inter ſchẽmata,eſt poſita a Quintiliano. & in laudatis nominata.
Aphelia eſt ſimplex & in affectata habens quendã purum.qualis etiã in fœminis amatur ornatum.Et ſunt quædã ueluti e tenui diligentia circa proprietatẽ ſignificationẽq; munditiæ. Alia copia locuples.alia floribus læta.rerũ omniũ non unũ genus. Nam quicquid in ſuo genere ſatis effectũ eſt ualet:præcipue tamen eius opera autor Quintilianus.exẽplo epiſtolæ graphicæ Plinii nouocomenſis.ſeu iunioris.Aphelia repletus eſt aureus ille Apuleii aſinus.
Parabola a Fabio exemplum.a Diomede ſimilitudo. Aſt Donatus ait eſt genere diſſimilium rerum comparatio. Virgili.Qualis mugitu fugit cum ſautius aram Taurus. & incertã excuſſit ceruice ſecurim.
Emphaſis ponitur a Fabio inter laudata cum minus dicimus plus ſignificamus . Quot uero dicunt non nulli eſſe quæ & liptote uiderint alii.Fit etiã emphaſis quando ſignificatur id qđ non dicitur. Virg.Cum demiſſos ex equo per funẽ græcos ſcribit.Equimagnitudinẽ denotat. nec non altitudinẽ Cicero quoq; ponit inter exornationes,
Dinoſis eſt in exaggeranda dignitate & in cæteris altitudo quædã hanc Horatius poetis eſſe inter præcipua ſeruãdam.cum ait dũ uitat humũ nubes & inania captet effutire leues indigna tragoedia uerſus.Quidam opinati ſunt in diuoſi Plinianam enitеſcere orationẽ & Ciceronis philippica.Adduntq; phantaſiã quæ in cõcipiendis uiſionibus:ut Seneca ait in coloribus: Cũ ponit Arelũ fuſcum in cõtrouerſia qua ter declamauerat mortuos ſomniaſſe ſe dixit ut in luco pareret.Sic Seruius dixit eſſe illud Virgilii.viii. Mirantur & undæ miratur nemus. Inſuetũ alii uoluerũt eſſe proſopopeiam.alii aliam figuram ut in eo loco.
Exergaſia eſt in efficiendo uelut opere propoſito cui additur id eſt concinna diligentia.ut opus partibus non diſcrepet inanibus.ꝑpterea hanc intelligens Horatius dixit ſe non amare uerba inornata.& ſolum dominantia uerba & nomina.

Epegraſia eſt repetitio probationis & cum aliis eius ex abundanti hac uſus Demoſthenes. Epexegraſia confinis iis eſt ab augendo dicta cuius ue propria uirtus ſic non eſſe dicunt ocyo ſa. Hac Cicero delectatus eſt. Hæc latius poſt tropos adnotantur. hic numerantur. Epetrocaſ mos. Daraſiopomenos. quæ infra dicentur addita ex Fabio Energia. quam primam in figura rum præcepto ſignauimus.

De Vitiis Barbari generis & Inibi quid Barbaricus Sermo originis habuerit. dictumq; ſit. Quid Barbaralexis. Barbariſmus ue differant. & de Soleciſmi nomine ex quo patet Gellii Examen. Caput. v.

Barbaricus ſermo a barbaris dicitur dicti autem barbari: ut dicit Strabo lib. xiiii. ab initio conficto nomine qui difficulter aſperæ ac duriter loquerentur. ut bleſos bal boſq; dicimus. Sumus enim Inquit is autor græcus ad confingenda cognata rebus nomina ingenioſi. qualia apud nos per multa ſunt ut murmur. clangor. Strepitus. Crepitus. Vox quorum plurima iam proprie proferuntur. Omnes itaq; Qui craſſe loquunt: Barbari dicuntur. quales ſunt nationes omnes præter græcos. Quare proprie barbaros appel lauit Anacreon ac initio quidē per conuicium q̄ſi duriloquos & craſſi lingues. Poſtea uero in quit Strabo abuſi ſumus tamquam cōmuni ac gentili diſtinguentes eos a græcis alia quædā q̄ſi barbara loquendi prauitas in lingua noſtra uidebatur ſi qs non perfecte græca pronuntia ret. Sed ita nomina proferret. quemadmodum barbari ſolent. Qui ad græcā dictionem intro ducti expedire linguam non poſſunt. Sicut nec nos illorum orationem. Quod Caribus conti git qui per totam græciam errarunt. Et paulo poſt inquit is autor. Eadem cauſa dictus barba riſmus. tum. n. iis dicere conſueuimus. qui male græciſſant. non autem in iis qui Carice loquū tur. Sic etiam barbariloquos & barbari ſermonis homines accipere eos debemus. Qui male græca pronuntiant. Carico autem more Barbariſmum. ad græcæ orationis artem trāſtulerūt. & Solœciſmum ſiue id nomē a Solis dictum ſiue alio modo hæc Strabo. Poſtq̄ uero Roma ni ſuperiores græcis. Religione uirtutibus. moribus necnon militia facti ſunt: litteris Ingeniū quoq; ſuum oſtendere. Quod Cicerone autore uſq; adeo Enituit. ut ex Plutarcho autore hoc legitur. Cum Apollonius rhetor audiſſet Rhodi Ciceronem declamātem. Rupto inde oium ſilentio inquit ego te claudo equidem & Miror Cicero. Quod autem te dicente cauſa etiam perorata diutius tacuerim dolor & commiſeratio quædam effecit. Repetebam namq; ipſe me cum ſuperiora tēpora. Et annis & gubernatione rerum. p. Et inſtitutis domeſticis græcos præ ceteris nationibus floruiſſe. Quibus in rebus nobis romani palmam iampridem uera & incre dibili uirtute ſuperantes confeſſione omniū abſtulerunt. Reliqua una ac ſola ſupererat doctri næ ac eloquentiæ gloria. Quam per te & ipſam nobis auferri & ad Romanos trāſferri uideo ut nihil iam præcipue laudis apud noſtros relinquatur. Hæc Appollonius grauiter ſimulq; di uine locutus eſt. Sic. n. res uera fuit. Hæc Plutarchus & ipſe Græcus. Indignati igitur Romulo ſuadente grāmatico Romani ſe inter barbaros numerari puritatem linguæ ſuæ oſtendere uo luerunt. Clamorem exercitus Barbaricum dixerunt. quo obſeruauit quoq; Feſtus. & ut Roma na lingua ab hoc uideretur abhorrere. Romulo autore Barbariſmi leges & ſolœciſmi obſeruā ter compoſuere. Quidq; barbara lexis foret. ne. ſ. cum Romana lingua in omnibus rebus ui ctrix foret in hoc ſuccumberet. Craſſilinguiſq; diceretur. Et Romulus ille græcitatis hoſtis mal luit ab Initio dicere. Viros ruſtice loqui q̄ barbariſmum facere uel ſolœciſmum. proprioq; no mine ſcribiliginem dixit. Hæc ex antiquo ſcriptore ad litteram comperimus. a quo nec uiri di ſertiſſimi inter quos Plinius & Martianus diſcordarunt.

Barbaralexis eſt ubi peregrina dictio inſeritur ut Gaza Magalia hoc declarant uerba Strabonis recitata. in barbariſmi tamen ſpeciem dicitur a Fabio.

Barbariſmus uero fit in latina dictione. Barbarum igitur uitium in oratione dupliciter effici tur per ſolœciſmum & barbariſmum.

Barbariſmus ut ex Cicerone doctus accipit. eſt cum uerborum aliquid uitioſe profertur Solœ ciſmus eſt cum in uerbis pluribus conſequens uerbum ſuperiori non accommodatur. Vitioſa igitur oratio uel nō latina aut diſſonans in Solœciſmo & Barbariſmo uerſatur. Vnde Diome des ait. Barbariſmus eſt contra Romani ſermonis legem uitioſa oratio & dicitur ſolœciſmus cum ſcripta aut pronuntiata. Priſcianus. xvii. Oratio ſi incongrua ſit facit ſolœciſmum. quaſi elementis orationis in concinne coeuntibus. Cum autem inconcinnitas eſt litterarum uel ſylla barum uel eis ſingulis dictionibus facit barbariſmum. Quintilianus cum grammatice pueræ inſtituit. ait barbariſmi & ſolœciſmi fœditas abſit. Quod mirandum eſt ab aliquibus ſiue is fue rit Gellius probe non dici ſolœciſmum. Apud Iuuenalem pro errore ponitur ſermonis. Sæpe ſolœciſmum liceat feciſſe marito & i priapeio carmine Sæpe ſolœciſmū mērula noſtra facit.

Barbariſmus fuit In pronuntiatione tantum ut uerba ſtrabonis docent recitata.a barbaris qua
craſſi lingues dicti.Quod aũt Gellius ſe adhuc non inueniſſe apud græcorum idoneos & ſe ne
ſcire an antiquiores dixerunt ſolœciſmum.quod ſi ita eſt:neq; in græco neq; in latino ſolœci
ſmus probe dicitur.Miror hercule.Cum ſtrabo antiquus ſcriptor id ponat.Quid ꝙ ſtrabone
antiquior Ariſtoteles & Laertius in libris Elenchorum ϛολοιχιζει. uerbum põit.Et iterum
ϛολοικοισμῶ i.i.ſolœciſmi plurariuſ numeri.Quid.Et ſibi ipſi Gellius uidetur cõtradicere
cum ipſe alibi ait primo libro Ira in Ciceronis lectione ſolœciſmus eſſet manifeſtarius & alio
in loco uero ergo iſti omnes quid eſſet ſolœciſmus ignorauerunt, & mox non uirili genere
neq; neutro ſolœciſmus,& mox neq; ſolœciſmum eſſe aiebat. Taceo Priapeii carminis exem
plum ut pote recitatum. Taceo Quintilianum Gellio & antiquitate & doctrína præſtantiorẽ
atq; auctoritate eminentiorem.Soloeciſmus:ut tandem finiam: fit in cõtextu partium oratio
nis.appellatur latine imparilitas referente Gellio.a uetuſtioribꝫ latinis Sterobiligo. a uerſura ui
delicet & prauitate turtuoſæ orationis quaſi Sterobiligo quædam quod uitium aſinius capito
in iis litteris quas ad Clodium thuſcum dedit:hiſce uerbis definiit.Solœciſmus eſt inquit im
par & inconueniens compoſitura partium orationis.Acutiores dixerunt.Sterobiligo a ſterilita
te dicta.Conuenientius eſt.n.latina latinis exponere q̃ per græca.unde me indice:abſit inuidia
uerbo.Gellius dixerit ſinamus eos qui dicunt a στρευλο .i.torqueo ac deprauo,& ſi ſtribilitæ
ſunt genus tortæ placẽtæ. quæ calida exhibebatur ad cibum.unde Martialis Circum lata diu
menſis ſtribilita ſecundis urebat nimio ſæpe calore manus.Egregie Chariſius dixit Scribiligo.
a ſcribo & deleo quaſi uitioſus cum ſcriptus ſit ſermo delendus.uel ut dicebat Auguſtus:Incu
bat ſpongiæ.

Facimus Barbariſmum ſi peregrina hoc eſt aliena uocabula præter græca orationi inſerimus.
autore Fabio & hoc putatur Barbatalexis iam dicta.deinde. Deinde fit quando inſolenter mi
naciter aut crudeliter dictum Barbare locutus exiſtimatur.Tertio additione litteræ uel ſyllabæ
ſuperfluæ & contra diminutione.ut alium pro alia & qui necromantiam per .c.proferunt. Si
cut etiã hydromantia geomantia.aut tandem alio q̃ rectum eſt loco ponat.In una dictione
aliquando fit barbariſmus ut pregulam pro preculam.uidelicet.g.pro.c.ponendo. Aliter etiã
eſt barbariſmus.Cum præponenda poſtponuntur.Receptũ eſt quod Cicero canopitarum a
canobon indinauit.Itẽ duapondo.trepondo.etiã ſcala pro ſcalæ ſcopa pro ſcope dicendo fit
barbariſmus.ſimiliter phæton cum ſit byſſyllabum.Et cõſtat autore Quintiliano eſſe triſſyl
labum.Martialis.ii.quid tibi uis dipiron qui phaetonta fácis, cum uero dixit quidam ſaperda
triuialibus omnibus indoctor ſolutam eſſe diphtongum ſecurus errorem ſui Tortelii nõ ad
uertit æ diphtongum apud latinos nũquam reſolui niſi per ai antiquã diphtongum ut dixi
mus tertio uolumine.priorq; uocalis longa retinnet ut arlai.terrai.frugiferai. Si uero in uerſu
legimus pheton eſt ſinalipha quale illud ſolio reſidens tum Iuppiter aureo. & illud Aeripedẽ
ceruam pro æripedem.Fit ẽt barbariſmus longa breuiando.Et contra breuia producẽdo prio
ris exemplũ ponit Fab.unius ob iram unius adde obnoxã. Alterius Italiam fato ꝓfugus.hæc
ille in primo adde illud quod uulgo philoſophia dicitur penultima longa Auſonius uero in
cryppoternarii tres ſophiæ partes.tria punica bella trimeſtres hoc ſeruare uolentibus latinitatẽ
dabitur exemplo.uitiatam barbariſmi cum ad poetas qui licentiores tranſeunt Metaplaſmos
dixere.i.transformationes de metaplaſmo igitur.

De Metaplaſmo Caput vi.

Metaplaſmus eſt de genere Barbariſmi ſicut figure conſtructionis de genere Solœciſ
mi Eſt autẽ metaplaſmus tranſformatio quædã recti ſolutiq; ſermonis in alteram
ſpeciem metri aut decoris cauſa figurata.ſpeties eius perhibentur prothesis epẽteſis
propanalepſis uel paragoge.Aphereſis.Syncope.Apocope. Ectaſis.Syſtole.Diereſis.
Synaliphe. Epiſynaliphe.Eclipſis.Methateſis.Antitheſis.Paralange.Parelcon.

Eſt quoq; illud figura An mihi cantando uictus non redderet ille.ideſt reddere non debebat? hæ figuræ aliæ necnō plurimæ nullo efficiūtur titulo.q̄ uſu & autoritate munitæ nō aſciſcūt ſibi nomē figure ii uelut cuiuſdā uicii ideo aūt figure accipiūtur.ut nō oſcitāti In lectione Quintil.pcipere eſt.Q᷑ figura eſt ibi autore Quintili.ubi nō ſimplex enuntiatio eſt. In quo genere Sunt affecta ut Gellius ſignificat.quæ interim fiunt cum ſermo liceat uideatur torum uel maximum ſignificare:ex toto tamen quod plurimum.ex maximo maius unde ſignificant diminutionem patientes hoc eſt inter dianœtas anomas poſuit Aquileus Vir .xi.de Diomede.Cōtigimuſq; manū qna cōcidit illia tellus.manus āt Diomedis maximo nō toti auxilio ad deſtructiōnē Troiæ fuit.Itē poeta.En.primo oibus errātē terris & fluctibꝰ æſtas.nō.n.p oēs terras ꝑcipue Italiā errauerat eo tempore Aeneas. Sed Affecto eſt uſus uerbo.docet Vibāus.Sic etiam in.viii.Galli p dumos aderāt arcemq; tenebāt.i.q tenebant ex affecto dictū nō diſcordat Seruius.Cicero in aratæo carmine.ut quondā orion manibus uiolaſſe dianam.i.uiolare appetiiſſe Suet.in.C.Cæſare dictat:ne omnia repetam:Cum iam Alexāder orbem terrarum ſublegiſſet: Cum ad Romanos non uenerit.ergo maiorem partem ſignat.& affecti iure uſus.Inter plurima exempla quæ legenti facile occurrūt.eſt id Gel.cū ait:pfligatū quoq; eſt quaſi delectū totū. & ſic ſolet dici:omnes currūt in forum.cum maxima pars non omnes currūt tumultu aliquo· Non nulli ſynedoche hoc ſubiecerūt.Cum plane ſchēma non ſit Gellii dictum probare uidetur Suetonius alio in ioco.de Iulio Cæſ.pharſalica acie cæſos profligātoſq; aduerſarios proſpicientem.Hæc rum ad uerbū dixiſſe uoluerūt non.n.oēs cæſi neq; delecti in totū fuerāt ſed maior pars.hoc genus dicendi.ferat dialeticus ſubalternum.

De Figuris conſtructionis ſuo titulo. Caput xiiii.

Figuræ quæ ab horiſticis dicunt᷑ Cōſtructionis octo.uel triuialibus notæ per nomē. Prolepſis.Syllepſis.Zeugma.Syntheſis.Antiptoſis.Euocatio.Appoſitio.Synedoche. Prolepſis.hoc uocabulum primus dixit epicurus teſte Cicerōe.a noſtris dicitur anticipatio uel præſumptio.Cum grammaticus eſt.conſiderat uitium.quod eſt cum totum præſumptum in ſermonis conitructione partes recipit , ut homines legunt unus bene

conſtructione partes recipit.ut homines legunt unus bene alius male. Eſt autem triplex prole
pſis.Grãmatica.poetica.oratoria.quidam addunt ſophi.de qua ſic tradit Cicero in topicis.No
tionem appello quod.g.tum enian cum prolipſin dicunt ea.eſt inſita & ante percepta cuiuſq
formæ cognitio enodationis indigens hæc ille. Prolepſis grámatica duplex conſtructionis &
elocutionis prioris exéplum propoſitum eſt;poeticũ hiſtorici ubi opus & oratoriam ſequunt
Prolepſis grámatica locutionis eſt.quæ ſic a Diomede circũſcribitur.prolepſis eſt pronuntiatio
rerum ordine ſecutarum.uel eſt cum numerus uerbo additur. ante q̃ perſonæ definiantur. ut
Virgil.Continuo reges ingenti molle latinis Quadriiugo inuehitur curru bigis ut turnus in
albis.Et in.ii.æn.Aduerſi rupto ceu quondam turbine uenti Confligunt zephiruſq; nothuſq;
& lætus æois eurus equis.Et in buc.Compulleranteq; greges corydon & tyrſis in unũ Thyrſis
oues corydon diſtentas lacte capellas.Et ſic propoſito erit toto quod partes ordine ſequunt
prolepſi grámatica uſus eſt Liuius.ut excludamus errorem eorum qui nominatiuum pro ge
nitiuo poſitum putarunt:uerba Liuii periti religionu iuriſq; publici quando duo ordinarii
conſules eius anni alter morbo alter ferro periiſſent ſuffectum conſulem negabant comitia ha
bere poſſe.legunt illi periiſſe.Minus eſt uitium prolepſis q̃ antiptoſis quia plus habet ratiõis.
ut mox declarabimus.Sed nota q̃ ubi totum ſingulariter diuiditur uno modo fit ultium.Si
uero pluraliter alio modo.Exemplum primi ex plurimis uel Suetonio in tyberio. Duplex te
ſtamentum fecerat ante biennium unum ſua alterum liberti manu.Si uero dicas homines in
uident unus Lanciloto.alius Theſeo.uitium eſt quod nominatiuus non congruit uerbo. Si
caſus referuntur ad uerbum unus.n.fit cum inuident. hiſq; uerbum deficere uidetur toleratur
hoc uitium cauſa fugiendæ.ut ait Cariſius: Inanis repetitionis. ne dicatur homines inuident.
unus inuidet Lanciloto.alius inuidet Theſeo.hic.n.orationis modus facilior & incontinnior
uidetur nulla ratione conueniens auriũ iudicio.rectiſſime igitur Guarinus ueronenſis dixit fi
gura eſt uitium cum ratione factum ubi de figuris conſtructionis dixit.Rationem a nobis di
ctam probat Quintilianus dicens de figura.una in re maxime utilis ut quottidiani ſemper &
eodem modo formati ſermonis faſtidium leuet & nos a uulgari genere dicendi defendat. Or
do in prolepſi eſt ut totum & partes diſpoſitæ ſint per eoſdem caſus. nam ſi dicamus Aquila
rum una uolat ſuperne alia inferat non erit prolepſis ſed uerbi defectus qui eclipſis. Et ſi dicas
Aquilarum una uenit ab occidente alia uolat ab oriente:non erit figura quia non eſt uitium.
neq; declinatio a cõmuni ſermone.ſeu uulgari.Aliquando hæc figura fit recondito ſenſu in tri
mis dicunt implicitam.Quintilianus exemplo eſt.præſtat ingenio alius alium.repetitur in ſen
ſu & alius alium.Sed hoc ſchẽma non eſt in re horiſtici.Sicut illud.xii. Eſt in omnibus genti
bus alius alio facundior.Similiter illud Varronis in ruſticis. q̃ neq; ſuo queq; loco ſunt poſita
minus loci capiunt & minus officit alius alii.Eſt in aliquibus exemplaribus Guarini ueronen
ſis doctiſſimi homines inuident alter alteri quod quã a non nullis irriſum accipio exépli defen
dimus autoritate.Suet.in caligula.de pluribus loquens ait. nec ex eo ceſſauit criminari alterũ
atq; inter ſe ſe omnes comittere.Pli.ii.na.hiſt.de pluribꝰ motibus quã motus alter alteri remi
titur.Huius rei eſt ratio q̃ inter plures ſi ratio duorũ habetur:ſeu actus reſpicitur:non ab re uti
mur alter.Si uero diceremus hoĩes inuidẽt alius alii ui diſtributa cõfuſe. pluriũ eſſet logos.
Prolepſis oratoria.Et ſi Quintiliano credimus: Eſt cum id quod poteſt obiici occupamus. ut
intraſti in templum non religione.ſed eo animo ut furtum faceres.Si.n.dicas intraſti templũ
poterit obiici.intraui religione.præcipue tamen hæc figura prohemiis conuenit. Diuerſas ha
bet ſpecies.Quæ ſunt.Dubitatio prænuntio.confeſſio.prædictio.præparatio.prohibitio aut re
prehenſio.Eſt autem dubitatio:cum ſimulamus quærere unde incipiendum uel deſinendũ.
Quid potiſſimum dicendum.aut omnino dicendum ſit.Exemplũ iſtius figuræ oſtendit alibi
Quintilianus.cum tantæ obiectioni reſopndemus Exemplo Ciceronis in uerrem. Qui dicit
ſe mirari quoſdam.quod is qui per tot annos defenderit multos neminem læſerit ad accuſan
ſandum uerrem deſcenderit.Quia potuiſſet aliquis dicere.Cicero eſt ſolitus nullum ledere mo
do accuſat.p̃occupat id caute Cicero diciturq; præuentio.quædam dicitur cõfeſſio.ut p̃ Rabi
rio poſthumo quẽ ſua quoq; ſentẽtia reprehendendũ fateretur q̃ pecuniá regi crediderit. q̃dã
dicitur p̃dictio.ut dicã nõ augẽdi criminis gratia.quædã emẽdatio.ut rogo ignoſcatis ſi lõgius
ſum euẽtus frequẽtiſſima eſt p̃paratio cũ pluribus uerbis uel quare qđ facturi ſumus.uel qua
re fecerius dici ſolet.Et p̃hibitio ſceleris aut rep̃hẽſio.Ciues inq̃ ſi hoc eis appellari noie fas eſt.
Prolepſis poetica qua & hiſtorici eſt cum ex perſona poetæ uel ſcribentis præoccupantur uel
p̃ſumnũtur q̃ non ſunt adhuc uel nõ erãt.Meminerũt Gel.& Diome.exẽplo eſt Virgil. Italiã
fato profugus lauinaq; uenit littora.nõdum enim enim erat lauinium quando Aenæas uenit
in Italiam.Sed dictũ ex perſona poetæ.Similiter & illud funteſq; tequire uelinos.nõdũ.n.erat

uelia. Et in quarto Georg. At chorus æqualis dryadum clamore supremos Implerunt montes flerunt rhodopeiæ & arces. Aliaq; pangea rhæsi mauortia tellus .i. quam post rhesus tenuit. ple psis est manifeste e poete persona, quo .n. tpe fuit Orpheus rhesus nondum regnabat in tracia Nec mirum sit facit hoc poeta. quod nõ aduertit Gellianus morsor. Nam homerus in odyssea Vlixem inducit dicentẽ ꝙ creta habebat nonaginta urbes. sed post tempora troiana decẽ præter eas conditæ sunt a Alchemene argiuo illuc comitatibus doriensibus profecto. homerus igitur ex persona sua inde dixit hecatompolim non troiam sed sua respiciens tpa. uersus est αλλοι δ' εν κρητην... rei meminit Strabo.

Simile est illud Sapphus Ouidianæ ut q̃ furialis Erycto. Ericthus .n. non fuit tpe sapphus. Ex ipsa Ouidii persona dictum. aliqui nolunt legi enyo. Salustius quoq; ait Montẽ sacrũ atq; auentinũ insedit. qui mons ob hoc ꝙ illa plebs insideat sane dictus non .n. tũc dicebatur sacer. aliquando fit ut poccupant quãdo scimus præterita & p modũ propositionis dicimus ut illd̕ apud Virg. iii. æn. fatis ingressus iniquis ante .n. ingressum nesciebat fata iniqua.

De Syllepsi.

Syllepsis ut Diomedes: est dissimilium clausularum p unũ uerbũ facta cõceptio .i. cõprehẽsio. dicitur a συλλαμβάνω quod est cõprehẽdo differt aũt syllepsis a synthesi. ꝙ syllepsis cõprehendit uocis alterius cum uoce significationem ut rex & regina albi. In synthesi uoces simul ponuntur significati causa ut anser fœta uel ad significatum Cæsar & Scipio docti. unde synthesis a συν quod est simul & θέσις positio. quasi simul positio syllepsis uero comprehensio quæ est cum singularis uel plurali uerbo uel posteriori ex pluribus clausulis ultimo tantum redditur. ut hic illius arma hic currus fuit. & alibi nec saxa nec ullum telorum interea cessat genus. Alterius exẽplũ. Sunt nobis initia poma castaneæ molles & pressi copia lactis. hæc ex Diomede & Donato singulari dedit Seruius per genera illud Virgilii. x. Sed sine pace tua atq; inuito numine troes. Non solum aũt solet fieri hæc figura per partes orationis sed per accidẽtia partium oratiõis. Ex quo colligimus genera syllepsis. Quæ aiũt alii septem alii sex alii quattuor ut opinati sunt per partes orationis duobus fit modis priori modo cum propinquiori uerbũ omissum subintelligimus: ut hic illius arma .s. fuerũt hic currus fuit. Prima hæc syllepsis dicit̃ a Donato hæc cum data est noua nõdũ interuenit uitium deest .n. huic & uidetur figura paronomasia. hæc est illa prima syllepsis quæ in andria tantum laborem capere ob talem filium. ubi Donatus per hanc figuram assummẽdum esse extrinsecus ut me. Sic in prologo populo placeret quas fecisset fabulas. assummetur .n. fabulæ placerent. quas fabulas fecisset. Altero modo. quando pluribus uerbis pluralibus cõprehenditur singulare. ut illud sunt nobis mitia poma Castaneæ molles & pressi copia lactis. Tertio modo per accidentia. hoc interim est ratione lexeos. quando plurale concipit singulare ut antiquiores. uos o calliope precor aspirate canenti interim constructione quale illud. unde omnis troia uideri & danaum solitæ naues. unde ueritatem contemplans: modo ni ofcite: quod hoc a secunda syllepsi differat aperte cognoscer. diciturq; hæc per numeros. Quarto. cum uirili genere concipitur fœmininum Cicero pro Milone. Quid .n. de muliercula famia. quid de adolescente Apodonico quorũ utriq; mortem est minitatus fœmininũq; cõcipit neutrũ. Virg. & danaũ solitæ naues & achaica castra. Lucanus in primo leges & plebisita coactæ ꝙ masculinũ cõcipit neutrũ. Varro parietes & solum ope tectorio marmorario loricadi aliqñ sub singulari diuidui ut apd̕ Terẽt. uterq; & pater & mater. Quinto cũ prima psona cõcipit secũdã: ut ego & tu legimus. Cice. ad Furniũ hac de re ego & caluisius hõ magni iudicii tuiq; amantissimus accusamus te quottidie. iplicite. seu nulgari dicas indirecte q̃nq;. Virg. quisq; suos patimur manes. & Horat. in arte decipimur spetie recti .i. ego & alii. Ite in genere. ut phœdra Ouidiana. ut tenuit domus una duos domus una tenebit. duos .s. te & me. sic masculinũ indirecte cõcipit fœmininũ q̃le illd̕ quoq; Ouidianæ Oenone. Miscuimus lachrymas mœstus uterq; suis .s. ego. Oenone & tu paris uterq; mœstus. Sexto cũ noiatiuus cõcipit aliũ casum cũ ꝓpositiõe Virg. Diuellimur inde. Iphitus & pelias mecum .i. ego cũ Iphito. Quod uero dicũt regulæ docti uiri equs cũ asino currũt. Dãnãt in triuio. Exẽplum est Virgilii. remus cũ fratre quirino iura dabunt. Septimo cũ nulla numeri sed significati cõplectione ultimo uerbo oia cõnectimus. quale illd̕ Vir. ii. æn. Sacra manu uictosq; deos parũumq; nepotẽ ipe trahit. Iõ dicta est. Septima syllepsis a seruio ipar .n. & diuersum cõprehẽdit totũ. nõ .n. trahebat deos. Sic illd̕ disce puer uirtutẽ ex me uerũq; laborẽ fortunã ex aliis. nõ .n. discit̕ labor neq; pprie fortuna. Sic ẽt Statius in prima sylua. Tu bella Iouis. tu pia rheni. Tu ciuile nefas. tu tardũ in fœdera montẽ lõgo marte domas. nõ .n. donant̃ prælia. neq; montes una tñ dictio oia cõprehẽdit. Ratio huius figuræ est eadẽ q̃ in plepsi abhorret .n. sermo ab inani & uitiosa repetitiõe. Quale illud p Milone. Nõ solũ hæc ciuitas sed oẽs gẽtes concessissent.

Ne diceret̃ non ſolum hæc ciuitas conceſſiſſet.Sed oẽs gentes conceſſiſſent & ſic rõne factum

De Zeugmate.

Aliqui uolunt Zeuhma eſſe eandem quæ ſyllepſis.ſed differre tantum nomine & modo.Sed
uidetur falſum.Nam Zeugma diſtinctum eſt ab illo penitus.ut præcipue Diomedes & Do
natus ſignificat.Zeugma eſt.n.coniunctio.ſyllepſis comprehenſio dicitur.n. zeugma ſynthe
ſis ſimul poſitio.Dicitur aũt zeugma a ζεύγνυμι .i.iungo unde ẽt nomen oppidi dictum zeugma
qm̃ Alaxander ibi pontem in euphrate iunxerit quod Pli.xxxiiii.his uerbis oſtendit. ferunt quí
dam & religione quam id fieri & extare ferream cathenam apud Euphratem amnem in ur
be quæ zeugma appellatur qua Alexander Magnus ibi iunxerit pontem.cuius annulos qui a
rubigine infeſtati ſunt refecti.Martianus quoq; in muſica. nete ſynzeugme non ultimam con
iunctarum dixit.Eſt autẽ Tropus.xi. muſicæ. apud Cleonidem dictus lydius.Sicut paranete
dyazeugmenon phrygius.Nete die zeugmenon dorius.ſunt autem in canticis genera. memi
nerunt Apuleius Plinius Boetius Auguſtinus.Deinde zeugma concordat cum propinquiori
quod non eſt in ſeptima ſyllepſi niſi eo qui diximus modo.Deinde ſyllepſi unico uerbo com
prehendit.Zeugme uero ad ſingula ſubaudit uerbum.ut ſignificat aſco.Pedianus ſecundo uer
rinarum.

Zeugma quoq; grãmatica duplex uidetur conſtructionis & locutionis cui contraria eſt hyp
pozeuſis.zeugma Diomede referente eſt concluſio diuerſis clauſulis coniuncta.Cum duo aut
plura ad unam partem orationis iungendam referuntur . hæc circũſcriptio præter antedicta
probat differentiam a ſyllepſi.hoc tribus modis fit.aut cum proponit unum uerbum ad qd'
ſequentes conferuntur ſenſus.Cicero in philip. Vicit pudorem libido.timorem audacia.ratio
nem amentia.dicitur uulgo a ſuperiori.docti prothozeugma appellant.In horiſtice uero.lego
ego.& tu.Aliquando interponitur uerbum.diciturq; meſozeugma.Virg. Troiugena inter
pres diuum qui numina ſentis Qui tripodas clarii lauros & ſidera ſentis Et uolucrum pennas
& præpetis omnia pennæ.horiſtice ego lego & tu.Miror ego Seruium dicere ab inferioribus:
niſi ſit mendum:Cum manifeſt uerbum ui & natura non tantum carminis ſed orationis ſit
interpoſitum.Eſtq; hippozeugma uulgo ab inferiori.ut illud Tulhanum nil te nocturnum
præſidium.palatii nihil urbis Virg.nihil timor populi nihil concurſus bonorum omnium ni
hil munitiſſimus ſenatus.audiendi locus nihil horum ora uultuſq; mouerunt. hic uerba non
concipiuntur.Sed ſenſu connectuntur horiſtice. ego & Cæſar legit hic non cõnectũtur uerba
lege conſtructionis.in illa diuerſe clauſulæ.appellata ſin zeugmon a Q.uintiliano. ut ſi dicerẽ
libido uicit pudorem.audacia timorem.amentia rationem.Alius autem modus dicitur a Gel
lio & Martiano capella.diezeugmenon uocamus nos diſiũctum.hoc modo capuam deductis
colonis occupabunt.attellam præſulio cõmunient.Nuceriam cum hoc multituhine ſuorum
obtenebunt.Cætera oppida præſidiis deuincient.Ab hac differt antizeugmenon.hoc eſt iun
ctum.hoc.n.plura in uno coniungimus.ut quorum ordo ob humili fortuna ſordida turpi ra
tione abhorret. hoc.n.poſtremum abhorret prædicta coniunxit.

põit Gellius paradiezeugmenon.i.uitioſe diſiunctũ mendaciũ ſicuti & hoc eſt in quo quæ op
poſita non ſunt cõtraria.ut aut curris aut ambulas aut ſtas hæc ex Illius.xvi.

Zeugmatis dianœas tres ſpeties diſiũctio.coniũctio.adiũctio.diſiunctio eſt cum eorum de qui
bus dicimus aut utrũq; aut unum quodq; certo concluditur uerbo.ut populus romanus.Nu
mantiam deleuit Carthaginem ſuſtulit.Corintium diſiecit huic conuenit exemplum libatum
Martiani.Coniũctio fit hoc modo formæ dignitas aut morbo defloreſcit aut uetuſtate.Adiũ
ctio eſt cum uerbum quo res comprehenditur:non interponimus.Sed primum aut poſtre
mum collocauimus.primum hoc modo defloreſcit.formæ dignitas aut morbo aut uetuſtate
defloreſcit.Grammaticus horiſticus dixerit hippozeugma.

Diezeugmenon & antizeugmenon ſunt figuræ elocutionis ut docet Martianus: Etiam liba
uimus.Sed nota.Diezeugmenon quoq; dicitur unus ex phthongis qui ſtantes inter mobiles
interpoſiti continent tetracordi coniunctionem.& e generum diſcriminibus ſuis finibus ſunt
permanentes & trite diezeugmenon & de mobilibus qui in tetracordo interiunctos dipoſita
in generibus & locis loca mutant.dibiturq; inter quinq; tetracorda quartum diezeugmenon
autor Vetruuius.libro.v.Meminit Martianus.Et cleonides in harmonico inquit quã cũq; per
dieſes ſyne minem in tetracordorum compoſitionẽ hanc diezeugmenon.

De Syntheſi.

Syntheſis eſt nomen ueſtis & uaſis.Suet.in nerone.plerũq; ſyntheſim indutus ligato circa col
lum ſudario pdieſit in publicũ.Ea ueſte utebantur in ſaturnalibus illis.n.diebus exuebant togã
& ſyntheſi utebant̃.Martialis.Syntheſibus dum gaudet eques ſanctuſq; ſenatus.alibi in 2oliũ

Et mutata tibi ſyntheſis undecies.unde ſyntheſiatus.ea indutus. uas quoq; eſſe ſignificatur . a Statio in.iiii ſyl.unam mittere ſyntheſim quod horres?alborum calidum atq; cacaborū.Eſt q; ſyntheſis figuræ nomen grāmaticæ & oratoriæ.grāmatica figura eſt quæ ſignificati gratia uel in promiſcuis ut anſer fœta:uel per numeros ut Scipio & Cæſar clari.uel populus currit.Exē plum primæ.Virg.præneſte ſub ipſa.Cum præneſte nomē oppidi ſit neutrum. ad intellectū uerbis reddit.quod re.Priſcianus ſenſit.Si uero ſequimur Seruiū falſum.quis ait dicit hæc præ neſtis & hoc præneſte & fieret præneſti.ad quod Herodianus ait.foracte.mane.eodem eſt lo go.Terentius in eunuchi prologo dixit in eunuchum ſuam.ad fabulam referens hoc iure at ticiſmi ſit repetatur in eunuchum quæ fabula eſt ſua.Eodem modo Lilium eſt albiſſimus flo rum ne repetat Lilium eſt flos albiſſimus florum.Dubitatum eſt a diſcipulis noſtris curioſis an dicendo inſidiæ quarum prima denſior an ſit ſolœciſmus an figura conſtructionis ſynthe ſis.quæ ſignificati habet rationem. ut dictū eſt : an eclipſis. doctrina Seruii notat dicentis ſub audiuntur quæ aperte dicere non poſſumus.Virg.de alecto Nec dextræ errāti deus abfuit.qd penitus dicere non poſſumus.Cum alecto ſit generis muliebris . hæc ille ſecundo georgicorū. Saluſtius quoq; ait Quia ſertorio triplices inſidiæ per idoneos ſaltus poſitæ erant.prima ſubau diendum reliquit inſidia quod penitus dicere non poſſumus.uidetur ergo autoritate eſſe figu ram dicendi uel uerius loquendi excuſatam.Ceſſat.n.ratio inanis repetitionis.Exemplum alte tius Cicero pro lege manilia Cartheginem atq; numantiam ab eodem Scipione deletas eſſe. Virgilius Cymothoe ſimul & triton ad nixus acuto detrudūt naues ſcopulo. Tertii exemplū. Pars in fruſtra ſecant.Cato facto uterq; ſublimiter ſtent. Quid quod in hoc perſona & nu merus in hoc genere conuenire uidetur.Ouid. Miſcuimus lachrymas mœſtus uterq; ſuas. Ali quando & genus & numerus tantum.Terentius uterq; & pater & mater domi erant . apud Ouidium.n.in Oenone & paris accipitur cum ſignificatione perſone.ſ. ego & tu aliqui tamē unum inter genera ſyllepſis adnumerant.Cor.tacitus.xiiii.Sed uterq; impleuimus mēſuram. Quidam Priſcianum ſecuti dicūt mea Glicerium eſſe figuram ut ſit mea.i.mea amica . Sed hoc falſum eſt q; autem nomina mulierum in.um.generis eſſe neutri.Sed Plautus de muliere planeſio ait quæ ſcilicet dicitur planeſium.inquit ego ſum uita libera & in menechmis At pla cuero huic erotio quæ me non excludet a ſe Erotium puella uel focia & in aſinaria philenum eſt ne hæc quæ intus exit.at dicet pedagogus.ſ.fœmina.ergo ſi dicatur Lancilotus ſum natus liber intelligetur homo.Et ſi hæc admittas:nihil loqui tutum eſt ſine figura . Et ex hac ratiōe & argutia ſequeretur quod miſis Terentiana dicere poſſet ego ſum natum liberum .i. mānci pium.uel animal quod eſt tam puerile q; enūtiatur.& ſimiliter Iulius pulchra.ſ.facies. & pluri ma ſuperſtitioſe & cum calumnia diceretur minime artigraphis approbata. nec exigitis iuſſa Præterea in latinis articuli:ut ait Chariſius:& iam recitatū tertio uolumine.a quo non diſcor dat Herodianus.Accipiuntur a cōnexis.Quid.n.ſciremus.diem. Silicem.& hoc genus uoces eē incerti generis niſi adiecta ſignarent articulum . Cum igitur articulorū ratio ſit a natura uel a placito.Sequitur q; in iis ubi eſt natura alius modus obſeruetur & item ubi eſt placitū in placi tis præualet rō cōnexis:ſed Glicerium naturale habet articulum.ſicut planeſium.Dicet mihi ali quis pro Priſciano ubi eſt uel legitur Glicerium pulchrum.at ille dicet Priſcianus quoq; inqt quāuis habeant articulos fœmininos.ergo mea glicerium non erit figura.Declaramus obiter quod ait Priſcianus.in hac terminationem diminutionis uel adulationis cauſa profitiunt hæc ille de nominibus muliebri articulo in um.per.m.litteram.ut iam libauimus ubi de litteris fa cimus mentionem:Plato in cratilo inquit ſignari res magnas & longas Cum ergo adulatio nis cauſa dicebatur glicerium longum & magnum amorem ſignificare uolebant.uel interim a contrario & tunc eſt quod ait diminutiōis quale eſt abrotonium:male eſt impreſſum in Pri ſciani codicibus abrotonus eſt.n.nomen mulieris deductum ab amara herba quæ abrotonū dicitur id meminerūt Plin.dioſcorides.& omnis medicorū ſchola.

Riſui eſt Nicolaus perotus.qui ait Triſte lupus ſtabulis eſſe ſyntheſim. Cum id latine dicatur. nec dici ideo poteſt figura.cum non ſit uitium factum aliqua ratione.

Illud quoq; notetur Ciceronis exemplum ad Cecinnā. Notātur mihi ad diuinādum ſigna du plici quadam uia.quarum alteram duco a Cæſare alterā a Ciuilium temporū natura.

De Antiptoſi.

Antiptoſis.hæc figura ut ſuperſtitioſe intelligitur a triuialibus ut pleriq; contenderint per hāc figuram dici emi librum decem aureorum.Item a me amatur deum.ſto Roma. & mille hoc genus deliramenta.ūt uellatur radicitus error hæc notaui.duæ ſunt figuræ ut ex Diomede le gitur quæ breuitatem atticiſmi præcipue ſequuntur.quo plures partes orationis in unam con trahuntur.uel pauciores ut feri canem foras idest feriendo canem eiice foras.& illud Maronis

Spicula lucida tergent ideſt tergendo lucida faciunt & in georg.Imbellem auertis romanis ar
cibus indum atticiſmi iá dicta ratio eſt ideſt auertendo facis in bellé.hanc expoſitionem habe
ſa:de Seruio & Vrbano.& hunc loquēdi modum ponunt Donatus & Artigraphi.& illud nu
da genu ideſt habens nudum genu.Eſt igitur hac ratione factum hoc uitium ut differat a cō
muni.quod ſi ceſſet non admittitur caſus pro caſu.Altera uero figura ſine hoc argumento po
nit caſum pro caſu inferius dicetur eſt autem utendum exemplis huius figuræ . ut repetamus
uerba ab autoribus.Sicut accidit in uſurpatis alter latinitatis præceptum eſſet bulla. Virgilius
ſecundo æneæ.Quibus Hector ab horis expectan uenis.pro expectatus dicit Seruius & alibi ui
cinoſq; ignare paras inuadere portus.pro ignarus. quod quin quaſi per apoſtrophen eſt tole
rat latinitas.Cicero in primo Verrinarum.Nam mihi ita uelim deos propitios cum illius tem
poris mihi uenit in mentem.pro illud tempus.iiſdem uerbis igitur ſi utemur in oratione: Ex
ipſa imitatione haud indigni habebimur.Et in ſecundo eiuſdem Fac tibi acciliæ legis uenit in
mentem. pro accilia lex.Terentius.quæ ex andro commigrauit huic uiciniæ pro in hanc uici
niam.Et alibi quid mei faciam pro de me Et in eunucho quid illo fatiemus pro illi . Perſius
Cenſoremq; tuum uel q; trabeate ſalutas pro trabeatus . Virgilius. Eiectum littore ergentm
ſuſcepi pro ad littus.Si Priſciano credimus:ſed Virgilius Clarius.x.multoſq; palus Laurentia
ſylua paſtus harundinea:ſi Seruio credimus:pro paſtum. Qui & illud.iiii.æneæ. per mille colo
ribus arcum inquit pro mille colorum.Dicam ne de inconſtantia Priſciani?Qui libro.vii. ut
libra die ſomniq; pares ubi fecerit horas.uerſus eſt Virgilianus:dictum horiſtice.Deinde libro.
xvii.dicit caſum pro caſu.hoc alibi & docuimus . Eſt illud figuræ exemplo . Parce metu pro
metui.Et Virgilius.x.heretq; pede pes denſuſq; uiro uir.pro pedi.Et.xi.aurea uati caſſida. pro
caſſis.hoc exigitici.Aſt horiſtici aliter.Meminimuſq; illud uiſus mihi pro a me.latine dici. Et ſi
non ſine figura.Virgilius.Cui non dictus illas?Sed hæc ſimilia ſunt quæ in figuris autoritate
conſuetudine ne excuſantur quia ræceptæ ab eruditorum conſenſu in elegantiam enituerūt.
Aliqui non indigni: Vrbem quam ſtatuo ueſtra eſt figuram non eſſe contendunt: dicūt enim
ita uultis urbem quam ſtatuo ueſtra eſt. quod uerbum poſitum eſt ab ipſo autore . Similiter
quas credis eſſe has non ſunt ueræ nuptiæ.ut ſit ordo.has.ſ.prædito tibi non ſunt ueræ nup
tiæ quas credis ſcilicet eſſe ueras.Vrbanus dixit eſſe ſolœcophanem . Quod uero dicitur ut po
pulo placerent quas feciſſet fabulas ſcilicet ille quas autem . Laurentius tamen Valla dictum
latine arbitratur.Tale eſt apud Ouidianá phedram ſic tibi dēt nymphæ quáuis odiſſe puellas
diceris urentemq; leuet unda ſitim.Et hoc ſit quia græci relatiuū cum ſuo antecedente non in
aliis accidentibus ſolū ſed in caſu faciunt conuenire ut eſt illud ſocratis.
Hoc eſt orationum quarum ſcripſiſti & Cicero ad herennium principiū eius modi debet eſſe
ut ſtatim apertis rationibus quibus perſcripſimus.dicitur hic modus quoq; figura.Quia a cō
muni ſeparatus ſit ſermo & ratione grecæ imitationis excuſatus.

De Synecdoche.

Synecdoche aliquando eſt tropus dictus a Cicerone intellectus non ignoro tamen a Diome
de & Donato poni inter ſchēmata lexeos & nos meminerimus . Sed quia ipſi quoq; autem
multas eſſe:ponereq; iudicio ſuo neceſſarias inter multas quas ipſi ponunt hoc loco poſueri
mus ſynecdochem.Cum præcipue Diomedes faſſus ſit eſſe inter ſchēmata λογου. Eſt autē
duplex hæc ſynecdoche quantum ad huius loci pertinet narrationem altera quæ dicta eſt a
Diomede.ἐλεινισμὸς.& paſſim dicitur figura græca cum utimur præterito pricipii ut ocu
los ſuffuſa nitentes.laniata capillos & hoc genus conſtructionis . Altera dicitur latina cum ſit
per nomen ut nuda genu ideſt habens genu nudum hæc autem pendent a ratione atticiſmi
uitium in hac eſt quod diſcordat adiectiuum a ſubſtantiuo.Quale eſt quoq; Virgilianum illd
Os humeroſq; deo ſimilis.Et item cum dicimus mulier alba faciem. ſi diceretur album faciē
uitium eſſet attenuatæ.Oratio & enim feret illepida.& dubioſa poſſe nāq; intelligi mulier q
ornat quæ habet & mille alii modi ideo pter rōnem atticiſmi tolleratur hoc uitium.

De Appoſitione.

Epithetum quidam ponunt eſſe appoſitionem.alii a græci protheſi arbitrati dictam.ignoran
tis aliam eſſe figuram Theodorus gaza dixit hanc figuram de qua agimus . προθετικόν.
Alius epitimi ideſt ad poſitum ſubſtantiuum enim apponitur ſubſtantiuo interim duce intel
lectu & uerbo ſeu a mentis ratione ut legere cum ornatu res decora . Equidem aut ſperni de
bet aliquando per uer uerba puta.ut illud homo animal.Re autem iura Epithetum licet ge
neraliter dici poſſit ſupra poſitum uel appoſitum & tamen:Si liceat dici:alia figura. de qua re
inferius.Et fieri ſolet plurimum per adiectiuum.ut Cæſar Magnanimus. appoſitio uero per
ſubſtátiuū.ut Cæſar uir.Si addo clariſſimus epithetū eſt. nec arbitror eſſe figurá huius generis

qnia non eſt uitium.nec eſt a communi remotum. Illud non eſt negandnm patronymica ꝑ
epithetis ponit:ut Fabius dicit:quæ ſine ſubſtantiuo faciūt atonomaſiam.Et nota ꝙ dum ap
ponitur ſubſtantiuum.non obſeruatur numerus uel genus idem Virg.Snnt amineæ uites fir
miſſima uina.Et primo ænæidorum Nymborum in patriam loca fœta furentebus auſtris.&
Plinius ſecundo na.hiſt.caput.xii.teſte Seruio.dixit.Et Gellius uidetur affirmare cū dixit uino
indigena.Secundum multos uero inter quos Priſcianus libro ſexto.figura alleothera uſus eſt.
Et Liuius in primo. Saxo ſilice dixit.Et aduena mancipium dicitur. illud tamen obſeruatur
uerbalia neutris haud apponi.ut bellum uictor. Animal rector. & ſi neutra capiant uerbalia:
Lucanus.Victrices turbæ uictritia tella tulere.Appoſitum eſt igitur tantum in eodem caſu.In
terim autem cauſa fugiendi æquiuocationem quod etiam triuiales regulæ docent ut cauis tel
la.& ex ſignificatione generali compreſſa ut animal homo.interim a proprietate ut poſtquā
illum uira uictor ſpoliauit Achilles.Qui autem dicunt ut Cæſar uir fortis aberrant. ut item de
claratum eſt,

De Euocatione.

Euocatio eſt figura conſtructionis cum pronomini primæ perſonæ apponitur proprium no
men ideſt cum euocatur uis nominis per pronomen: ut ego Lancilotus. In ſecunda autem
perſona:in quo aberrant omnes regule triuiales:non fit hoc genus ſermonis non enim dicitur
tu Lancilotus ſcribis ſed tu Lancilote.quale illud Nate meæ uires mea magna potentia ſolus.
Et popule meus & hoc genus.Ratio figuræ hæc eſt ſic dico Iulius ſcribit poteſt intelligi de
quocunq; Iulio.Si dico ego Iulius ſcribo.abigitur dubitatio.ex qua uitium eſt obſcuritatis.uel
ſi credis Priſciano:dic ut ipſe libro.xiii.ꝙ nemo recte dicit Appollonius ambulo Ariſtophanes
ambulas ideo cauſa fngiendi uicium.additum eſt pronomen per euocationem ego Apoloni'
us ambulo placet prior ſententia. Aliqui tamen & appellatiuum addunt ut ego magiſter. Si
dicis tu præceptor iegis non eſt euocatio ſed de ratione atticiſmi.Si uero ſint pronomina ut il
le ego qui quondam επιθιματικα dicta ut ſuperiore uolumine.Quiddam addunt euocatio
nem quoq; interim eſſe implicitum ubi non ponetur pronomen ſed ſubintelligitur. Quale il
lud quinto ænæidorum.Quæ numera nyſo digna dabis primam merui qui laude coronam.
Intelligitur.n.mihi Nyſo qui merui.

De Figutis loceos ordini accepto a Quintiliano poſt ex aliis. Cap. xv

ETheroſis figura eſt cui diſſimilis eſt Zeugma cum dicitur apud Salu.ea res me fal'
ſum habuit.hoc eſt decepit.

Parentheſis.interpoſitio uel Interclusio eadem dialipſis dū comtinuationi ſermonis
medius aliquis ſenſus interuenit Virg.primo æn.Aenæas:neq; enim patrius conſi
ſtere mentem paſſus amor rapidum ad naues præmittit achatem. Aliam parentheſim poſuit
probns quam in grammaticis figuris dixerimus epentheſim ſed uere aptius ponerem in ſupe
riotibus.tamen a doctis non repudiata non pœniteat dixiſſe ut ille artigraphus quattuor mo
dis fit parentheſis.i.interpoſitio ratione metrica. ut cum inſeritur medietati littera ſyllaba ue
littera hac caſti maneant in relligione nepotes ſyllaba ut Lucretius Indugredi ſceleris quod con
tra ſæqius illa indugredi enim eſt pro ingredi interdum diducta ſyllaba intermiſſæ litteræ. ſyl
labam adiiciunt ut mauortis in antrum. nauita tum ſtellis.hæc ille.Et apud Ennium inquit
baſſus.Certabant urbem Romanam ue uocarent.Omnis cura uiris uter eſſet Imperator.hæc
ille meminit quoq; Cicero'

Apoſtrophi eſt inter colores aliquando tamen iungitnr cum parentheſi ut Virg.eo loco haud
procul inde citæ metium diuerſa quadrigæ dipulerant at tu dictis albane numeres raptabatq;
uiri mendacis uiſcera tellus.

Metautiſis q̄uis & aliter fieri putent Virg.iiii.ænæ. Quid loquor aut ubi ſum coniungitur ali
quando perentheſis.

Epanalepſis Cicero conuerſionem uocat Martianus replicatio eſt optima per quam nō ut an'
te repetimus uerbum ſed ad poſtremum continente reuertimur.hoc modo.poenos.po.ro.ſo
lertia uicit.armis uicit.liberalitate uicit.& illud Horatianum.heu heu fugaces poſt hume poſt
hume labuntur anni.Eſt & altera epanalepſis que dicitur uere & repetitio cum prima uno uer
ſu dictio repetitur ibi proximum. Virgil.te nemus Angitræ uitrea te fucinus unda te liquidi fle
uere lacus.Exemplum prius dat Martianus ex Terentio.Negat hanc ſibi cognatam demipho
hanc demipho negat eſſe cognatam.fit etiam repeticio eodem uerbo in fine ut poteſt in quā
me lumine orbauit pater.Et illud ante etiam ſceptrum dictæi regis & ante.hæc autē locutiōis
dicitur illa uero oratoria uel elocutionis.

Epanodos.i. regreſſio. ut Fabius. aliq putatunt eſſe eandem quam plochin & quam Cicero

traductionem. alii methalogẽ ut illud iphitus & pelias mecũ quorũ iphitus æuo Iam grauior pelias & uulnere tardus ulixi.
Poliptoton.ut Martianus eſt in figuris elocutiõis: eſt ex pluribus caſibus cum ſæpius initium ab eadem parte orationis fuit illa pars declinatõibus aut numeris Immutatur. per caſus ut eſt Senatus iuſſit.Senatui placuit.Senatum certũ eſt recepiſſe a Senatu delectus eſt. Terẽtius iter te ſpes ergo nobis ſita eſt.te ſolũ habemus tu es patronus.tu pater ille tibi moriẽs cõmendauit ſenex.Si deſeris tu nos pereamus.Itẽ alibi.de me cogites me ſperes.de me te obleectes. Itẽ Virg. littora littoribus contraria fluctibus undas Imprecor Arma armis pugnent ipſiq; nepotes.
Metauola:dicit fabius:Coniunctã diuerſitatem cecilius uocat alii hyperbaton,Sed inter tropos ponitur.Et a fabio & adiomede grãmatico.
Plochis eſt frequenter repetitio quãdo primo uerbo longũ poſt interuallum redditum eſt ulti mum.& media primis & mediis ultime congruunt.Cicero ueſtri his factũ deprehenditur pa tres.C.non meum quidẽ ac pulcherimum quidẽ factum.uerũ ut dixi non meum. Sed ueſtrũ Et apud Perſium ſcire tuũ eſt.niſi te ſcire hoc ſciat alter. Virg. Pierides uos hæc facietis maxima gallo gallo citius amor tãtum mihi creſcit in horas.Martianus dixit.plocen.i.copulationẽ. In qua idẽ nomen aut uerbum continue poſitum diuerſa ſignificat ut eſt.Sed tamen ad illam di em memius.ad illud tempus memius.Aliquãdo ploce in tetracordo dicitur diuerſa ſonans ut eodem conſtat in muſicis autore.
Pleonaſmos eſt ſuper abundatis ſuper neceſſitatem oratio.ut cecilio uidetur hoc modo. abiit exceſſit.erupit.euaſit.Si ocyoſa:uitium eſt.Si ubi uehemẽtia congruit oratorium ornamẽtum unde Martianus dixit uerba magnitudinis cumulaſſe.hoc exemplo.Antonius ille.Cum ſuffe cerit nomen dixiſſe.ad amplitudinem addimus ille.Et Cicero pro milone.dedodio:et aſpexit me quidem ille oculis quibus tamen ſolebat cum omnibus minabatur.dicit Quintilianus ge minatio & repetitio & qualis cumq; adiectio pleonaſmos uideri poteſt nec uerba modo ſed ſẽ ſus.quo idem facientibus mutuantur.ut illud.perturbatio iſtum mentis & quædam ſcelerum effuſa calligo & ardentes furiarum faces excitarunt.Et apud Ouidium. Sed graue Nereidum numen Corniger hãmon. Et quæ uiſceribus ueniebat bellua ponti exiſtimanda meis.Quidã plochin hæc eſſe malunt.Sed non probatur quia unius eſt figuræ ſermo. De pleonaſmo dici tur Ariſtocles grãmaticus librum compoſuiſſe recitat Laertius.
Dyalogiſmos dyallagin dixit Fab.dicitur mixta quædã & diuerſum ſignificant.ut: quero ne ab inimicis inueſtigata comperta.patefacta.ſublata.delata.extincta.ſunt inter ſe ſimilia.ſed nõ etiam prioribus uerbis & ſentẽtiis conuenit hæc figura.
Aſintheton uel polyſintheton ut illud tectũq; larẽq; & illud Armaq; amycleũq; canẽ creſſãq; pharetram uel diuerſis arma uirũq; cano.& illud multum ille & terris iactatus & alto. multa quoq; & bello paſſus.Et illud.hic illum uidi iuuenem melibore quot annis.Bis ſenos cui no ſtra dies altaria fumãt.Hic mihi reſponſum primus dedit ille petenti eſt utrũq; eorum coacer uatio.Martianus aũt dicit Aſyntheton.eſt ſolutum & ademptis coniũctionibus quibus uerba & nomina cõnectuntur.Singulatim unam quãq; enũtiamus.ut eſt expecto uim edicti ſeueri tatem prætoris faueo.oratori cupio ſupplico octuplo damnari afranium.
Dialogis.ẽt dicitur ab aliquibus conſumatio.ut Fabius:cum plura argumenta ad unum effe ctum deducũtur.eſt dialogiſmos quoq; collectio.Cum ad exhortationem plura intenduntur ut timebis furem?timebis ſacrilegium? & hoc genus.
Dialogus uero dicitur a Tullio ſermocinatio cum alicui perſonæ ſermo attribuitur & is expo nitur cum ratione dignitatis.affirmat hoc Quintilianus.
Dilogia dicitur a Donato figura utrũq; cõplectitur uel ad utrũq; pertinet.& ad laudem & ad mores oſtendit ambiguũ.ut illud Terentii in eunucho iſti te ignorabãt ſecũdũ uero pedianũ. Dilogia inquit.ii.Verrinarũ.cum ambiguũ dictum duas res ſignificat.
Brachilogia.eadem eſt a latinis breuitas dicta.Cum res ipſis tantũmodo uerbis neceſſariis ex peditur.hoc modo lemnon præteriens cœpit.inde tharſi præſidium reliquit poſt urbem. by thiniam ſuſtulit.impulſus in heleſpontum ſtatim potitur abydo.hæc figura uel ornatum ha bet.paucis comprehenſa breuitas multarum rerum expeditionem ponit.Alio modo apud Fa bium dicitur.i.copulata diſſolutio.
Climax dicitur gradatio uel adiectio aſcenſus dicitur a Martiano repetens que dicta ſunt ante quam ad aliud ſe extendat in prioribus reſiſtit hoc etiam in exornationibus uerborum ponit & præcipue a Cicerone in primo genere ſunt etiam pleraq; ſuperius dicta. hæc eſt quotiens ab eo quo ſenſus ſuperior terminatur inferior incipit ac deinceps quaſi per gradus idem dicen di ſeruatur ut induſtria patit uirtutem uirtus gloriã gloria inimicitias inimicitiæ pericula ſimi

liter exemplum ex græco notiſſimo tranſlatum:nó.n.dixi ſed ne ſcripſi quidem ſed cui perſua
ſu thebas.Similiter láne ponit'fabius.Aphricano uirtutem induſtria uirtus gloria gloria æmu
los comparauit.Et apud ſenecá iuniorem ioue ꝓgnatus eſt:ut perhibent:tantalus ex tantalo
ortus pelops ex pelope ſatus atreus qui noſtrum propagauit genus.apud Maronem torua lee
na lupum ſequitur lupus ipſe capellam te coridon.o.Alexi.

Sinchioſis eſt quæ duas diuerſas res colligit ut tam de eſt auaro quod habet quá quod non ha
bet.huic contraria eſt diuiſio qua duo unum ualere oſtendimus quæ uidentur eſſe diuerſa. exẽ
plo hoc.non demũ ſit is ueneficus qui uitam potione data abſtulit ſed qui mẽtem.

Paradiaſtole.diſtinctio dicitur a Fabio.qua diſſimilis diſcernũt cum te pro aſtuto ſapiẽtẽ appel
les pro confidente fortem.pro illiberali diligẽtem.quod pẽdet ex finitione ideo utrũ ſit figura
dubium eſt.cui contraria eſt ea quæ ex uicino tranſit ad diuerſa aut ſimilia.Horatius breuis.eſſe
laboro obſcurus fio.

Proſonomaſia annominatio ea non uno modo fieri ſolet ſed ex uicinia quadam predicti no
minis ducta caſibus declinabitur et Domitius apher pro cloantilla mulier neq; ũdeq; imperita
in omnibus rerum fœlix.& cum uerbo idem uerbum plus ſignificanter ſubiungitur.ut quan
do homo hoſtis homo.ſed in uno phaſis eſt geminatio.

Paronomaſia eſt ei contrarium quod eodem uerbo quaſi falſum augetur.quæ lex priuans ho
minibus eſſe lex nó uidebatur ubi nota quod a rebus fit hæc figura ut ſuperiore Fabii exẽplo.

Paranomenon unde fit quando per uerba.ut ait Donatus in andria.ut curro nó curro.cui cõ
finis eſt.

Antanaclaſſis eiuſdem uerbi contraria ſignificatio ut cum proculẽius de filio quereretur quod
is mortem ſuam expectaret.imó inquit rogo expectes.& aliter.cum ſupplicio afficiendum di
cas quam ſupplicatione dignum putatis.aliter quoq; uoces aut tandem aut indiuerſa ſignifica
tione ponuntur.ut productione tantum ego non dico furiare furiam.ſimiliter uitam uiuit.fu
gam fugit.factum facit.grates gratias.cornificius hãc traductionem uocauit.quaduplex ratio
eſt.primum quotiens uerbum uerbo aut modo diſſimile ualde queritur. ut puppeſq; tuæ pu
beſq; tuorum Virgilius. primo.æn.ſimiliter ennius o.tite tute tibi tanta tyrane tuliſti hoc uo
cauit doctus Martianus.

Homeoprophoron.ſed alia eſt figura que dicitur a pleriſq;.

Paromeon aut par mihi extremis ſyllabis:ut non uerbis ſed armis.& Illudere pulchrũ eſt quã
tum poſſis in eo experiri ut poſſis cleoſteleus dixit hanc.

Pariſon Martianus æquatum quod opponit Iſſocolo:dici exiſtimat ut inceptio eſt amentium
haud amantium ſecundum ut clauſula ſimiliter cadat. uel iiſdem in ultimã ꝑtem collatis.

Omotoleuton ut non modo ad ſalutem eius extinguendam.ſed etiam gloriam refringendã
aliud exemplum ponitur ab aliis.ut bella horrida bella.ex quibus fere ſunt non tam ut ſemper
ultimis conſonent quæ tricola dicunt.uicit.pudorem libido.rationem audacia.rationem amẽ
tia.ſed inter quater uarias quoq; ire ſequentias hæc ratio poteſt.fit etiã ex ſingulis uerbis ut he
cuba dolet.piget pudetq;.abiit exceſſit erupit euaſit ternum eſt.

Homeoptoton quod non in eoſdem caſus cadit ſed neq; finem habet ſimilem.utiq; in eundẽ
finem uenit.Homotoleuton quia Homeoptoton eſt tantum caſus ſimilis.etiã ſi diſſimilia ſint
quæ declinentur ſed uidentur optima quibus initia ſententiarum & fines conſentiunt. ut hic
ꝑſidio.ſolatio.præſidio.

Iſſocolon ideſt æquatũ ut ſcribit capella.Eſt quartum inmenbris equalibus quod non fit im
pugnantibus inter ſe uerbis ſed paribus exequatis.ut ſi dicas:claſſem ſpecioſiſſimam & robuſtiſ
ſimam uetruxit.exercitum pulcherimum & fortiſſimum legit ſociorum maximam & fideliſſi
mam manum comparauit.Item alterum exẽplum.ſi quantum in agro lociſq; deſertis audaci
tia poteſt:tantum in foro atq; iudiciis impudentia ualeret.Pariſon proprie æquatum hec figu
ra differt a ſuperiore docente Martiano.qui omnia mẽbra paria ſunt genera numero hic uero
uel altero addito in quo uis loco cætera excurrunt.

Paromaſia eſt neminem dari alteri in matrimonium niſi penes quem eſt patrimonium. dicit
Cicero de hac figura.fides grauitas ſeueritas minuitur iis ornationibus frequẽter collatis.& nõ
modo tollitur autoritas dicẽdi.ſed offenditur in eiuſmodi oratione auditor.infert Cicero poſt
multa uerba.ſi raro inſerimus & in cauſa tota uarie diſpergimus cõmode luminibus diſtinctis
uariabimus orationem.hanc lunge ſuperiori.

Antirheton ideſt contra poſitum.uel:ut Martianus:compoſitum excontrariis.Cicero uocat cõ
tentionem.uno modo fit cũ ſingula ſingulis opponuntur.ut uicit pudorem libido. timorem
audatia & bina binis.non noſtri eſt ingenii ueſtri auxilii eſt.& ſententiæ ſentẽtiis.ut dominet

in concionibus iacent in iudiciis. cui commodiſſime ait Quintilianus ſubiungitur ea que diſtinctio dicitur.ꝙ ſit oratoria hæc figura ſignat Perſius. Crimina raſis librat in antithetis doctas poſuiſſe figuras laudatur. Cicero inter dianœas collocat cum in ſententiis ſit.ut te inimicis placabilem amicis te inexorabilem facis.aliud exemplum lugetis iſti rei.p.calamitate lætaturi. eſt igitur differentia.ut colligimus ex Cicerone.inter antitheton lexeos & dianœam quia illud uerbis celeriter relatis conſtat.quale illud apud Lucanum in primo manſit concordia diſcors. hoc ſententiæ contrarie ex comparatione conferantur oportet. In eſt amithetica definitio ut tradit fortunatianus.qua non tantum crimen negatur uerum etiam commodum aliquod afferimus.ut eſt commendatam ſibi chlamydem ab ephebo.defuncto eo in monumentis maiorum eius poſuit accuſatur a patre ephebi ſepulchri uiolati hic dicit ſepulchrum a ſe non tm̄ non eſſe uiolatum uerum ēt eſſe & ornatum.

Antimetabola dicitur qua uerba declinata repetuntur.ut. Non ut edam uiuo ſed ut uiua edo a Cicerone dicta cõmutatio.ut illud poema eſt pictura loqnens.pictura eſt poema tacitum.& quod apud Cicero.conuerſum ut cum munitionem caſus habeat etiam ſimiliter deſinat. ut ſine inuidia culpa plectatur & ſine culpa inuidia puniatur.& eodem clauditur uerbo ut de ſex. roſcio.Et.n.cum artifex eiuſmodi ſit:ut ſolus uideatur dignus qui ſcænam introeat eiuſmodi ſit ut ſolus uideatur dignus qui eo non accedat.

Antipophora obiectio tacitæ reſponſioni non dicitur ſed contrario reſpõſio tacite obiectioni unde Seneca in coloribus antiphoram ſumpſit mentiris.

Aphodou exodon quædam uerborum figuræ paulum figuris ſententiarum declinantur. ut dubitatio. Nam cum eſt in re priore.parti aſſignanda eſt cum in uerbo ſequenti eſt. quale illud ſiue malitiam ſiue ſtultitiam dicere oportet. Item correctionis eadē rõ.Nam quod ille dubitat. hic emendat.etiã in perſonæ fictiõe.ut in Cicero.Saluſtius.Romule Arpinas.Crudelitatis mater eſt auaritia.

Enanthioſis dicitur contrarium. Eſt autem docente Quintiliano ex aduerſo probatio conuenit graui figuræ.Exemplum Cic.eſt.Nam qui ſuis rationibus inimicus fuerit: ſemper eũ quõ alienis rebus fore ſperes?hoc exornationis genus breuibus uerbis & cõtinuatis eſſe debet. hæc ſententiis ornatum præſtat non uerbis.

Anomioſis a rutilio dicta eſt diſſimilitudo:ut Fab.ait:hominum rerum factorũq; ſi latius fiat non eſt figura.Si Auguſtius in antitheton cadit.

Hypallage.eſt ſubmutatio uel ſubuerſio.ut cum dicit poeta dare claſſibus auſtros.i. dare claſſes auſtris.rectius dicitur hypallage ſubalternatio hypallato.n.ſubuerto.

Apollogice.eſt ad propoſitum ſubiecta ratio:ut rutilius dixit referente Quintiliano.mihi uidetur potius exornatio ut multa aliaq̄ ſchẽma lexeos.

Proſopodoſis dicitur a Cicerone ſubiecto longiore exẽplo.ab aliquibus hoc eſt exẽplũ præſtat nemini imperare q̄ alieni ſeruire.ſiue.n.illo uiuere honeſte licet. Cum hoc uiuendi nulla conditio eſt.Statim.n.ut ait Quintilianus. Subditur ratio. uel etiam quãdo uni rei multiplex rõ ſubdit̃. Virg.in georg.primo. Siue inde occultas uires & pabula terræ pinguia concipiũt. ſiue illis omne per ignem excoquitur uitium & totus ille locus.ſeu plures calor ille uias &c.ſeu durat magis &c.ſed hoc uera intuenti magis eſt exornatio.q̄ lexeos.

Paronomaſia ut Martianus.eſt immutatio uerbi ac nominis.i.cum ſyllaba aut littera mutata ut ſi dicas prætor uel potius predo.iunge ſuperioribus.

Paropodoſis uero magis ē lexeos ut dicit Martianus redditio orationis.i. cum nomẽ in poſtrema parte membri aut eodẽ quæcũq; pars orationis redditur ex quodam mẽbrum cœpit. ut ſi dicas publica tibi ĩputare debet res publica.

Periphraſis inter tropos eſt cum haber decorem qui ſi in uitium excidit perſologia dicitur. ut obſtat inquit quod non aduiuat. Autor Fabius.quod uero dicunt aliqui eſſe periphraſin decoram illud plurimum.ut unam faciam litteram longam.i.ut me ſuſpendam probo equidem littera uero longa.quod Papyrianus adnotauit.Eſt.L.Nam funis pendens a iugo cum homine ſuſpenſo per collum & pedes.l.litteram uidetur facere quod aliqui dicant.T. quia pendẽs corda a iugo uidentur facere.t.mihi uidetur delirum ratione(ut proponit Papyrianus) pedũ.

Figuræ lexeos ex Diomede.Donato. Martiano & aliis. Caput. xvi.

ANaphora ea ē repetitio poſita a.C.iter exornatiões uidet̃ ea q̄ dr̃ a Ma.Epanaphora .i.uerbi eiuſdẽ uel ſimilis repetitio p plura pricipia q̄le ē.uobis iſtud attribuẽdũ ē nos

bis gratia habenda.uobis res iſta erit honeri.hæc exornatio multum maieſtatis habetur tũ grauitatis & acrimoniæ.plurimum eſt quod ad exaugendam orationem.Virgilius nate meæ uires mea magna potẽtia ſolus.nate panis ſũmi qui tela riphoeia temnis.epanes horam dixit ut illud terentii dies noteſq; me ames.me deſuleres me ſomnies.me expectes.Martianus relationẽ dixit quotiens per ſingula uerba eadem pars orationis repetitur hoc modo. uerres calumniatores opponebat nerres de cauſa cognoſcebat.uerres pronuntiabat . hoc uero differt ab.
Q Vorum exempla coruo albo rariora ſunt ego ſemper uocabula opinatus ſum barbara & latinitati damnoſa qualia ſunt multotiens pluries teriga & ſimilia & cordolium quibꝫ nec Cicero nec Quintilianus Liuius Saluſtiuſq; uſi ſunt qui florido genere luxuriatur Plinius. Rimanti igitur mihi an alii iſtis fuerint uſi uocabulis ut uera feram nullum memini legiſſe uetum ubi octauo libro impoſuiſſent finis interlegendum occurrit qđ Sene.in lib.de breuitate uitæ.Scribit ad alienū gradiūtur uiaticū & multotiēs tāta li more inter opes & copias poſiti.Si qs me iudice certet Senecā quidē autorē maximū hēbit ſed hac uoce tū nō utet' ſicut nec pluries treriga cordoliū & multa alia inter ineptias triuiales numerata reſpuet ſicut angonizare & marxutizare.Cordoliū dixerit Piau.in Ciſtellaria At mihi cordoliū eſt unde eſt tibi cordoliū.hoc ego antiquariis relinquo.Quod rubeū dicit' nō iprobo nec ꝓbo tū dixerit Gel.lib.ii.cap.xxvi.ruffus.n. color & rubor nihil a uocabulo rubei differūt & utbāus ſup illo uerſu Et facilis rubea theatur fiſcica uirga inqt color.n. mōſtrat flexibilitatē & Pli.pixit uenā rubenē q̄ ſcindatur & uimineā purpureā.Plin.quoq;.viiii.Sanguineis nugis dixit Nō ignoro inquit aliquos a rubi oppido dicere qđ analogia reprobat nā a delphi phoꝝ delphicus ita a rubi borū rubicus & uerſus nullo indicio improbaſſet & facilis rubica cexatur fiſcina uirga uſus quoq; ea uoce palladius. Ruſſeus color & ruffus dr̄ ſi palladium ſequimur licet ſecundū aliquos inter nō ad modū politos ſcriptores ut uegetius palladius inter ꝑcipuos colores equorū ponit ruſſeū iis uerbis colores ii precipue badius aureus albineus ruſſeus mureus.Ceruinus gliuus ſcritulatus albus guttatus candidiſſimus niger pſſus & inter tales ſcriptores flauius uopiſcus tunicas ducales ruſſas quattuor pallia ꝓ conſularia duo poſuit Antiquū putatur eo uerſu putatur catulli.alegantiū dentē atq; ruſſam defricare gingiuam . ut quo ille ueſter expeditior dens unde roſſatus tunica ruſſa indutus non ab redici pōt in quem ſenſum alias dici contendu illud parte alia ſolum ruſſati pone lacertæ ſcribit.n.plutarchus colore rubro fuiſſe uſos militiæ qđ ſignaret uulnera & ſanguinē bello an eſt tale q̄le illud praſſini aunge & uenetiani coloris.ut meminimus q̄ ſuperioribus ut ſit factionū color ſed hæc alias circa curā ſermōis uerſant' clarius i libris noſtiū romanaꝝ quos cōpoſuimus i qbꝫ iuditia Quin. neotericorū.

Plura quæ reputata non latina cū ſint eruditorum lectione probata & locus aliquibꝫ reprehenſionibus reſpondens. Caput. xliiii.

E Leuo as.pro eo quod eſt extollo inter ignota numerantur legere debuerāt Plautū qui ait enpedum lapidē hunc atq; eleua Varro in.iii.de age. cubilia diſcreta eſt oro eleuata quo neq; ſerpēs nec beſtia ulla accedere poſſet Cicero.viii. leuatūq; corpus eius dorſo ſuo imponere.Quint.xi. Quid ꝙ eadem uerba mutata pronūtiatione radimur affirmāt exprobāt negāt mirātur iudicātur interrogāt undēt eleuāt Curtius de Ale

xandro Alexander leuato corpore in cubile epiſtolam a parmenione miſſam ſiniſtra manu te-
nens accepit & alio in loco quam manu alleuans rex non erudi inquit Sene. epi.lxxiii.habet
aliquis bonã uoluntatẽ habet profecto ſed cui multũ deſit a ſummo hic deprimitur alienis &
extollitur Immo incælo eleuatur mõ deſertur ad terrã leuare quoq; Statius theb.xi. aut uictã
ſupra ad cõnexa leuari Inarimem & nam ue putes Lucanus in primo dum terra fretũ terráq;
leuabit aer. Alleuare quoq; Suet.in nerone per deuexũ pulpitũ ſubeũtem admiſit ad genua al-
leuatũq; dextra exoſculatus eſt iterare & duplicare pædagogus naudfecit Liuius ad Ciceronem
non intelliges duplicari ſollicitudines quas eleuare tua prudentia poſtulabat Cic. in tuſc. Iterã
dum pædagogi mediocritatem dicentibus illudũt. Quint x. Quod ſi etiã mediocritas parẽtis
conuenit item facilitatem ſaperdæ rident apud eundem nam conſuetudo & exercitatio facili
tatem maxime parit & inferius dicit uerborum facilitas. Terent. in adel .Incepta leuitas patris
facilitas cõpater dicitur a ſeneca in breuitate uitæ druſum germani cõpatrem uulgarius.a.um.
quoq; dici Gel. ſignificat non triuiale ſic.n.li. iii.i q̃ re uſus ẽ uerbo nõ uulgariæ ſignificatiõis.
dicet alius mẽda eſt.

Fidelis tergum. Caput. xlv.

Quidam grãmatici tradunt fidum amicũ fidelem ſeruum dici ſed quid dicit ad illd' Ciceronis ad Atti.v. Nobis iu hac informitate exercitus inopia ſotiorum præſertim fi-
delium certiſſimũ ſubſidiũ eſt hyems. Errorq; manifeſte eſt illud qd' inquit quoq;
caper terga hominis tergora beſtiarũ nam uera eſt differentia terga hominũ & bru
torũ & aliarũ rerũ dici tergora brutorũ & inaiatorũ tantũ Virg.in moreto ducati ſale terga ſuis
Iuuenalis ſcriptus & in tergo nec dũ finitus oreſtes. Vir. primo æn. Taurino quantũ poſſent
Circum dare tergo in & tergum pro ſcuto q; corio tergerent ſcuta Virgi. Et tergo decutit ha-
ſtas maxime aũt Lucani populi autore Saluſtio de uimine facta ſcuta coriis tergebant. de quo
mezentii & exceptus tergo aſſueta locauit mẽbra: Ouidiana Hypſiphile aurea phryxeæ terga
reuulſit ouis. ſecundo faſtorũ Nõq; lytã queret medii quoq; leonis quid q; & aliorũ rerũ terga
legimus Lucanus.v. niger inficit horror terga maris. tergus quoq; pro cute membris ſicut celi
ſus.vii. deinde uncta pubem in orbem tergus incidit incidit'. loquitur de tegenda glande colis
ſi nuda eſt. nõ de brutis ſed de hoĩe & inferius atq; in ſuperius tergus relaxãs cedere retro põt.
mox ait duritiẽ tergoris & poſt balis in tergo extremo ſit ex quibꝰ uidet' utrũq; ꝓ cute põere.

Salarium. Caput. xlvi.

Salarium uocabulum. Saperdis obſcœnũ leguleis uſitatiſſimũ ponit' a Pli.& Suet.
& Plinius Iunior ad Corneliũ cũ mihi ꝓuntiã quæſtor exiſſet ſcribáq; q ſorte ob-
tigerat ante legitimũ tp̃s ſalarii amiſiſſet qd' acceperat daturus intellexit & ſtatuit
ſubſidere Pli.xxxi. de ſale honoribus ẽt militiæ interponuntur Salariis inde dictis
& Martialis.iii. Iam ſalarium dandum eſt.

Poſſibilis formalis ex tpalis. Normalis ſpetialis generalis Caput: xlvii.

Non ſatis fuit iſtis indicẽ oſtendere aduerbiorum Noia exoptant & alia quædã dãnãti-
bus in ſpicilegio tradũtur Quintil.lib.iii. melius igitur qui tertiam partem dixerunt
δυνατόν Quod noſtri poſſibile noĩant quæ ut dura uideatur appellatio tñ ſola ẽ
alibi nõ.n.longũ tñ Sed ẽt impoſſibile aut potius infinitũ & alibi impoſſibilia ag-
grediũtur ꝓ affectis Apuleius quoq; i Apologia ait Nihil affert impoſſibile hoc tñ apud Cic.
non memini me legere Ex temporalẽ ponit Plinius in epiſtolis ad cerealem & conſentaneus
& illud Quintil. ponitur formalis a Suetonio in Domitiano Pari arrogantia cũ procuratorum
ſuorum noĩe formalẽ dictaret epiſtolam ſic cœpit. Quintil. Vt quaſi normalẽ illũ augulũ faciat &
alibi oĩs generalis queſtio ſpetiali potẽtior & alibi in omni aũt ſpetiali utiq; ineſt generalis hoc
quoq; uocabulo frequenter Seneca & in epiſt. Lviii. Properat ad Spicilegium liber lõ per-
currimus non ſcribimus. collecta ut meſe iam uenire ſit ad ipſa horrea.

Malitioſitas.& malitia.uirtus. Caput xlviii.

Malitioſitas uerbũ eſt Ciceronianũ Nã cum in.iiii. Tuſc. diffiniſſet uirtutẽ ſic uirtus ẽ
affectio animi conſtans conueniensq; laudabiles efficiens eos in quibus & ipſum ꝑ
ſe ſua ſponte ſeperata ẽt utilitate laudabilis ex ea ꝓficiſcunt' honeſtæ uoluptates ſen
tentiæ omniſq; recta tõ q̃ q̃ ipſa uirtus breuiſſime recta rõ dici põt. Subiũxit tulius
uirtutis cõtraria eſt uitioſitas ſic.n. malo q̃ malitiã quã.g. κακίαν. uocant Nã malitia cuiuſdã
uitii notũ uitioſitas oĩum. Terent. Sæpe ius ſummum ſumma malitia eſt.

De Accentibus Caput. xlviiii.

in dicēdo quidā carminis obſcurior pala mon dicit animāuocis Martianus ait quidā putarūt animam uocis & ſeminariū muſices. ueteres docti ut dicit Gellius quas .g. προσῳδίας.i. accentus dicunt eas ueteres docti tam notas uocum tum moderamenta tum accentiunculas tū uoculationes appelabāt. Diomedes ait ſicut nulla nox ſine uocali ita ſine accentu nulla eſt. Priſ. inquit accentus eſt certa lex ad eleuandam & deprimendā ſyllabā unius cuiuſq paraculæ ora tionis quod fit ad ſimilitudinem elementorū litterarum.

De Accentibus latinis quare minus ſuaues græcis et inibi de opinionibus in accentuum ꝓlatione. Caput. .I.

EX Fabii .xii Accentus quoq cū rigore quodā uim ſimilitudine ipſa minus ſuaues ha bemus quia ultima ſyllaba nec acuta unq̄ excitatur nec flexa circūducitˀ ſed in gra uem uel in duas graues cadit ſemper. itaq græcus tanto latino iucundior ut noſtri poetæ quod dulce carmen eſſe uoluerunt illorū nominibus exornent. Quidā uolūt omnes dictiones quidam ſingulas ſyllabas hēre accentus hoc declarat Diomedes dicens accen tus dictus eſt ab accanendo ꝙ ſit quaſi cuiuſq ſyllabæ quidā cātus apud græcos ꝓſodia dicitur accentus quidā faſtigia uocauerūt ꝙ capitibus litterarū ponerentur alii tenores alii ſonos appel lant non nulli cacumina rettinere uoluerunt.

De Vocibus quo accentu ex Q. uintiliano. Caput. .II.

SI Vox habet tres ſyllabas media ſi longa eſt aut acuta aut flexa erit breuis uero gra uē habebit ſuū ideo poſita ab ultima tertiā acuet eſt aūt in omni uoce utiq acuta ſed nō plus ūa in diſſyllabis acuta eſt prior neq poteſt eadem eſſe & flexa & acuta monoſyllaba ſūt acuta. illud tū accipiatˀ ſonos litterarū a q̄libet aure exigi nō hercle magis q̄ neruorū.

De Numero accentuum. Caput. .III.

PRiſcianus decem ponit accentus Diomedes tres. ubi nota ꝙ accentus ꝓprie uel na turaliter triplex eſt ut Cicero in pfecto oratore ſed accidentia ipſius aliquādo ex ipſa ſcriptione fiunt p notā ꝓ quorū cognitione quæ ſūt adnotationes Priſc. appellat ac centus & alii Inter quos etiā h accentus lege dixerunt alii inter quos caper & plotius articulos dixerunt accentuū catiſius uero dixit tres accentus & alii inter quos etiam ſunt q dixe runt tres accentus in una dictione Seruari poſſe ſed in pluriū dictionū copulatione dū fit ꝓnun tiatio opus eſſe pro re accentus adminicula ego hæc puto dicta a Pri. accentus. cleomacus nō accentus ſed cōcentus .i. harmonias in uocū cōpoſitione fieri. tres ſunt accentus principales acu tus grauis ē qui ex duobus frictus circūflexus acutus ideo inuentus qui acuat ſiue eleuet ſylla bam ideo in correptis ſemper eſt interdū productis ſyllabis uerſatur. Grauis ideo qui deprimat ac deponat. per ſe ut Diomedis ait nūq̄ cōſiſtere in ullo uerbo poteſt ſed in iis in quibus in fle xus eſt aut acutus id uero declarat Priſcianus. ponitur grauis cum acuto uel circumflexo in ea dē dictione ſed non in eadē ſyllaba. circūflexus ꝙ deprimat atq acuat uerſatur in iis quæ pro ducūtur. acutus notatur Sic Nota per obliquū aſcēdens a ſineſtra indextram partem deſcen dens circūflexus ē nota de acuta & graui facta Sic alii Sic ſeptē ſūt accentus ſeu notæ uel contentus peter antedictos lōga linea eſt nota a ſiniſtra in dextram partem equaliter ducta Secundus eſt breuis uirgula nota iacens ſimiliter ſed panda ſicut pars inferior circuli Tertius iphen eſt uirgula ſubiecta uerſui circūflexa hoc modo. V. qua duo uerba cum res egigit copula mus ut ante malorū. diaſtole huic contraria quarto ponitur & hac nota male cohærentia diſcernuntur ut illud ſecundo æn. tū danai gemitu atq ereptæ uirginis ira & alio exemplo ꝓ cubuit uiridiq eſt littore conſpicitur ſuſ. apoſtrophos qnto eſt circuli altera pars dextra ſed ad ſūmā litterā appoſita q̄ ita fit hac nota oſtēdimus parti deeſſe ultimā uocalem orōis cuius cōſonās remanet ut Virg. omnipotens genitor tantonˀ me cremine dignū duxiſtiˀ Terent. ade on adeumˀ ideo hæc nota dī apoſtropha quia ut plurimū in directionibus ad aliū fit daſeam vi. locus habet ap̄ latinos de tracta uocali uel addita aſpiratione ſignificat daſea dicitˀ flatilis no tatur hac figura ſeptimo pſile eſt ſiccitas uel exilitas uocis ſic notata reperitur

Notabile De accentibus et inibi de diuiſione accentuum. Caput. .IIII.

QVeſitū an ſit neceſſaria accētuū obſeruatio in ꝓnūtiādo reſpōde ex autoribus Cicer. & Quintil. Pli. in ꝓnūtiādo (ſi doctrinā ꝓfemmus) ſeruādi ſūt amuſſim accētus nō itē in ſcribēdo niſi dubiis neceſſariiſq ē. n. ut dicat Pli. apices quoſq ſcrupuloſe ob ſeruatiōis ꝓnūtiare diſerti ſicut ſyllabarū tēpora ſine nouis accipimus & ſuā habēt ꝓ nuntiationem ita plane accentus.

Accētus diuidūtˀ in tenores tēpora ſpiritus & paſſiones. tenores ſunt tres grauis acutus circum flexus quibus utimur ī dictionibus tēpora ſūt duo lōgū & breue eſt autem tēpus ut ait Herod. moræ ī diuiſibilis ꝓnūtiatione obſeruata iis aūt accentibus utebātˀ antiq latini & .g. in dictionis

ueluti ſignis declamantes longum & breue quod ut ſcrupuloſum deſitum eſt ut ex Plinio reci tatum eſt. Spiritus ſunt quibꝫ utimur in uocabulis & diphtongis ii ſunt daſea & pſile omnis enim dictio a uocali incipiens uel pſilem habet uel aſpiratur quod quando & quomodo fiat ſcrupuloſius græci obſeruauerunt ut tripho antiquus ſcriptor & georgius cheroboſius recenti or oſtendunt paſſiones uero accentuum dicuntur apoſtrophe hiphen hippodiaſtole .i. ſubdi ſtinctione qua græci utuntur in diſtinctionibus coniunctarum dictionum ut quodcũq; qđq; & in interrogationibus cum puncto ut tu hæc dicis? licet correpto modo paſſim obſeruetur de quibus ſingulis dicemus ubi de locis accentuum & quæ res conturbat accentuum regulas & corrumpit quoniam de ratione tenoris uidetur propoſuerim.

De locis Accentuum. Caput: Liiii.

IN hoc concordari ſunt Diomedes Priſcianuſq; ꝙ in græcis dictiõibus accentus acu tus poteſt habere tria loca ultimum penultimum ante penltimum obſeruat unus accentus integris dictionibus ut romanus hyſpanus in compoſitis item ut malę ſa ius interea loci circũflexus quot quot ſyllabarum ſunt dictiones nõ tenebit niſi pe nultimum. Sed in peregrinis uerbis & barbaris nominibus & interiectiõibus nulli ſunt accẽ tus ideoq; in poteſtate uniuſcuiuſq; conſiſtũt ut quod neceſſarium iudicat ſic in metro ponat.

Quæ res conturbat accentuum regulas & corrũpit accentus. Cap. lv.

TRia habemus quibus regulæ accentuum conturbantur diſtinguendi ratio pronũti andi ambiguitas atq; neceſſitas ſed qualiter hæc fiant attendẽda eſt imitatio. Ratio diſtinguendi conturbat ſepe legem accentuum dum ſi quis pronũtians dicat pone ergo uel quia quod apud latinos in ultima ſyllaba niſi diſcretionis cauſa poni non poteſt accentus & hoc eſt quod dicimus pone ergo. Ideo non computetur eſſe uerbum imper ratiui Virgilius in. vi. Illius ergo uenimus. Secundo ambiguitas pronunciandi ſæpe legem ac centuum perturbat ut ſi quis dicat interea loci qui neſcit unum dicat interea loci duas ne ptes an unam quod ſi una unice pronũtiandum ſub uno accentu ne ambiguitatẽ ſermonis faciat. Tertio neceſſitas pronũtiatoris regulam corrũpit ut pote ſi quis dicat doctus & in pronũtian do addatq; coniũctionem & dicat doctuſq; ecce in pronuntiatione mutauit accentum. Quia non in ſecunda ſed in prima debuit habere accentum ſciendum tamen eſt ut docet Martiãus Capella tres accentus poſſe in uno nomine eſſe ut argiletum.

Tres ſunt ſyllabæ quibus corrumpũtur accentus uidelicet que ne ue ut exemplo eſt itaq; quã doq; & quando aduerbium temporis uno modo & ſi coniũctio quoniam alio modo pronũ tiatur item ue ut ne te franciſcus inuaſit fatie ne occulos cõceſſit ea ratione dicuntur encleticæ .i. inclinatiuæ eo ꝙ inclinant accentum præcedentis ſyllabe.

De tenore primo de monoſyllabis. Caput. lvii.

TEſte Priſciano & Diomede omnis uox monoſyllaba quid ſignificans ſi naturaliter breuis eſt acuitur ut mel fel. Et ſi in compoſitione longa fuerit acutum tenorem habebit ut ars pars pix pax ſi fuerit longa natura flectetur ut ſpes flos ſol mens fõs lis hunc ordinem Martianus quoq; non improbauit.

De Diſſyllabis. Caput. lvii.

OMnis diſſyllaba priorem ſyllabam aut acuit aut flectit acute cum breuis. eſt utraq; ut citus. locus. erat uel cum utraq; eſt longa ut ſolers uel alterutra poſitione longa uel natura ut põtus poſterior ut cohors acuitur ſi uero ſyllaba natura fuerit longa ſequens breuis flectitur prior ut luna roma in diſſyllaba nulla lõga inuenit grauis.

De triſſyllabis & tetraſyllabis. Caput. lviii.

IN triſyllabis & tetraſyllabis & deinceps ſecunda ab ultima ſemper obſeruanda ſit

PRonomina que duplici modo declinantur.i. aut producunt aut corripiunt mediā
ſyllabam genitiuo caſu ut ipſius illius ſi longe erunt mediæ primæ graues fient ſecū
de inflexe primæ acutæ ſunt cum mediæ breues ſyllabarum cognitio huic loco eēt
applicanda ſed a uiris doctiſſimis elaborata antiquos prætereo quos habemus ſunt
omni bonus Sypontinus Mataratius Sulpitius atq; alii cōplures qui in ſyllabis pedibuſq; ela
borarunt metricis.

De Spiritibus accentuum. Caput. lx.

SPiritus accentuum duo ſunt ut ex triphōe græco didicimus denſus & leuis ubi no
ta qui obliqui retinent ſpiritus recti & omnes uoces uerbi retinēt ſpiritum primæ
poſitionis.ſ. uocis præſentis primæ ii aūt ſpiritus ut dixit theophilus uanas modu
lationes efficiunt unde eſt ꝙ una lingua iucundior eſt alia durior.

De Dictionum paſſionibus Caput. lxi.

DIctionum paſſiones eodem autore in duo generaliſſime diuiduntur quantitatem
& qualitatem quantitatis ſpecies ſunt defectus & ſuperabundantia qualitas uero
tranſpoſitio in ſumma autem paſſiones ſunt quinq; ſuperabundātia defectus trāſ
poſitio trauſſumptio ſectio hæc g. pleonaſmos endia metathesis metalepſis theme
ſis pleonaſmi ſunt apud græcos nouem additio geminatio productio epictaſis diuiſio inter
poſitio diaplaſmos parentheſis proſchematiſmos ſed impigentiæ ſpecies nouem aphereſis ar
ſis ſyſtole ſyncopa ſinalyphe ellipſis parelipſis ecclipſis apocopa aduerſantur igitur altera alteri
ut additio aphereſi geminatio arſi. productō ſyſtole ſyncope ſinalyphe epectaſis ſyncope diui
ſio ſynaliphe. Interpoſitio ellipſi diaplaſmos paralepſi parētheſis ectlipſi proſchematiſmos apo
cope ex iis quas paſſiones ſpirituum ueriſſime dicunt græci docti latinorum metaplaſmos fe
cere & rationem barbariſmi peculiarem. quo eruditi utuntur de quibus omnibus diligenter ti
manti diximus in figuris ſed non proſchematiſmos dicitur a triphone quod ab omnibus pa
ragoge ſic epentheſis diaplaſiaſmos.

De Arſi & Theſi. Caput. lxii.

THeſis dicitur triplex. Oratoria Poetica muſica. Oratoria theſis eſt Cicerone autore in
Bruto queſtio propriis compoſitiōibus & perſonis ad uniuerſi generis definitionē
ad orationem traducta appellatam theſim ſignat Seneca. dicens declamabat autē
Cicero non quales nunc controuerſias dicimus nec tales quidem quales ante Cice
ronem dicebant quas theſis uocabant Quintilianus ſecundo. Si rhetor prima offitia operis ſui
non recuſat a narrationibus ſtatim & laudandi uituperandiq; opuſculis cura eius deſideratur
An ignoramus antiquis hoc fuiſſe ad augendam eloquentiam genus exercitationis ut theſis
dicerent & cōmunes locos & cætera circa complexum rerum perſonarūq; quibꝫ ueræ fictæq;
controuerſiæ continentur hæc ille. loci cōmunes duobus modis accipiuntur locus cōmunis in
terdum eſt oratio amplificatiua bonorum malorum ue quæ alicui ineſſe dicuntur ideo cōmu
nis dictus ꝙ ſit cōmunis omnibus qui iiſdem bonis maliſue præditi ſint huiuſmodi uero lo
cos Fabius & Cicero in uitia dum taxat directos eſſe putant alii uero ut aphronius ad uirtutes
quoq; referri putant Interdum locus cōmunis dicitur queſtio generalis tractata affirmatiue &
negatiue ut teſtibus credendum eſſe uel non credendum eſt ideo cōmunis dictus locus quia
affirmanti & neganti cōmunis ſit grāmatici theſim dicunt ſonum aut tenorem in ſpeculatōe
poeticarum rerum dum ſtudēt ab aliqua parte pandere uiam metri ſic.n. ait Priſcianus in una
quaq; orationis parte ſunt arſis & theſis.i. leuatio & poſitio ut Martianus non in ordine ſylla
barum ſed pronuntiatione uelut in hac uoce natura quando dico nam eleuatur uox & eſt the
ſis de tu. Quantum uero ſuſpenditur aut ait Terentianus per arſim tantum deprimitur per
theſim ſed ipſa uox quæ per dictiones formatur donec accentus perficiatur in arſim deputat
quæ autem poſt accentum ſequitur in theſim Martianus poetam ſuppoſuit muſicæ aſſerens
arſim & theſim eſſe partes pedis propterea Terentianus ait latius tractant magiſtri Rhythmi
ci uel muſici, theſis aliquando apud græcos dicitur ſub abſurda opinio alicuius eorum qui in
philoſophia habentur ut anthiſtenis contradictionem non eſſe neoterici p̄hi poſitionem uo
cant interdum pro ſitu ponitur loci theſis aliquando eſt diſceptatio alicuius rei ſine circūſtātiis
quæ a nobis queſtio appellatur quales ſunt hæ utrum ducenda ſit uxor utrum nauigandum
utrum ſit adminiſtranda res. p. hæc ſignificat Cicero in topicis cum ſic ait Queſtionum duo
ſunt genera alterum infinitum alterum definitum definitum uero eſt quod hypotheſim .g.
nos cauſam infinitum quod theſim illi appellant nos propoſitum poſſumus nominare.

De modo antiquo ſcribendi litteras uel epiſtolas. Caput. lxiii.

CVrioſis hoc tradetur antea conſules & magnates tranſuerſa carta ſcribebãt ſeu mittebant epiſtolas ita ſcriptas teſtatur Suetonius in primo Cæſare Cæſar uero ad paginas & formam memorialis libelli reduxit.i.recta charta & pluribus cartis relicto ſpatio ut poſſet aliquis memoriam in margine ponere hoc autem fit aliquando per notas aliquando per diſtinctiores dimidiatas de quare & forma Papyrianus iis uerbis ait. Ortographiam & expeditam ſcriptionem ſuo ordine fraudarunt notarii & qui memorialiũ libellorum non modo ſed operum maximorum margines ita notis & mutilatis dictionibus fecerunt ut memoria quadam quæ in libro uiſa ſunt ſtatim poſſent accipere ſeu etiam emendãtes litteras uerius q̃ litteras fecerunt uel ꝙ narratione non contenti plurima addiderunt. Adeo ut opiſtographos minutiſſimis trãſuerſa carta dicas litteris ſcriptos. hæc ille unde Quintiliãus ubi de memoria agit conſulit oratori ne libellum reſpitiat uitioſum.i. ut ego opinor memorialem quod libertatem negligentiæ facit ergo ſi recte intuemur patet illud Iuuenalis plena iñ margine libri. Qđ uero Martialis ait ſcribit in aduerſa patens epigramam carta & dolet aduerſo ꝙ facit illa deo ſcõma habet poetæ irridentis eum qui carmina ſcriberet nulla gratia pauper nam cum uellet ſcribere more uirorum magnorum ut uideretur ipſe quoqꝫ non uilis docebat quod nihil proficeret quia mala erant nam aduerſo deo mala ſunt omnia ut ſocratem dixiſſe accipimus aduerſa quoqꝫ merula dixit pro tranſuerſa.

De punctis quos antiqui dixere diſcretiones & prio de ꝓnũtiatione. Ca. lxſiii.

PRonuntiatio aliter erudito aliter oratori uel eloquenti. de oratoria pronuntiatione q̃ benedicendo ad perſuadendum accõmodata. Non eſt grãmatici in hoc loco ſed qđ humanitatis profeſſor pronuntiatio Plinio Diomedeqꝫ ſcribentibus eſt ſcripturarũ ſecundum perſonas accõmoda dictionis ſimilitudo cum aut ſenis temperamẽtum aut iuuenis proteruitas aut fœmine infirmitas aut qualitas cuiuſqꝫ perſonæ oſtendenda eſt & mores cuiuſqꝫ habitudinis exprimẽdi. De hoc Horatius in arte triſtia mœſtum uultum uerba docent iratum plena minarum redentem laſciua hæc autem pronuntiatio ſuos habet in reſpirando motus quos docti puncta dixere alii diſcretiones quia diſcernũt cõmata cola periodoſqꝫ per uoces a uoce in qua re eſt notandum quod ait in perfecto oratore Cicero omnis oratio periodum habet.i. circuitum uel ut noſtri ambitum tum circuitum tum cõprehenſionem aut cõminuationem aut circũſcriptionem eſt autem comprehenſio (ut Ciceronem ſequuntur) perfecta ex duobus mẽbris eorum uero alterum eſt cõma.i. ſectio alterum colon.i. mẽbrum cõma a Diomede dicitur diſcretio ſed alter eſt cõma grãmaticum aliud oratorium aliud poeticum cõma grãmaticum uerbis conuenit oratorio ad latinitatẽ ſed præter uerba ineſt oratorio quædam uis exẽpla cõmatis ponit Cicero. Domus tibi deerat at habebas pecuniam ſuperabat at egebas hæc inciſa dicta ſunt quattuor. Alio modo poetæ qui ſectionibus quæ libris inſunt ſingulis quaſi per capita ponunt exemplum eſt illđ Lucani uel alterius pro eo continuo nunquã direxi carmine ductu quæ tractim ſerpant plus mihi cõma placet. Similiter đ mẽbro dicimus Cicero ſic ait Inciſim & mẽbratim ordo in ueris cauſis plurimum ualet maximeqꝫ in iis locis cum aut arguas aut refellas ut noſtra in cornelia ſecunda o calidos homines. o rem excogitatã o ingenia metuenda. Mẽbratim adhuc deinde inciſim rurſus mẽbratim teſtis dicere uolimus. Extrema ſequitur cõprehenſio. Sed ex duobus mẽbris quia non poteſt eſſe breuior quæ q̃ſi numerum fefellit ita nos eſſe facturos nec eſt ullum dicendi genus aut melius aut fortius binis aut ternis ferre uerbis non nũq̃ ſingulis paulo alias pluribus inter quas uariis clauſulis ſe interponit numeroſa comprehenſio hæc Cicero. Diſcretio eſt diuerſarum confuſarum ſignificationum pro plana ſignificatio quæ oſtenditur modis quinqꝫ continuatione ſeparatione lectione diſtinctione ſubdiſtinctione uel mora continuatio eſt rerum contexta dictio ut

tes grãmatici dixerunt diſtinctio appoſitio puncti notæ finiti ſenſus uel pendens mora. Quæ
locis ponitur tribus ſummo cum ſenſum terminat. & uocatur finalis a nobis a græcis τελεια
media cum reſpirandi ſpatium dat quod a latinis medium a græcis μέσον At cum lectiõis
interruptum tenorem aliud adhuc illatura ſuſpendit uocatur a græcis ὑποστιγμή . a noſtris
ſubdinſtrctio ab aliquibus ſubpunctum. Principalis ſilentii nota eſt cum ſenſu terminata eſt
ubi liberum eſt ceſſare, prolixi itaq; utentur ut eſt numina nulla præmunt mortali urgemur
ab hoſte & huius nota ſupra uerſum ad caput litteræ poſitum. Diſtinguere autem oportet an
te ſimilitudines quas .g. parabolas uocant ante redditus antapodoſis & ſi quando de perſona
ad perſonam fit tranſitus & ante autem quæ eſt coniunctio ſi quidem non ex abundanti po
nitur & ante uocatiuum caſum & ante ſed & ante quoniam & ante tunc ceſſante reddita ſed
propoſitis ſuperioribus & ante interrogatiua ut quis deus o muſa? Quis uobis extulit artem?
Vnde noua ingreſſus hominum experientia cœpit? hinc enim oportet diſtinguere & ſic infer
re. Paſtor Ariſtæus fugiens peneia tempe & poſt inuocatiuũ ut muſa mihi cauſas memora?
Subdiſtinctio eſt ſilentii nota legittimi qua pronuntiationis terminus ſenſu manente ita ſu
ſpenditur ut ſtatim id quod ſequitur ſuccedere debeamus. huius autem punctus eſt ſub uerſu
poſitum me duce Dardanius ſpartum expugnauit adulter. aut ego tela dedi. fouiq; cupidine
bella. non. n. ut diſtinctione ſilentium interpoſitum tacere permiſit ut eſt illud & ſi fata deum
ſi mens non læua fuiſſet.

Media diſtinctio ſiue mora eſt læuis in continuatio ne ſenſuum interpoſita di cretio legitimæ
diſtinctionis ſubdiſtinctioniſq; medium obtinens locum ita ut nec perfecta in totũ nec omiſ
ſa uideatur ſed ſignificatione imorandi alterius deſideret principium ſenſus & hoc modo ſolũ
Seruat officium ut legentis ſenſum breuiſſima reſpiratione refoueat & nutriat ſic. n. pronunti
ando retinere quis debet quia ſpiritus ipſe quadam defectione mutatur deinde reſummitur
Exemplum eſt ut belli ſignum laurenti turnus ab arce extulit: Et rauco ſtrepuerunt cornua cã
tu. utq; acres concuſſit equos: utq; impulit arma ex templo turbati animi. multæ. n. cauſæ ſũt
mediæ huius lectionis primum ut non confundantur que diada & tricola ponuntur deinde
ut actus uerborum emineat & luceat qui ex aliquo moueatur affectu uel indignatiõe uel mi
ſeratione collata uel certe quadam cum arctatione ſermonis quæ emphaticos a poetis conge
rantur ſi quis itaq; ſine media ſpiritus ſuſpenſione pronuntiant ut eſt. Aut hoc incluſi ligno oc
cultantur achiui: aut hæc in noſtros fabricata eſt machina muros inſpectura domos uenturaq;
deſuper urbi: aut aliquis latet error equo ne credite teucri. Confunditur ratio compoſitionis
generali nomine ligni aut machinæ equi. Item lectũq; iugalem & ſic proferendum hyppocri
ſeos affectu quo perii. In lectione plena ſententia per odos dicitur cuius partes ſunt commata
& cola colon punctum eſt. in fine clauſulæ quando perfectus eſt ſenſus ut Franciſcum amo
eiuſq; amicos ſemper amaui q̃q̃ eos liuidæ lingue diſturbarent. cõma eſt quando clauſula ui
detur eſſe perfecta & tamen in cõpleta ut Franciſcũ eiuſq; amicos ſemper amaui.

De errore plurimorum qui in dicendæ orationis initio linguæ impe
tiæ ue poſcunt ueniam. Caput lxy.

NOn nullis quorum ſaliua reputatur ſpuma eloquentiæ forte hoc uidebitur bulla:
Nos ex antiquorum monumentis præcepta noſtra excerpſimus qui in orationis
habendæ uel operis ſcribendi initio linguæ imperitiæq; ueniam poſcunt: Si quid
parum compoſiti minuſq; elegãter dictum erit. Profecto famam ueri uel oratoris
uel ſcriptoris oblitterant deliroſq; quod fortaſſe non futuri erant ſe præſeferũt. Exemplum cũ
ex Ciceronis Quintilianiq; largius edi poſſit tum græcorum latinorũq; aliis plurimis probari
querit nos eo ſolo contenti ſumus cui nulla cauillatione poteſt allatrari ut pote quod Catone
principe a uiris eruditis celebratum eſt. legimus apud Cellium. A. Albinum qui cum. L. lucul
lo conſul fuit res Romanas græca oratione ſcriptitaſſe in eius oratione ſcriptum fuiſſe obſer
uatum eſt. Ad hunc ſententiam neminem ſucceuſere ſibi conuenire ſi quid in libris compoſite
parum aut minus eleganter ſcriptum foret Nam ſum homo inquit Romanus natus in latio
græca Oratio a uobis alieniſſima eſt Ideoq; ueniam Gratiamq; male exiſtimationis ſi quid
eſſet erratum poſtulauit eam cum legiſſet. Marcus Cato. Ne tu inquit aule nimium nu
gator es cum maluiſti Culpam deprecari quam Culpa uacare. Nam petere ueniam ſolemus
cum aut impudentes errauimus aut cum compulſi peccauimus tibi inquit oro te quod
perpulit ut te committeres priuſq̃ facere peteres ut ignoſceretur. hoc ſi plures uiter uituales ob

ſeruaſſent exemplum cum in orationibus tum im operum ſuorum editioně nō obdiſci no tam paterentur dum uitioſam de ſe ob incuriam faciunt exiſtimationem:

De Dicendi generibus. Caput. Lxvi.

TRia dicendi genera Cicero & Quintilianus Quattuor Macrobius. Tres characteres Gellius Seruiuſq́ cum grammaticis de quibus primo libro. Miro hæc artificio hæc ſymphoniam ab eruditis noſcuntur habere.i.ſimul conuenire patet. Nos ideo recenſuimus aliter ac triuiales & neotericorum regulæ ut adoleſcenti Curioſo optima principia tradantur. Quintilianus.xii.tria dicendi genere ponit primum grande ac robuſtum quod αρλρι ο κ uocant alterum ισκνον.ι λεον. Tertium. μεσσ ο υ. Medium ex duobus Alii floridum ατίρο υ dicunt primo genere dicit Cicero in bruto Grandiloques uerſari cum ampla & ſententiarum grauitate & maieſtate uerborum uehementis uani copioſi grauis ad promouendos & conuertendos animos inſtructi unde Fabius dixit ſubtile eſſe docēdi grāde mouendi tertium illud uero cumq́ cōmune delectandi ſiue aliud interim conciliandi præſtare uidetur officium. Contrarium grandiloquo eſt uti aſpera triſti horridaq́ oratione neq́ perfecta neq́ concluſa. Alii leui inſtructa & terminata Autor Cicero in Bruto Secundum genus ſubtile (ita eſt ordo Ciceronianus licet aliter Fabius) in quo tenues acuti omnia dicentes & dilucidiora. Non ampliora facientes ſupra ſubtili quadam & preſſa oratiōe limati uitium huius dixit Tullius Alii candidi ſed impoliti & coſulto rudium ſimiles & imperitorium alii in eadē tenuitate Concinniores.i.facete florentes Iam leuiter ornati uis autem iſtorum dicit Quintilianus in docendo eſt acumen hoc ſubtilis eſt inter cōciliando lenitas hoc medii Grauitas in mouendo uideatur hæc grandiloqui eſt inter grande uero & ſubtile quidam interiectus medius quaſi tēperatus in acumine poſteriorū uicinus amborū in neutro excellens utriuſq́ pticeps ſiuerum querimus expreſſuſq́ imo tenore ut aiunt in dicendo fluit nihil afferens præter facilitatem & qualitatem ut ait Fabius: Aut addit aliquos ut in corona toros omnem per orationē ornamentis modicis uerborum ſententiarūq́ diſtinguit. Horum ſingulorum generum quicunq́ uim iu ſingulis conſecuti ſunt magnum mihi oratoribus nomen habuerunt ut ait Cicero Illo ſublimi præcipue ut Quintilianus ratio narrandi probandiq́ conſtat. Medius tranſlationibus crebrior & figuris erit iucundior egreſſionibus amœnus compoſitione aptus ſententiis dulcis lenior tamen ut amnis lucidus qdam eſt utrentibuſq́ utrinq́ foliis inumbratus. Aſt grandis qui ſaxa deuoluat pontem indignetur & ripas ſibi faciat multus & torrens Iudicem uel nitentem contra ferer cogetq́ ire qua rapit hæc Fabius. Vnde Iuuenalis iſto torrentor hic & orator defūctos excitabit ut appium cæcum & puerſa ipſa exclamabit aliquando ut Cicero in oratione contra Catilinam in ſenum alloquetur. Hic amplificatōibus tollet orationē quoq́ eriget qua carybdis tam uorax & occeanus Et paulo poſt deos ipſos in congreſſum prope ſuū ſermonemq́ deducet uos.n. albani tumuli atq́ luti (uerba tulii) uos inq̄ albanorum obrutæ aræ ſacrarum populi Romani ſotiæ & æquales. Hic itam hic miſericordiam inſpirabit hic dicet te uidit & fleuit & appellauit & per omnes affectus tractabit hic. Itaq́ illuc ſequetur nec doceri deſiderabit hæc Fabii uerba ſignificant quod in quoq́ genere cōueniat exerceri. Primi exēplū quoq́ eſt Homericus neſtor ex cuius ore dulciorē dixit melle fluere orationem. Et menelai ap eū. Tertii Vlixis exēplū q & facūdia & magnitudine cui orōem niuibus hybernis & copia uerborū atq́ ipetu parē fecit. Magni exēplū Cic.i Demoſthene. Quit.i picle miratur eupolis u m ac celeritatem hic fulminibus ariſtophanes comparat. Et ſicut quattuor uentus plures (ut aiūt) collaterales ita iſtis plures dicendi ſpecies additas contemplamur & uelut in cythara quinq́ ſoni alii plurima deinde uarierate complent ſpatia illa neruorum atq́ iis quos interpoſuerūt inferunt alios ut pauci illi tranſitus multos gradus habeant inter illa igitur ſpatia neruorum & inter gradus quos habent illi pauci tranſitus: Sunt genera illa dicendi quæ Macrobius ex

luxuriatur cum tamen aliquando ſit mire tenuis ut in natur.hiſtor.Quarto.quinto. ſexto ſep
timo aliquando mira in eo altiloquentia ut in præfatione illius operis de natu.hiſtoria.Simili
ter in ſecundo in medio autem genere a decimo & deinceps hoc aut dico ut plurimum Exem
plum autem breuitatis in Marone eſt intercinens Et campos ubi Troia fuit copioſa exemplū
uenit ſumma dies et ineluctabile tempus dardaniæ fuimus troes fuit Illion & Ingens Gloria
teucrorum ferus omnia Iuppiter argos tranſtulit incenſa danai dominantur in urbe O patria
O diuum domus illion & inclyta bello Mœnia dardanidum Alibi quis cladem illius noctis
quis funera fundo explicet aut poſſit lachrymis æquare labores Vrbs antiqua ruit multos do
minata per annos.Quis fons.Quis torrens quod mare tot fluctibus mundauit quot hic ue
bis Secundum genus illud turnus ut ante uolans tardum præceſſerat agmen Viginti lectis
equitum comitatus & urbi impulſus ad eſt maculis quem tractus albis portat equus criſtaq;
tegit galea aurea rubra floridæ orōni exemplum forte ſacer cybeles choreis olimq; & ſacerdos
Inſignis longe phrygiis fulgebat in armis ſpumantemq; agitabat equum quem pellis ahenis
in plumam ſquammis auro conſerta tegebat Ipſa peregrina ferrugine clarus & Oſtro ſpicula
torquebat lycio Gortinia cornu pictus acu tunicas & barbara regmina Crurum.Aliquando di
cendi genus eſt quo ex omnibus unum inquo nec preceps breuitas nec infinita copia nec ieiu
na ſiccitas nec lætitia pingnis ut illud in Georgicis ſæpe etiam ſteriles incendere profuit agros
& deinceps uſq; ad decimum uerſum Acrior aut boreæ penetrabile frigus adurat characteres
eo pacto ſunt ut alius alium horreat infimo buccolica medio georgica In qua ob rerum exili
tatem ſeponere coactus eſt materiam hortorum quam poſtea luſit Columella.Vnde doctiſſi
mus poeta aut ſpatiis excluſus iniquis prætereo Tertio æneis Inſignitur hæc iam propoſita ge
nera pro conditione rerum perſonarumq; Et temporum curioſo diſponere conueniet modo
ſit bonorum quos propoſuimus autorum uerus imitator Sed obſeruandum tria eſſe in ſen
ſu quoq; generi nam referēte Gellio Carneades achademicus Dyogenes ſtoicus critolaus peri
patheticus legati Athenienſium miſſi Romam Impetratum ut mulctam remitterent quam
fecerant propter uaſtationem oropi ea mulcta fuerat talentum fere quingentum.Rapida car
neadis dicebat ſcita & teretia Critolaus.Modeſtu Diogenes & ſobria unum quidq; autem ge
nus ut diximus cum caſte pudiceq; ornatur ſit illuſtrius cum fuſcatur & plinitur:ſit præſtigio
ſum.

De Orationis modo & pronuntiatione cum diſtinctionibus quas
Fabio auctore didicimus & probata habuimus ex Cicero
nis lectione in optimo dicendi genere. Caput. Lxvii.

OPortet aliquando ſi dictio uocali finitur incipiente altera a uocali quæ ſubſequitur
amputare unam in loquendo ſimiliter cum deſinit in.m.ſequēte uocali abiicere.m
Exemplum ponitur ex Fabio multum ille & terris Iactatus & alto uitatur etiam
durior inter ſe congreſſus ut pellexit collegit conabimur.n.litteras geminas ꝓ ferre
Ideo laudatur in Catullo ſuauis appellatio litterarum. Alterum præceptum eſt ut fiat oratio
diſtincta ideſt qui dicit ubi oportet incipiat & deſinat.Item obſeruāda eſt pauſa ut illud arma
uirumq; cano troiæq; primus ab oris Et ſimiliter italiam fato deinde altero quaſi membro. ꝑ
fugus lauinaq; uenit littora.Sit hoc tertium quaſi membrum. Et protinus non fiat mora ſed
ſequatur altero ſpiritus initio multum ille terris iactatus & alto ui ſuperum ſeux memorem
Iunonis ob iram.Multa quoq; & bello paſſus dum conderet urbem inferretq; deos latio ge
nus unde latinum albaniq; patres atq; altæ Mœnia Romæ. Quo dicto Morabor Et nouum
curſus exordium faciam intereſt enim Sermonem finiam an ſenſum docet Quintilianus.

De Voce pronuntiantis Cicerone & Fabio magiſtris. Caput. Lxviii.

ORnata eſt pronuntiatio cui ſuffragatur facilis uox magna.beata. flaxibilis. firma.
dulcis.durabilis.clara.pura.Secans.aera.auribus ſedens.eſt.n.quædam ad auditum
accommodam non magnitudine Sed proprietate ad hoc uelut tractabilis.ad ſit la
teris firmitas.tenax cum ſpatio.

Quotuplex Ratio rei pronuntiandæ. Caput. Lxix.

REi pronuntiandæ quadriplex eſt Ratio una in tota cauſa ut triſtis.hylares.grandes.
puſilli.ut uix unquam ita ſollicitari partibus earum debeamus non ſumme memi
nerimus.Altera in differentia partium.ut in prohemio.narratione.Argumentatio
ne.Epilogo.Tertia in ſententiis ipſis ſecundum res actas & actus uariantur omnia.
Quam in uerbis quorum uitioſa ut ſi in omnibus uelimus omnia efficere. Imitatio ut nihi
ſi ſua natura redditur.uis omnis aufertur.

De obſeruatione pronuntiandi: Caput. Lxx.

R Prima obſeruatio recte pronuntiandi æqualitas.i.ne miſceas longa breuibus gra-
uia acutis clara ſummiſſis & in æqualitate horum omnium ſicut pedes eundo ita
fiat Sermo non ut Claudicet ſed æqualiter procedat & uariet æqualiter. Animo-
rumq́ habitu confirmanda eſt uox ut ne ab orõe diſcordet uidetur μονοτονιά
ai.quædam ſpiritus toniq́ intentio ne dicamus clamoſe eſt .n. miniſterium nec uox urgenda
ultra uires nam ſuffocata & maiore nixu mitius clara eſt et interim eliſa ſonat gallos.ſtrepen-
tes fugienda uolubilitas pariter.i.nimia ſine moris ſuis pronuntiatio Et nimia tarditas quia
ſoluit animos.promptum ſit os.non præceps.moderatum non lectum ſpiritus quoq́ nõ cre
bro conceptus concidat ſententiam nec eo uſq́ trahatur donec deficiat longiorem facturus pe
riodum. Colligendus eſt ſpiritus ita tamen ut neq́ diu neq́ cum ſono faciamus. Caueat a ni-
mia tuſſi & expuere crebro & ab imo pulmone pituitam torchleis adducere per nares trahe-
re ſpiritum uel effundere.ſunt inutilia & fœda uitia ſimiliter uelle ſimilitudinẽ cantus efficere.

De Modo Incipiendi Orationem. Ex Cicerone Fabioq́. Caput. Lxxi.

D Extra cum iam incipiundum erit paulum prolata ultra ſinum geſta q̃ modeſtiſſi-
mo uelut ſpectans quando incipiendum ſit uitioſum eſt ſuſpicere lacunaria perfri-
care faciem quaſiq́ improbam facere. Tendere cum fiducia uultum aut quo ſit ma
gis toruus ſuperciliis aſtringere capillos a fronte contra naturam retro agere & tur-
pe Quod ſæpe græci digitorum labiorumq́ motu commentari clare exercere pedem alterum
longe proferre.partem togæ ſiniſtra tenere. Stare diductum uel rigidum uel ſupinum uel in-
curuum uel humeris ut lactaturi ſolent ad occipitium ductis prohemio lenis conuenit pronũ
tiatio Narratio magis prolata manum uocem Sermoni proximam petit ut apertiorem ſonũ.
Argumentatio Agilior & acrior & inſtantior. Sepe orationi conſentientem poſtulat etiam geſ-
ſtum ideſt fortem celeratum Egreſſiones lenes dulces & remiſſæ ſint.

De geſtu Fabius & Cicero. Caput. lxxii.

S Tet rectus ſecundum naturam nam deiecto humilitas ſupino arrogantia & in la
tus inclinato lãgor præduro ac rugente barbaria quædam mentis offenditur. uer
ba motibus conueniunt ut dii talem auertite peſtem manu id ſignare licebit. Et il
lud haud equidem tali me dignor honore facie oſtenditur ceruicem oportet rectã
eſſe non rigidam aut ſupinum collum deformiter contrahitur tenſo uox defatigatur & affi-
gere pectori mentem minus claratu & quaſi latiorem præſſo gutture facit. humerum decens
eleuatio atq́ contractio breuiatur ceruix & geſtum humilem atq́ ſeruilem & quaſi fraudulen
tum facit brachii moderata proiectio remiſſis humeris atq́ explicãtibus ſe ſe in proferẽda ma-
nu digitis optime motus manus a ſiniſtra incipit parte in dextra deponitur ſed ut ponere nõ
ut ferre uideatur. Notaq́ uox & geſtus debent eodem eſſe tempore aliter deforme eſt ut affir-
mat Quintilianus ſiniſtra nunquam ſola geſtum recte facit. Si argumenta digerimus adiicien
da eſt dextra.ferre & digito femur uiri laterũ inflexione laudatur qđ cleon primus fecit athe
nis decet id indignantem & excitat auditores complodere manus ſcænicum & turpe pectuſq́
cedere. Sed leuiter ſigno digiti pectus petere decet ſi quando nos metipſos alloquemur cohor-
tantes obiurgantes miſerantes. Decora non eſt uacillatio ſtantium alternis pedibus. dexter pes
a læua iudicis ſedentis profefendus eſt & ex altera parte mihi geſtus neceſſe eſt in ſiniſtrum cer
nat aut ad iudicem ſpectent manus non impleatur annulis præcipue medios articulos non
tranſeuntibus.

Hæc ideo libauimus ut cognoſcat adoleſcens non ut ſciat Namq́ ut ait Cicero ſecũdo de Ora
tore ars eſt eorum quæ ſciuntur oratoris aũt omnis actio opinionibus nõ ſciẽtiæ cominetur.

FINIS

Hieronymus Franciſci meſſorii
Regienſis Filius.
Ad Lectorem.

Vt totos Curii ſerues ex arte libellos:
Ex quibus accipias uera notata uiro:
Perlege quod ſequitur noſces errata.notaſq;
Quę feſtina nimis mens aliquando facit.
Liuidus allatret liceat demorſor:ad unguem
Seruabis candens quæ dedit hic curius.
Nam ſcripſere noui pueris.hic arte magiſtros
Edocet ii triuiis.hic helicone modum.
τελοσ.

Hieronymus eiuſdem cur.Lanceloti paſii
Ferrarienſis Laureati diſcipulus.